TRACTATVS DE DELICTIS TAM MENTALIBVS, QVAM ACTVALIBVS IN SEX LIBROS DIVISVS.

Vbi tractatur quid ſit delictum, quomodo committatur, & per quem iudicem procedatur, quæ probationes requirantur ad condemnandum, quibus pœnis puniantur delinquentes, & quomodo excuſari, & defendi poſſunt.

NECNON


TRACTATVS DE IVRISDICTIONE OMNIVM IVDICVM IN SEX PRAEDICAMENTA DIVISVS.

Scilicet Quis, Cum quo, De quo, In quo, Quomodo, & Quando iudicet.

Vbi de vtriuſque fori iudicibus breuiter diſſeritur, & quid ſit merum, quid mixtum Imperium, quid ſimplex iuriſdictio, & quæ delegari poſſunt.

AVTHORE

IACOBO GAGLIARDO I. C. MILETENSI.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Ex Typographia Iacobi Maſcardi. M D C X V.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sacri Palatij Apoſt.

Cæſar Fidelis Viceſgerens.

Ego M. Antonius Petilius I. V. D. ad Reuerendiſſ. P. F. Hyacinthi Petronij Rom. S. A. P. Magiſtri requiſitionem, tractatulos duos Iacobi Gagliardi Miletenſis, De delictis, & De iuriſdict. omn. Iudic. recenſui, & in eis nihil factum eſt reliquum quo minus euulgari poſſint. Et in fidem ſubſcripſi. In Vrbe xiij. Kal. Oct. MDCXI.

M. Ant. Petilius.

Imprimatur.

F. Gregorius Donatus Romanus, Reuerendiſs. P. F. Hyacinthi Petronij Rom. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri Socius, Ord. Præd.

ILLVSTRISS.MO ET REV.MO D.

OCTAVIO BANDINO

S. R. E. CARD. AMPLISSIMO.

Franciſcus Gagliardus I.C. & Presb. Mileten. F. P.

AMBIGERE ſe quondam, faſſus eſt Pindarus, num Iuſtitiæ muri adeo eſſent ardui, vt eos tranſcendere fraudes nequirent; verum per muros ne, an furtim ſubeuntes quaſi per cuniculos intra Iuſtitiæ ſepta doli penetrent, atque iniuriæ, quærendum mihi in præſentia non eſt. Illud me non fugit, curam eſſe probis viris, qui ius, faſq. colunt, vt monſtra huiuſmodi exterminent, atque omnino diſperdant. Duo ſunt hominum genera, qui eius rei ſatagunt, alterum Regum, Principumque ac cæterorum, qui populis præſunt; prudentium alterum, qui Iuriſconſulti appellantur: imperio illi, & iuriſdictione ſuo funguntur officio; hi ſcriptis, & conſultationibus. In illorum te numerum Deus iam inde ab adoleſcentia recenſuit, adeoq. inſtruxit, vt vrbes vniuerſæ, & Prouinciæ, quibus cum imperio præ-

fuiſti, & miratæ ſemper ſunt eximiam tuam prudentiam, & te ad regendos populos natum vno ore adhuc prædicent. Inter hoſce verò non poſtremum obtinere locum niſus eſt pater olim meus Iacobus Gagliardus, qui præter cætera ingenij ſui monimenta, duo hæc opuſcula, quæ nunc in lucem emittenda ſtatui, reliquit: alterum, quo de criminalibus iudicijs agitur: alterum, quo diſceptatur de omnium magiſtratuum, iudicumq; tam Eccleſiaſticorum, quàm ſecularium poteſtate, ac iuriſdictione. Quæ ſanè opuſcula num vllam afferre poſsint Reip. vtilitatem, tuum, qui ingenij acumine adeo polles, tuiq; ſimilium iudicium eſto. Mihi quidem labores huiuſmodi patris mei ſupprimendi diutius non fuerant, ac ex ijs quæ in medium attuli, palàm fit, cur potiſsimum te delegerim, cui liber hic inſcriberetur. Accedit ſingularis mea in te obſeruantia, quam iampridem ego tibi debeo, non ſolum ob ſummum iſtum tuæ purpuræ honorem, quæ à te non magis mutuatur lucem, quàm tu ab illa, verùm etiam ob tuorum in me cumulum meritorum, quorum nunquam apud me interitura eſt memoria. Vale. Romæ, die 26. Septembris 1615.

INDEX TRACTATVVM PRAESENTIS LIBRI DE DELICTIS.

DIuiſio delictorum in proœmio . nu. 1. pag. 2
Primi parentes prius mentaliter peccauerunt . nu. 2. ibid.

De Hæreſi .

QVis hæreticus, quis ſchiſmaticus, & quomodo differant, & quot modis committatur hæreſis, & ſchiſma nu. 3. pag. 3
Quomodo procedatur in crimine hæreſis, & per quem Iudicem. n. 4. 5
Quæ probationes requirantur in crimine hæreſis lib. 1. de hær. nu. 5. 7
Quibus pœnis puniatur hæreticus. lib. 1. de hæreſi . nu. 6. 8
Quomodo poſſit defendi inquiſitus . lib. 1. de hæret. nu. 7. 12
Quomodo pœniteat, & abiurat . lib. 1. de hæret. nu. 7. 13

De Simonia .

QVid ſit Simonia, & quot modis committatur. lib. 1. nu. 8. pag. 14
Quomodo procedatur in crimine ſimoniæ, & per quē Iud. n. 10. 20
Quæ probationes requirantur in dicto crimine . nu. 11. 21
Quibus pœnis puniatur ſimoniacus . nu. 12. 23
Quomodo defendatur ſimonia inquiſitus. nu. 13. 25

De Vſura .

QVid ſit vſura, & quot modis committatur. lib. 1. nu. 15. pag. 26
Quomodo, & per quem iudicem procedatur in d. crimine. n. 17. 29
Quæ probationes requirantur in crimine vſuræ . nu. 17. 35
Quibus iuribus ſit prohibita vſura : & quomodo puniatur. nu. 18. 36
Quomodo excuſetur inquiſitus de vſura . nu. 19. 40

De Periurio .

QVid ſit iuramentum & quotuplex. lib. 1. de periurio. n. 20. pag. 45
Quid ſit periurium, & quot modis committatur . nu. 21. 46
Quomodo, & per quem iudicem procedatur in periurio . nu. 22. 48
Quæ probationes requirantur in periurio . nu. 23. 50
Quibus pœnis puniatur periurus . nu. 24. ibid.
Quibus modis excuſatur periurus . nu. 25. 54
Delictum in coeundo eſt natura actuale, & poſt peccatum primorum noſtrorum parentum nos inuaſit ardor laſciuiæ. lib. 2. nu. 26. 58

De Sodomia .

QVid ſit ſodomia, & quibus modis committatur. lib. 2. nu. 27. pag. 59
Quomodo, & per quem iud. procedatur in crimine ſodomiæ. n. 28. 60
Quæ probationes requirantur in crimine ſodomiæ . nu. 29. 61
Quibus pœnis puniatur ſodomita . nu. 30. 62
Quomodo defendatur de ſodomia inquiſitus . nu. 31. 64

De

INDEX.

De Inceſtu.

QVid ſit inceſtus, & quot modis committatur. nu. 32. pag. 65
Quomodo & per quem iud. procedatur in crimine inceſtus. n. 33. 67
Quæ probationes requirantur in crimine inceſtus, nu. 34. 68
Quibus pœnis punitur inceſtuoſus. nu. 35. 69
Quomodo defendatur inquiſitus de eo. nu. 36. 72

Adulterium.

QVid ſit adulterium, & quot modis committatur. nu. 37. pag. 74
Quomodo, & per quem iudicem procedatur in adulterio. nu. 38. 76
Quæ probationes requirantur in adulterio. nu. 39. 81
Quibus pœnis puniatur adulter. nu. 40. 84
Quomodo defendatur. nu. 41. 89

Lenocinium, & adulterium cum Moniali.

QVomodo de lenocinio & adulterio cum moniali. n. 41. in fi. pag. 91
Quid ſit raptus, & ſtuprum, & quot modis committatur. n. 42. 93
Quomodo & per quem iudicem procedatur in ſtupro, & rapt. n. 43. 96
Quæ probationes requirantur in raptu & ſtupro. nu. 44. 98
Quibus pœnis puniantur raptor & ſtuprator. nu. 45. 99
Quibus modis defendatur de raptu & ſtupro inquiſitus. nu. 46. 107

Concubinatus, & fornicatio.

QVid ſit concubinatus, & fornicatio, & quot modis committ. n. 47. 110
Quomodo, & per quem iud. procedatur in concub. & forn. n. 48. 113
Quæ probationes requirantur in concubinatu & fornicatione. n. 49. 114
Quibus pœnis puniantur concubinarij, & fornicarij. nu. 50. 115
Quibus modis defendantur inquiſiti de eo. nu. 51. 119

Aſſaſsinium.

POſt delictum in coeunda ſucceſsit in percutiendo per Caim. n. 52. 121
De crimine læſæ maieſtatis. lib. 3. nu. 53. ibid.
Quid ſit aſſaſsinium, & quomodo committatur. lib. 3. nu. 54. 122
Quomodo procedatur in crimine aſſaſsinij, & per quem Iud. nu. 55. 123
Quæ probationes requirantur in crimine aſſaſsinij. lib. 3. nu. 56. 125
Quibus pœnis puniatur aſſaſsinus. nu. 57. 127
Quomodo defendatur de aſſaſsinio inquiſitus. nu. 58. 130

Homicidium.

HOmicidium quam execrabile, & iure prohibitum. nu. 59. pag. 132
Quid ſit homicidiū quotuplex, & quot modis committatur. n. 60. 134
Quomodo procedatur in crimine homicidij, & per quem iudicē n. 61. 136
Quæ probationes requirantur in homicidio. nu. 62. 138
Quibus pœnis puniatur homicida. nu. 63. 142
Quomodo excuſetur, & defendatur homicida. nu. 64. 139

Percuſſio.

QVid & quotuplex ſit percuſsio, & quot modis committatur. n. 65. 170

Quo-

Quomodo procedatur circa percuſsiones cum vulnere, & ſine. n.66. 171
Quãdo percutitur filius competit etiã actio patri, & qua ratione. n.67. 174
Quando percutitur vxor competit actio marito, & patri, & quando ſeruus domino. nu.68. ibid.
Quæ probationes requirantur in percuſsionibus. nu.69. 177
Quibus pœnis puniatur percuſſor cum vulnere, & ſine vulnere. n.70. 180
Quomodo excuſatur vulnerans, vel percuſſor. nu.71. 195

De furtis & famoſis latronibus.

POſt delictum in percutiendo ſucceſsit delictum furti. n.72. pag.199
Quid ſit furtum in genere, & quot modis committatur. n.73. ibid.
Quomodo procedatur contra diſrobatores, & per quem iudicem. n.74. 203
Quæ probationes requirantur in crimine diſrobationũ ſtratarũ. n.75. 205
Quibus pœnis puniantur famoſi latrones, & diſrobatores. n.76. 207
Quomodo poſsint defendi inquiſiti de eo. nu. 77. 210

De robarijs cum violentia.

QVid ſit rapina, & robaria, & violentia circa poſſeſsionem. n.78. 212
Quomodo procedatur in dictis criminibus, & per quẽ iud. n.79. 213
Quæ probationes requirantur in dictis criminibus. nu.80. 215
Quibus pœnis puniantur dicti delinquentes. nu.81. ibid.
Quomodo defendantur dicti inquiſiti. nu.82. 220

De diuerſis furibus cum violentia.

QVi dicantur Abigei, qui fures nocturni, & balnearij. n.83. pag.221
Qui ſint effractores carceris, & quomodo procedat. & pun. n.84. 223
Qui ſint violatores ſepulcrorum, & quomodo proced. & punian. n.85. ibid.
Committentes collegia illicita quomodo puniantur. nu.86. 225
Qui ſint concuſſores, & quomodo procedatur, & puniantur. n.87. 226

De furibus ſine violentia.

QVid ſit furtũ in ſpecie, & ſine vi, & quomodo committatur. n.88. 229
Quot ſunt ſpecies furtorum, & quom. quodlibet committ. n.89. 232
Quomodo procedatur in quolibet furto, & per quem iudicem. n.90. 234
Quomodo procedatur, & puniatur de termino moto. nu.91. 237
Quæ probationes requirantur in dictis furtis. nu.92. 243
Quibus pœnis puniantur dicti fures. nu.93. 244
Quomodo defendantur dicti inquiſiti. nu.94. 256
Quid ſit, & quotuplex ſit falſitas, & quod veritas extollenda ſit, & falſitas execranda. nu.95. 261
Quot modis cõmittitur crimen falſæ monetæ, & partus ſuppoſiti. n.96. 263
Quomodo procedatur in dicto crimine. nu.97. 264
Quomodo crimen falſitatis probetur. nu.98. 267
Quomodo puniatur crimen falſitatis. lib.5. nu.99. ibid.
Quomodo defendantur inquiſiti de ea. n.100. 271
Quot modis committatur falſa ſcriptura. nu.101. 275

Quomodo

Quomodo procedatur, & per quem iudicem. nu.102. 277
Quomodo probetur dictum crimen falſæ ſcripturæ. nu.103. 280
Quibus pœnis puniantur committentes dictum crimen. nu.104. 282
Quomodo defendantur inquiſiti de eo. nu.105. 287
Quot modis committitur falſum dicto. nu.106. 290
Quomodo, & per quem iudicem procedatur. nu.107. 292
Quæ probationes requirantur libr.5. nu.108. 295
Quomodo puniantur committentes falſum dicto. nu.109. ibid.
Quomodo defendantur inquiſiti de eo. nu. 110. 301
Quot modis committitur falſum vſu. nu.111. 305
Quomodo procedatur in tali crimine. lib.5. nu.112. 307
Quomodo probetur tale crimen. nu.113. 308
Quomodo puniatur tale crimen. nu.114. ibid.
Quomodo defendatur inquiſitus de eo. nu.115. ibid.
Quibus modis committitur falſum per obreptionem libr.5. n.116. 311
Quomodo procedatur in tali crimine. nu. 117. 314
Quomodo probetur dictum crimen. nu. 118. 314
Quomodo puniatur dictum crimen. nu.119. ibid.
Obripiens ab inquiſito confeſſionem per obreptionem quid. n. 120. 315
Committens præuaricationē, ſtellionatum, & calumniā quid. nu. eod. ibid.
Quomodo defendatur à talibus criminibus. nu. 121. 316
Quam execrabile crimen blaſphemia. lib.5. nu.122. ibid.
Quid ſit blaſphemia, & quot modis committatur. nu. 123. 317
Quomodo procedatur in dicto crimine, & per quem iudicem. nu.124. ibid.
Quomodo probetur blaſphemia. nu. 125. 320
Quomodo puniatur. nu.126. ibid.
Quomodo defendatur de blaſphemia inquiſitus. nu.127. 324
Quot modis maledicitur Principibus. nu.128. 326
Quomodo procedatur in dicto crimine. nu. 129. 327
Quomodo probetur. nu. eod. pag. ead. Quomodo puniatur. nu.130. 328
Quomodo defendatur inquiſitus. nu.131. ibid.
Detractores, & murmuratores qui. nu.132. 329
Quomodo procedatur contra eos. nu. 133. ibid.
Quomodo puniantur. nu.134. 330
Quomodo differant maledictiones, detractiones, iniuriæ, & murmurationes. nu.135. ibid.
Quid ſit iniuria, & quotuplex. nu.136. ibid.
Quomodo procedatur in iniurijs. nu.137. 335
Quomodo probentur iniuriæ. nu. 138. 339
Quomodo puniantur iniuriæ. nu. 139. ibid.
Quomodo defendantur iniuriam inferentes. nu.140. 343
Crimina extraordinaria. nu.141. 345

FINIS.

Digitized by Google

AD LECTOREM PROOEMIVM.

1 IN delictis quæ committuntur, illa mihi videntur poſſe adaptari Logicorum dogmata, quæ ponũtur per gloſ. in l.legato generali.ff.de lega. 1. quia delictum poteſt conſiderari,& in genere generaliſſimo,& tunc accipitur pro omni eo, quod committitur contra iuris præcepta,quæ ſunt tria,honeſte viuere,alterum non ledere,& ius ſuum vnicuique tribuere,vt inſti.de iuſt.& iur.§. iuris præcepta.& quod committitur lege prohibente delictum eſt : cum lex iubeat honeſta,& prohibeat contraria.per tex. in l.2. ff. de leg. 1. quemadmodum iniuria generaliter accipitur pro omni eo, quod iure non fit. per tex.in l.1.ff. de iniur. & inſt. de iniur. in prin. Item poteſt conſiderari & in genere ſubalterno. & tunc mihi videtur poſſe diuidi in mentale, & in actuale, & vtrumque comprehenditur ſub dicto genere generaliſſimo. Et vt ſciatur quid ſit mentale, & quid ſit actuale, dicendum eſt quod,mentale eſt illud quod ſola mente concipi poteſt ſine aliquo actu corporeo,prout hęreſis.per text.in c. 1. & c.ad abolendam.extra de hæret. vel quia plurimum & magis mẽs adoperatur quam in alijs delictis,vt dicetur infra.Delictorum autem mentalium quatuor ſunt ſpecies, videlicet hæreſis, ſimonia; vſura,& periurium,quæ omnia ſola mente poſſunt committi, ſine aliquo actu corporeo,vt de omnibus dicetur infra ſuo loco. actuale vero eſt illud, quod non poteſt committi ſine actu corporeo, quia in his ſola cogitatio non ſufficit ad contrahendum delictum per tex.in l.cogitationis pœnam.ff.de pęn.& c.cogitationis.de pęn. diſt.1.Et iſtud continet ſub ſe quinque ſpecies,quarum vna conſiſtit in coeundo,alia in percutiẽdo,alia in predando, alia in falſificando, alia in loquẽdo.Quę ſupradicta delicta,tã mẽtalia quã actualia ſubdiuidũtur,prout de omnibus ſuo loco dicetur.Et quia atrociora ſunt
2 delicta mẽtalia,inſuper prius in mũdo pullulauerunt,quia primi noſtri parentes prius mentaliter peccauerunt,cum deſideſauerint ſcire

bonum,& malum, ſicut Deus, quare Deus Adam redarguendo dixit; ecce Adam factus ferme vnus ex nobis ſciendo bonum & malum,vt habetur in Geneſi c. 3. ideo prius de eis tractandum eſt . Et quia hæreſis eſt deteſtabilius delictum omnibus alijs mentalibus, ideo de eo prius diſſerendum eſt , & ſucceſſiuè in primo libro de alijs mentalibus præfatum ordinem obſeruãdo. De actualibus vero, libros alios quinque (Deo concedente) ſubnectam,prædictum ordine obſeruando, vt ſemper atrociora , & quæ prius in mundo diabolo inſtigante, pullulauerunt , prius diſſerantur . taliter vt ſpero proficiendo , vt cum de quolibet ipſorum quæratur non ad diuerſa chartoſa volumina ſit recurrendum,ex quo libellus hic longe recollectas,& bene ordinatas materias continens , quærentibus laborem alleuiabit,& perſpicuam cognitionem dabit . Vale .

OMNIPOTENTIS DEI ET GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE NOMINIBVS INVOCATIS.

Liber Primus.

De Mentalibus. *De Hæreſi.*

PRO ſufficienti cognitione præſentis tractatus plura ſunt diuiſim tractanda: primo quid ſit hæreſis, quidue ſchiſma, & in quo differant inter ſe, & quot modis hæreſis, & ſchiſma committantur. Secundo quomodo, & per quos Iudices procedatur in crimine hæreſis. Tertio quomodo, & per quos teſtes probetur. Quarto quibus pœnis tam hæreticus, quam ſchiſmaticus, eius filij, receptatores, & credētes puniantur. Quinto ex quibus hæreticus poſſit pœnam euitare. Sextò an in hæreſi habeat locum pœnitenria.

3 Quo ad primum dicitur quod hæreticus eſt, qui conceptam noui erroris perfidiam obtinet, & pertinaciter defendit; ſecundum ſanctum Auguſtinum contra Manicheos, per text. in c. qui in Eccleſia. 24. q. 3. Schiſma verò eſt error pertinax catholicā pacem Eccleſiæ in ſingulari perturbans, ſecundum Cardinal. in ſuo tract. de hæret. nu. 14. & Foll. in ſua pract. crim. in verb. ad defenſam, nu. 100. Sed vltra prædicta dicas, quod hæreſis eſt, quæ peruerſum dogma habet, ſchiſma vero, quod poſt Epiſcopalem diſſentionem ab Eccleſia pariter ſeparatur. per text. in c. inter hęreſim. 24. q. 3. & Schiſma eſt quādo inchoatur, hęreſis vero quādo perſeueratur, vt per gloſ. in d. c. inter hæreſim. Item hæreſis eſt quando quis ſine aliqua occaſione inducit nouum errorem, & pertinaciter defendit, ſchiſma vero quando aliqua occaſione pręcedente, ſcilicet poſt diſſentionē Epiſcopi. & omnis hæreticus

Digitized by Google

eſt ſchiſmaticus,ſed non e contra,quia hæreſis eſt genus,ſchiſma eſt ſpecies,vt per dictam gloſ.ibi in fi. Eſt ſciendum quod ſchiſma poteſt conſiderari tribus modis, ſcilicet vno modo quando credit Eccleſiam eſſe penes alterum tantum, qui ex pluribus ſe ingerit pro ſummis Pontificibus, & tunc eſt ſchiſma ſine hæreſi, alio modo quando credit Eccleſiam poſſe conſiſtere penes duos in ſolidum,& tunc eſt ſchiſma cum hæreſi, alio modo quando plures erigunt capita contra Eccleſiam Romanam facientes nouam ſectam,& noua ſtatuta, & tunc etiam eſt ſchiſma cum hæreſi,vt per Abb.in c.at ſi clerici.col.13.de iudic. Bernar. Diaz in ſua pract.crim.can.in verb.ſchiſmatici. Item eſt ſciēdum quod hæreticus eſt non ſolum qui male ſentit de ſacramentis Eccleſiæ,per Abb.in c.ad abolendam.nu.2. extra de hæret.Item qui dicit hiſtorias veteris teſtamenti eſſe falſas, vel fictas, vt per Affl.in conſt.regn.Mundi machinam.Item qui peruerſum dogma & peruerſas opiniones induerit.per gloſ.in c.graui.§.fin.in clem. de vſu. Item qui dicit, quod non eſt Infernus, neque Paradiſus, neque Purgatorium,vt per Conc.Trid.ſeſſ.13.per plures Canones plenè. Item qui dicit, quod anima moritur, eſt manifeſtus hæreticus,vt per Affl.in conſt.reg. inconſutilem.col. penul. Item qui non percipit ſacramenta Eccleſiæ.per Bar. in auth. de priuil. nu.3.Item ſunt extra fidem Chriſti, & non ſunt membra Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.per Bar.in d.Auth.nu.1. Item qui pro ſui temporalis commodi cauſa, nouas & falſas opiniones gignit, vel ſequitur.per tex.in c.hæreticus.29.q.3.Item qui pertinaciter affirmat committere vſuram non eſſe peccatum. Item qui dicit fornicationem non eſſe peccatum ſi pertinaciter affirmat. Item qui dicit furari,& mœchari non eſſe peccatum. Item qui dicit non eſſe peccatum quidquid eſt cōtra præceptum,vt per Alber. Pact. in tractatu de hæreſ. q. 123. & Affl.in conſt. mundi machinam, per text.& gloſ.in d.clemen.graui.§.fin. Item qui perſeuerat in excommunicatione per annum eſt ſuſpectus de hæreſi, vt extra de hæret.c.ab excommunicato,& Sacr.Conc.Trid.ſeſſ.25.c.3.& quot alijs modis quis poſſit dici hæreticus, vide authores, quos dicit Affl.in rubr.de hæret.& inter alios Hoſti.de hæret.§.1. Bonifacium

nifacium in tractatu maleficiorum in rubr. de hæreſi. & Didacum de Villa Diego doctorem Hiſpanum in tractatu contra hæreticam prauitatem, in prima quæſt. & quot fuerunt ſectæ hæreticorum numerantur in cap.quidam.24.q.3. Eſt tamen aduertendum quod quinque requiruntur ad faciendum hæreſim magnam, primo quod ille fuerit Chriſtianus, ſecundo, quod aliquam veritatem Chriſtianæ fidei credat, tertio, quod habeat errorem intellectus, quarto quod talis error ſit in his quæ ſunt fidei, quinto quod talem errorem pertinaciter defendat, vt per Alber. Epiſcopum Pact.in d.tractatu de hæreſi.q.2.nu.2. cum ſequent. Eſt autem hæreſis duplex, vna quæ dicitur extrinſeca, ſcilicet quando expreſſe damnatur ab Eccleſia, alia quæ dicitur intrinſeca quando non expreſſe damnatur ab Eccleſia, vt eſt opinio quorumdam, quæ poteſt habere aliquem ſenſum Catholicum, cum contineat errorem, vt per dictum Alber.Pact.in d.tractatu de hær.q.2.num.2.Item eſt ſciendum quod hæreticus delinquit mentaliter & ſola cogitatione, & tenetur ad pœnam, per tex. in c.1. & cap. ad abolendam.ext. de hæret. vt refert Marcus Ant. Blan.in ſua pract.crim.in tit. de homic.in verb. quarto præmitto. dicas tamen dummodo oſtendatur per aliquem actum vt poſſit cognoſci, quia ſi non poteſt cognoſci non poteſt puniri temporaliter per Bar.& Doct.in l.ſi quis maior.Cod.de tranſact. & hæretici dicuntur lupi rapaces.per Affl. in d. conſt. regn. inconſutilem.Hæreſis autem dicitur a verbo herciſcor quod idem ſignificat quod diuido, quaſi quod hæreticus ſit membrum diuiſum a fide Chriſti & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vt per Affl. in d. conſt. regn. inconſutilem. vel dicitur pro electione per antifraſim.quaſi non eligantur illi qui ſunt hæretici.per cap.hæreſis 24.q.3. vel vt dicit tex.in d.c. hæreſis.quia hæreticus eligit diſciplinam quam putat meliorem eſſe, licet erret, & ſchiſma dicitur quaſi ſciſſura, ideſt diuiſio ab Eccleſia, vt c.ſchiſma.24.q.1.

4 Quo ad ſecundum dicitur quod crimen hæreſis eſt crimen publicum, & horribilius crimine læſæ maieſtatis, & propterea quilibet de populo poteſt accuſare. item poteſt procedi ex officio ſummarie, iuris ordine non ſeruato, per Affl. in d.conſt. in-

confutilem. & poteſt procedi in dicto crimine ex leui ſuſpicione licet in alijs non poſſit. vt per Affl. in d.conſt. In ſuſpecto tamen de hæreſi debet procedere trina monitio peremptoria. per Affl. in d.conſt. in gloſ. in verb. moniti. & crimen hæreſis eſt crimen Eccleſiaſticum, & iudex laicus non poteſt procedere etiam contra laicum. per tex. in c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. per Abb. in c. ad abolendam. n. 7. & 12. extra de hæret. ſed poteſt & debet cognoſcere Epiſcopus loci, tamen Epiſcopus poſt ſententiam dat executionem iudici laico, & ad eius requiſitionem iudex laicus exequitur. per tex. in d. c. officiũ. §. prohibemus. de hæret. in 6. & vltra iura Canonica eſt cõſt. regni quod incipit: itē quod officiales. vbi dicitur quod iudices laici non ſe intromittant de delictis Eccleſiaſticis, vt etiã refert Pariſ. de Put. in tract. de ſind. in verb. adulterium. & propterea conſt. regn. in confutilem. quæ vult quod iudices laici debent inquirere ad inueniendum hæreticos, & ſi inuenerint aliquos labe hæreſis aſperſos, faciant illos examinari per iudices Eccleſiaſticos, & ſi in errorem reperiantur, puniantur pœnis ibi contentis de quibus infra dicitur ſuo loco, quia iudices & poteſtates laici tenentur curare ad exterminium hæreticorum, per d. conſt. regn. inconfutilem, & per tex. in c. excommunicamus. §. moneantur. extra de hæret. Et hoc quando hæreſis eſt clara, quando vero eſt dubia Epiſcopus mittit ad Papam. vt per Abb. in d. cap. ad abolendam. quando vero Epiſcopus eſt hæreticus, non debet alius de eius hæreſi cognoſcere niſi ſummus Pontifex, vel quod ipſe ſummus Pontifex eius cauſam committat Metropolitano vel alicui Epiſcopo, vt ſaltem conficiat proceſſum, ſed diffinitiua ſententia reſeruetur ipſi ſummo Pontifici. vt dicit Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 5. Item in foro conſcientiæ abſoluit Epiſcopus non autem eius Vicarius, vt in d. cap. 5. Conc. Trid. item prædicans hæreſim punitur ab Epiſcopo loci vbi prædicat, etiam quod prædicans ſit alterius iuriſdictionis, & habeat priuilegium exemptionis, vt Conc. Trid. ſeſſ. 4. c. 11. & hæreticus vbicumque inuenitur poteſt puniri per iudicem Eccleſiaſticum. per gloſ. in c. commiſſi. de hæret. in 6. & quæſtio hæreſis determinatur per

Theo-

Theologos: & iudicatur & punitur per Canoniſtas, vt per Epiſcopum Pact. in tract. de hæreſi,quæſt.10.nu.6.18.& 19. & hæc de iure. Hodie tamen in aliquibus locis ſunt inquiſitores ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, vt in Inſula Siciliæ, & in alijs locis qui cognoſcunt de dicto crimine, & habent inſtructiones & præeminentias ſpeciales procedendi in dicto crimine, ad quas me remitto. Nec eſt omittendum quod licet non poſſit ſufficienter conſtare contra aliquem de hæreſi,ſi tamen quis eſt ſuſpectus de hæreſi, contra ipſum poteſt procedi vt ſupra dictum eſt,& tunc dantur ſibi defenſiones & patrocinia a iudice ſecundum Affl.in d.conſt.regn. inconſutilem.

5 Quo ad tertium dicitur quod hæreſis probatur etiam per teſtes ſingulares,videlicet ſi teſtis vnus dixerit ſe audiuiſſe Titium ſe non credere reſurrectionem mortuorum, & alius dixerit audiuiſſe eundem Titium dicere ſe non credere Chriſtum eſſe filium Dei, erit plene probatum dictum Titium eſſe hæreticum in genere, vt per Iacob. Butr. in l. Eccleſia. C de hæret. & per Abb. in conſ.42. num.1. prima parte. Sed ad probandum actus particulares requiruntur teſtes tres ſingulares, ſed omni exceptione maiores, vt per Pacten. de hæret.q. 34. Et vnus teſtis,ſiue de auditu ab ipſo hæretico, ſiue de viſu, ſi ſit omni exceptione maior facit indicium ad torturam, non tamen ſi ſit de actu remoto maleficio, vel de proximo ſcilicet de confeſſione extraiudiciali, vt per Epiſcopum Pact.q.25.nu.13. Eſt tamen aduertendum quod teſtes examinati in generali inquiſitione, ſunt repetendi in particulari inquiſitione coram duabus perſonis Eccleſiaſticis poſt litem conteſtatam, licet ſtylus Curiæ ſit aliter vt per Pact.de hæret. q.3.num.16. Et debent teſtes deponere de veritate verborum & de doctrina inquiſiri,non autem de credulitate facti hæreticalis,& non in ſcriptis, vt ibi per Pact. nu.54. Item eſt ſciendum quod hæreſis poteſt probari non ſolum per homines criminoſos, ſed etiam per teſtes excommunicatos, vt per Abb. in c. licet eli.de ſimo. num.21. tamen teſtes debent eſſe plures quam duo, maxime quando proceditur per inquiſitores irritata defenſione, vt per Pact.de hæret.q.34. & hæreticus non

præſumitur quis ex parua præſumptione, ſed ex magna. per Abb. in c. 1. nu. 6. extr. de iudic. & præſumptiones in crimine hæreſis non ſufficiunt ad condemnandum neque ad torturam niſi in caſibus quibus ſupra, ſed faciunt vt quis admittatur ad purgationem licet hæreſis non poſſit bene probari, & ſi defecerit in purgatione punitur vt conuictus. per tex. in c. inter. extr. de purgat. cano. & Abb. in c. ad abolendam. num. 8. extra de hæret. quia quis non poteſt damnari ex præſumptionibus nec ſi libri hæretici reperiantur penes ipſum, vt per Pact. de hæret. q. 28. num. 15. ſed qui libros ſuſpectos de hæreſi tenet, ſi ſtatim vt ſcit eſſe hæreticos non comburit, eſt iudicandus vt hæreticus per Affl. in d. conſt. inconſutilem, quæſt. 10.

6 Quo ad quartum dicitur quod alio modo punitur hæreſis explicita, & alio modo hæreſis implicita, explicita quæ committitur ſupradictis modis punitur pluribus modis tam de iure ciuili, quam de iure canonico, & prima pœna eſt quod hæreticus pro defenſione fidei a quocumque occidi poteſt ſecundum Carr. in ſuo pract. crim. num. 367. fol. 154. per tex. in cap. ſi audieritis 23. q. 6. Felin. in cap. fin. extra de hæret. & Foller. in ſua pract. crim. in tractatu ad defenſam. num. 100. Item hæreticus de iure communi ciuili debet comburi, per tex. in l. Arriani, & Auth. credentes. C. de hæret. item per regn. conſt. quæ incipit inconſutilem debent viui comburi, & eorum bona publicari, & poſt obitum eorum memoria damnari. de iure vero canonico non ſolum ſi inquiritur contra eos dum ſunt viui, & inueniuntur hæretici, ſed etiam poſt mortem ſi inuenirentur quod erant occulti hæretici eorum bona confiſcantur]. per tex. in cap. 2. de præſcrip. in 6. & etiam damnantur in foro conſcientiæ. per Abb. in c. 1. de conſt. & ſi hæreticus fuerit Clericus in ſacris conſtitutus degradatur per proprium Epiſcopum. per tex. in c. 1. de hęret. in 6. facta vero degradatione traditur iudici ſæculari, vt ſententiam exequatur. per tex. in cap. nouimus. de verb. ſignif. vt dictum eſt ſupra. Hortatur tamen vt citra mortem eum puniat prout in d. c. nouimus. ſed poſtquam dictus hæreticus eſt mortuus, denegatur ſibi Eccleſiaſtica ſepultura. per tex. in cap. quicumque.

cumque. in princ. de hæret: in 6. & non ſolum deletur eius memoria, ſed eius inſignia & arma delentur. ſecundum Epiſcopum Pact. de hæret. q. 12. num. 12. item eorum libri ſunt comburendi ſecundum Affl. in d. conſt. inconſutilem, in gloſ. in verb. pœna. & per Epiſcopum Pact. q. 12. num. 13. eod. tit. item non ſolum ſed etiam eorum filij puniuntur, quia vſque ad ſecundam generationem non admittuntur ad aliquam dignitatem, neque ad aliquod officium ſeu beneficium Eccleſiaſticum. per tex. in d. c. quicumque. §. tuſio. & poteſt hæreticus duplici pœna puniri, quia quando pro delicto vna pœna imponitur de iure ciuili & alia de iure canonico, ſi delictum pertinet ad vtrumque forum vtramque ſuſtinet; ſecundum Affl. in conſt. regn. patarenorum. quia tamen hodie iudex laicus non poteſt cognoſcere in tali delicto, vt dictum eſt, punitur pœnis canonicis, item damnantur eius opera & ſcripturæ. per tex. in c. fraternitatis. extra de hæret. & Abb. in c. damnamus. num. 4. extra de ſumma Trinit. & fid. Cathol. item hæretici ſunt infames & repelluntur a teſtimonio per Bart. in l. 1. num. 2. Cod. de ſumma Trinit. item non poſſunt habere officia inter Chriſtianos, vt per Bart. in d. l. 1. & Affl. in d. conſt. inconſutilem. & hæretici non poſſunt teſtari. Abb. in c. ad probandam. num. 10. extra de re iudic. & hæretici non poſſunt hæredes inſtitui etiam ſi ſunt coniuncti ſanguine teſtatori, & ſi aliqua perſona religioſa eos inſtituit eſt excommunicata, etiam poſt mortem. per Abb. in c. ſi quis. num. 3. de hæret. nec poteſt eis aliquid relinqui teſtamento, vt per Abb. ibi nu. 1. & 2. & hæreticus eſt priuatus omnibus iuribus, & bonis, per Abb. in c. non liceat. num. 5. de præſcript. 30. anno. & omnis hæreticus eſt excommunicatus. cap. excommunicamus, el 2. de hæret. & hæretici non poſſunt alienare, nec contrahere, cum omnis hæreticus ſit excommunicatus. per Abb. in cap. ſi vero. num. 3. extra de ſent. excom. & hæreticis non poteſt teſtimonium dici nec in teſtamento nec extra. per Bart. in l. 1. ff. de teſtam. & teſtimonia in iudicio ſunt interdicta hæreticis. per Bart. in l. quoniam. Cod. de hæret. & mani. & licet de iure ciuili filijs hæreticorum Catholici ſuccedāt bonis paternis. per Bar. in

Auth.

Digitized by Google

Auth. vt cum.de appell.cogno. §.ſi quis. num.3. tamen de iure canonico nec etiam filij Catholici ſuccedunt, c. vergentis. extra de hæret. & non ſolum hæretici patiuntur dictas pœnas, ſed etiam ſchiſmatici quando ſchiſma poteſt includi ſub nomine hęreſis in caſibus ſupradictis, vt voluit Bono Guido,& Ioan.Andr. in c.cum non ab homine.de iudic.& Io.Berar.Diaz in ſua pract. crim.cano.tit.de ſchiſma.per tex.in c.de liguribus.& etiã quod non ſit ſub nomine hæreſis excommunicatur & præſcriptione bonorum & exilij puniuntur.d.c.de liguribus.& irritæ ſunt ordinationes ſchiſmaticorum c.1.& 2.de ſchiſmat.23.q.5.& Abb. in d.c.cum non ab homine.& clericus ſchiſmaticus & hæreticus vt ſupra degradatur per proprium Epiſcopum, & traditur curiæ ſæculari,per prædicta. Item clericus hæreticus ſiue ſchiſmaticus, vt ſupra ipſo iure eſt priuatus beneficio. per tex. & gloſ. in cap.quo iure. 8.diſt.& ibi Propoſ. poſt Dominicum. & poſtquam committitur delictum hæreſis, hæreticus non poteſt renunciare beneficio, pertagenti obſtat exceptio hæreſis.per Abb. in c. at ſi clerici. de iudic. item qui docet hæreſim punitur ad mortem & alijs ſupradictis pœnis. & non ſolum ſupradicti hæretici & ſchiſmatici puniuntur dictis pœnis temporalibus, ſed etiam æternaliter damnantur ſi perſeuerant in hæreſi, & nulla eleemoſyna, nullum ſuffragium, nec etiam martyrium eis prodeſt.per tex. in c.firmiſſime.extra de hæret. & hæreticus dicitur apoſtata perfidiæ,quia deuiat a fide, & ideo etiam vt apoſta punitur.per gloſ.in c.1.extra de apoſt.& nullus pro hæretico intercedere debet. per d.conſt.regn.inconſutilem.nec permittitur pro eis poſtulari. & hæc prædicta habent locum de illis hæreticis, qui habent hæreſim explicitam vt dictum eſt, & conſtat contra eos, & ſunt condemnati nec ſponte & incontinenti abiurauerint. quia ſi ſponte & incontinenti abiurauerint non puniuntur morte, ſed perpetuo carcere ad peragendum pœnitentiam. per c.pen.extra de hæret. & per gloſ.in c.ad abolendam. in verb.recurrere.eod.tit. Inſuper ſi clericus hæreticus ante ſententiam reducitur ad fidem ſponte recuperat beneficium, ſi vero poſt ſententiam non recuperat. & ſi vult corrigere tunc depoſitus

detru-

detruditur in monaſterium.per Abb.& Decium in c.& ſi clerici, de iudic. & caſu quo clericus non ſit tradendus curiæ ſæculari, ſed perpetuo carceri mancipandus, debet degradari vt notatur in c.1.de hæret. in 6.& Eccleſia militans ſemel parcit hæreticis c.ad abolendam.§.illos,& c. ſuper eo.de hæret.in 6.& Affl. in d. conſt. inconſutilem,& propterea ſi hæreticus ſe correxit, & poſtea iterato reuertitur ad hæreſim, traditur curiæ ſæculari. per tex.in d. c. ſuper eo. de hæret.in 6. vt de omnibus Berar. Diaz. in ſua pract.crim.can.in verb.hæretici.ſi vero non ſunt in d. hæreſi maiori,& explicita,ſed ſunt in minori hæreſi, & conſtat cōtra eos,ſcilicet quia non peccat in articulis fidei,& in ſacramentis Eccleſiæ,ſed ſunt in implicita hæreſi, & errant in aliqua catholica opinione, mitius puniuntur.item qui non docent,ſed docentur hæreſim non puniuntur ad mortem,ſed mitius puniuntur, vt in l.arriani,& l.manicheos, & l. quicumque.C.de hæret. item ſi quis tenuerit,& dixerit hæreſim, ſiue explicitam ſiue implicitam, & ſe correxerit punitur mitius, vt per Epiſcopum Pact. quæſt.36.nu. 10. per Salic.in l. 1. cap. ſi quis imperat maledix. ſcilicet quando non ſtat in illa opinione, ſed ſe corrigit. Et propterea, quod dictum eſt in primo membro,ſcilicet quod quinque requiruntur in hæreſi, intelliguntur de illa explicita, & maiori, non autem de implicita,& minori,quia non requiruntur tot.ſufficit, quod inciderint in hæreſim, vt puniantur, licet non perſeuerent,& pertinaciter defendant, tamen ſi non pertinaciter defendant,& non perſeuerant puniuntur, ſed mitius arbitrio Iudicis.Et proinde licet quis ſit occultus hæreticus, ſiue per ſe, vt quando non ſcribit,nec in cognitionem ſenſitiuam inducit, ſiue per accidens,vt quia ſcribit,& dicit ſecreto, vt probari non poſſit,tamen dicitur hæreticus, quia vt dictum eſt etiam ſola mente,& cogitatione contrahitur hæreſis. & licet, quia non conſtat, non poteſt puniri pænis prædictis,tamen eſt excommunicatus, & punitur pœnis æternalibus,vt per Pact.in tit.de hæreſ.q.33. nu. 31.& non ſolum ipſi hæretici, & eorum filij puniuntur, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam eorum receptatores ſunt excommunicati per tex.in c.ſicut.extr.de hæret. c. excommunicamus.§. credentes

tes eod. tit. item ſunt infames,& inhabiles ad officia, c. 2. de hæret. in 6. De iure regni vero tam receptatores quam credentes, & complices publicatis bonis omnibus in perpetuum relegantur & filij ipſorum nullatenus ad honores aliquos aſſumuntur, ſed infamiæ perpetuæ nota laborant. per conſt. reg. patarenorum. ſi tamen aliquis ex filijs patarenorum detexerit hæreſim parentum in integrum reſtitbitur, vt per Foll. in ſuis frag. in tit. de hæreſ. & hæc locum habent, quando conſtat de hæreſi, ſed quando non conſtat, veniendo ad quintum membrum, dicitur, quod ſi quis eſt ſuſpectus de hæreſi, & ſunt

7 aliquæ leues ſuſpitiones, & ipſe negat, tunc eſt admittendus ad defenſiones, & dantur illis patrocinia. & tunc non ſunt illis interdicta teſtimonia, per doctrinam Bart. in d. l. quoniam. C. de hær. vbi dicit quid illis ſunt interdicta teſtimonia, & patrocinia quando contra eos ſufficienter conſtat, ſecus quando non ſufficienter conſtat, quia admittuntur defenſiones, & teſtimonia, & patrocinia dantur. Eſt tamen aduertendum Aduocatis, & Procuratoribus, quod proteſtentur, quod ſuſcipiunt defenſionem eorum, quatenus Catholici repererentur. per text. in c. ſi aduerſus. extra de hæret. & per Pact. in dicto tract. de hæret. q. 12. nu. 62. & tunc de licentia iudicis poterunt eis patrocinari, vt per Affl. in d. conſt. inconſutilem, & per iura per eum aducta ibi, quia alias Aduocati, & Procuratores patrocinantes, & Notarij pro eis inſtrumenta ſcribentes ſunt infames, & ab eorum officio ſuſpenſi. per c. ſi aduerſus. extr. de hæret. Itaq; quando eſt locus defenſioni poterunt defendi, quod pro leuibus ſuſpitionibus, quis non poteſt condemnari etiam de hæreſi, & quod præſumptiones in crimine hæreſis non ſufficiunt ad condemnandum, ſed admittunt ſuſpectum ad purgationem, vt dictum eſt. & datis ſibi defenſionibus poterit ſe purgare, probando eius bonã famam, vitam, & conditionem, inſuper probando eius bonam doctrinã, & quod ſemper docuerit, & locutus eſt ſanam, & catholicam doctrinam, & quod ſemper ſenſit, & locutus eſt catholice de articulis fidei, & de alijs chriſtianę fidei, & religionis, & quod aſſidue vſus eſt ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, & quod ſolitus fuit

aſſi-

aſſidue ire ad Eccleſias,& attente, & deuote miſſas aliaque diuina officia audire, & quod ſemper reuerẽtiam habuit Eccleſijs, ac Eccleſiaſticis perſonis,& ſolitus pauperibus eleemoſynas facere,& pijs,& Eccleſiaſticis vſibus, vt quilibet bonus, & perfectus chriſtianus, & quod ſuſpitio contra ipſum proceſſit ex fomite odij, & inimicitiæ, & ſi poterit repulſando etiam teſtes contra ipſum facientes,ex capite inimicitiæ, & alias iuſta iuris diſpoſitionem, & iuſta formam, & ritum inſtitutionum in ipſa inquiſitione factarum, & inquiſitoribus datarum, vt dictum eſt. Item poterit ſe defendere,& purgare,quod ea quæ dixit, per ignorantiam dixit, quia qui aliquid dixit per ignorantiam, licet erret, tamen hæreticus non eſt, vt per dictum Epiſcopum Pact. in dicto tract.de hæreſ.q.2.nu. 8. Item quod dixit, lubrico linguæ dixit, quia tunc non eſt hæreſis,per dictum Alb. Epiſcopum Pact.in eod.tract.q.3. nu. 20.Item quod dixerit per dementiam, quia tunc non punitur,cum non ſit addenda afflictio afflicto,dummodo probetur verus demens per l.tam dementis, C. de Epiſc. aud.Item ſi probetur quod per ebrietatem,& temulentiam, ſiue per quandam leuitatem,quia non punitur dictis pœnis,licet imponatur ei pœnitentia,per Pact.in d.tract.q.36. num.11. Item quando quis propoſuerit ambiguam propoſitionem non punitur vt hæreticus,vt per dictum Pact.in d.tract.q.34. nu. 50. hoc tamẽ intelligo,dummodo quod ipſe interrogetur, & declaret quod intelligit in bonam partem.quia in iudicijs, ſi quis ambigue loquitur,ſtatur intentioni,& interpretationi aſſerentis,per text. in l.ſi quis intentione ambigua.ff. de iudic.item poterit dictum inquiſitum pœnitere.& veniendo

7 Ad Sextum membrum dicitur, quod in hæreſi habet locum pœnitentia,ſed quatuor requiruntur,vt hæretico maiori redeũti ad fidem remittatur pœna mortis. ſcilicet, vt ſpontè redeat non autem metu pœnæ. Item licet ex interuallo non autem habita notitia probatorum. Item quod hæreſim publicè abiurauerit ad arbitrium Epiſcopi loci,vt ſatisfaciat de peccato faciendo pœnitentiam.per Abb.in c.ad abolendam. nu.6. de hæret. Quia licet tunc ille tenuerit, & locutus fuerit hæreſim explicitam, & per

tem-

tempus perſeuerauerit in dicta opinione, & crediderit eſſe veram,& confeſſus fuerit,& non poteſt ſe excuſare quod prætextu ignorantiæ dixerit, tamen eius abiuratio recipitur, & remittitur ei pœna mortis,ſed ſi eſt clericus degradatur. & ſiue clericus, ſiue laicus mittitur in perpetum carcerem ad peragendum pœnitentiam,vt dictum eſt c.penul.extra de hæret.& gloſ. in d. c. ad abolendam . in verb. remittere, de hæret. & ita intelligit dictus Pa&.q.36.2.concl.Quia ſi abiuratio eſt in alia minori hæreſi mitius punitur.per ſupradicta. quæ tamen abiuratio non habet locum in eo, qui profanat baptiſmum, quia is non admittitur ad abiurandum.per text.in l. hi qui ſanctam.C.de apoſt. ſed hoc de iure.de conſuetudine remitto me ad nouas conſtitutiones, & ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ . & hæc ſufficiant ſuper hoc tractu hæreſis,reliqua vide per Summiſtas,& Doct.ſupra allegatos.

De Crimine Simoniæ.

8 QVia Crimen Simonię poſt hæreſim omnibus alijs criminibus deteſtabilius eſt,vt per Abb.in rubr.extr.de ſim. gloſ. in ſumma 1. quæſt. 1.& excepta hæreſi, & crimine læſæ maieſtatis cætera crimina reſpectu ipſius pro nihilo reputantur, per tex.in c.ſi.1.q.1. & c.per tuas.extr. de ſim.taliter quod propter ſuam immanitatem dicitur hæreſis, licet non ſit verè hæreſis,vt per Abb.in c.quoties.de ſim.tamen qui credit gratiam ſpiritus Sancti poſſe acquiri pretio eſt vere hæreticus , vt per Abb. ibi,& de hoc per Fel.in rubr. eo tit.de ſim. propterea congrue ſubſequenter tractatur de crimine ſimoniæ.& more ſolito diuidendo præſentem tractatum in quinque membra . Primo videndum eſt,quid ſit ſimonia,vnde dicatur,quotuplex ſit,& quomodo committatur . Secundo quis poſſit accuſare de crimine ſimoniæ,& per quem Iudicem, & quomodo procedat. Tertio , quæ probationes requirantur, & quis poſſit deponere in dicto crimine . Quarto quibus pœnis puniatur ſimonia . Quinto quomodo poſſit diſpēſare in dicto crimine. Quo ad primum,ſimonia eſt voluntas ſtudioſa, & cupiditas emendi & vendendi aliquod ſpirituale, vel ſpirituali annexū.per Abb. in rubr. extra de ſimon.

gloſ.

gloſ.in ſumma 1.q. 1. dicta autem eſt ſimonia à Simone Mago,
9 qui primus in nouo teſtamento iratus ſceleris author fuit, qui voluit emere gratiam Spiritus ſancti ab Apoſtolis,qui dabant dictam gratiam, & ipſe pretio volebat habere talem poteſtatem conficiendi dictam gratiam.c.ad hoc.1.q.1.quemadmodum Ziezus diſcipulus Eliſei in veteri teſtamento voluit vendere ſanitatem Nahaman Siro Regi, videlicet poſtquam Eliſeus dederit ſanitatem dicto Regi leproſo, ipſe Ziezùs inſecutus eſt dictum Regem, vt aliquid daret pro ſanitate recuperata, qui remiſit ad Eliſeum duo talenta, & veſtes mutatorias, ipſe autem Ziezùs abſcondit, & fraudauit dicta dona, qui fuit maledictus ab Eliſeo, vt lepra dicti Regis ſit ipſi Ziezo, & effectus eſt leproſus, vt habetur in veteri teſtamento libro 4. Regum. Hinc eſt vt ementes ſpiritualia dicantur ſimoniaci, vendentes, dicantur Zieziti, ſed communi vocabulo omnes, tam ementes quam vendentes ſpiritualia dicuntur ſimoniaci,per gloſ.in ſumma 1.q.1. Abb. in c.extirpandæ.§.ſi vero.nu.53.extra de præben.& ſimonia ſecundum vnam diſtinctionem dicitur duplex, vna quæ committitur ipſo iure,vt emere,& vendere ſpiritualia alia,quæ non dicitur ipſo iure,ſed per conſtitutionem Eccleſiæ, ſcilicet quando aliquid accipitur,vel donatur pro benedictione nubẽtiũ,& pro baptiſmo, & alijs non intẽtione vendendi & emendi,ſed gratia remunerandi Prælatum.& licet hoc nõ ſit ſimoniacũ in ſe,tñ eſt ſimoniacũ, quia eſt a ſuperioribus prohibitum.per Abb. in c. & ſi Chriſtus, nu.2.extra de iur.iur.tu vero dic quod ſi temporalia dantur, vel recipiãtur pro ſpiritualibus non ratione pretij, ſed ſubſtentationis miniſtrorum,liberalitatis,eleemoſynę,obligationis legalis,aut conſuetudinariæ,non eſt ſimonia, vt ſentit S. Thomas,& Caiet. ſuper ipſum 2.2.q.100.art.3.& Nauar.cap.23.nu.99. de ſimon. §.12.Eſt & alia diſtinctio, quia ſimonia ſolet partiri in tres ſpecies,ſcilicet mentalem,conuentionalem, & realem.mentalis, eſt illa qua vult dari,vel recipi aliquid temporale pro pretio rei ſpiritualis,& non datur,nec recipitur,& illa etiam qua datur,& recipitur ſine expreſſione illius voluntatis, & conſequenter ſine pacto expreſſo,nec tacito.& hæc ſimonia mentalis, quamuis ſit pecca-

peccatum,non tamen punitur in foro exteriori.c.cogitationis de pœnit.diſt. 1. nec inducit excommunicationem, nec reſtitutionem, ſiue ſit de iure diuino, ſiue de iure humano prohibita, vt declarauit Greg.ix.in c. fi. de ſimon. etſi vſura mentalis obliget ad reſtitutionem eius quod perceptum fuit vltra illud quod mutuatũ fuit,ſecundũ opinionẽ cõmunem in d.c. fin.de ſim. & in c. conſuluit,de vſuf. Et differentiæ ratio aſſignari poteſt ſecundum Caiet.2.ſec.q.100.art.6. ſcilicet quia illud quod datur vſurario mentali,datur quaſi vi, & contra voluntatem, & quod datur ſimoniaco mentali,datur voluntarie,prout emptori, & venditori. Simonia ſolum conuentionalis, qua non ſolum expetitum fuit aliud,ſed ſignificatum alteri fuit cum illo expreſſe, aut tacite pactum fuit, ſed pactum non fuit conſumatum ſaltem ex altera parte.& hæc peior eſt ſimonia mentali, & non adeo mala, ſicut realis,quia non ſolum eſt peccatum,ſed puniri poteſt in foro exteriori, non tamen inducit excommunicationem, ſed neceſſitatem reſtituendi,quod receptum fuit ei,qui dedit,vt dixit Caiet. priùs quam iuſtitia aliud diſponat. & dictum fuit tacite, quia aliquando pactum iſtud fieri ſolet ſine magna altercatione, & diſſentione,& paruo tempore,& ſolo momento, immo & ſine verbis, quando alter intelligit alium velle ſibi vendere beneficium nimis,& ipſe nihil dicendo donat ei nummos, & ille recipit,intelligendo dari ſibi pro beneficio, & ipſe deinde illi beneficium non renuntiat. dictum fuit ſaltem ex altera parte,ad ſignificandum quod quamuis alter ex pacto & concordia det temporale aliquid, ſi tamen ille alius non tribuit ſpirituale, ſolummodo eſt ſimonia conuentionalis, & non realis, vt etiam dicit Caiet.in ſum.verſ.ſimonia. & quod idem dicendum ſit,quando alter tradit ſpirituale, alter non temporale.per Caſſad. deciſ. 5. de pact.& Gome.q.12.reg.de trien.poſſeſſ. quatenus dicunt valere collationem factam per ſimoniam conuentionalem, & clarum eſt beneficium dari collatione, & probatur ratione qua Caiet.probauit dictum præcedens. Simonia realis eſt,qua non ſolum expetitur quid, & tacitè vel expreſsè pacta fiunt, ſed ab vtraque parte perficitur.& hæc peior eſt ceteris, quia non ſolum

mor-

mortale eſt peccatum, & poteſt in foro exteriori puniri, ſed etiam inducit papalem excommunicationem, & nullitatem tituli beneficialis, ſi beneficium collatum fuit, & inſuper neceſſitatem reſtituendi receptum. vide Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 14. & quaſcumque prouiſiones, & etiam renunciationes factas ſimonia reali ipſo iure nullas eſſe, & reſignatarios, ſeu ceſſionarios non facere fructus ſuos, quinimo teneri remittere beneficia, tamquam res iniuſte obtentas, & fructus male perceptos, vt declarauit Paulus II. in extrauagant. 2. de ſimonia. Item qui committunt ſimoniam realem in ordine ſiue in beneficio, ſiue ſit occulta ſiue notoria, præterquam quod remaneant ſuſpenſi ab ordinibus obtentis per ſimoniam, & ſine iure in beneficijs quæ voluerunt adipiſci per ſimoniam, ſunt excommunicati ipſo facto paciſcentes, & etiam proxenetæ ſimoniæ, & qui conſilium, fauorem, & opem dederunt. vt idem ſtatuit poſt Martinum V. in Concil. Conſtantinopol. ſeſſ. 43. vide Nauar. in ſupradicto loco, & Tolet. vbi plenè libro 5. in tit. de ſimon. per plura cap. à principio vſque ad finem titul. & vide Abb. in cap. tuæ. 1. extra de ſimon. Et vt cognoſcatur, quot modis ſimonia committitur, dicitur quod ſimoniam committit qui aliquid exigit pro abſoluendo excommunicato. Abb. in cap. auditis, num. 1. de ſimon. Item ſimoniam committit, qui precio, & fauore abſoluit peccatorem, vel celat, & reconciliat ante pœnitentiam, vel digne pœnitentem a reconciliatione remouet precio, vel fauore. Item qui impendit aliquid temporale. pro ſpirituali, vel aliquid ſpirituale pro temporali, vel quando omittit aliquid ſpirituale pro temporali, per Abb. in cap. nemo extra de vſur. item ſimoniacus eſt, qui pro aliquo obſequio temporali promittit beneficium eccleſiaſticum. per Abb. in cap. cum eſſent. de ſimon. Item ſimoniam committit, qui vendit res, vel iuriſdictionem ſpiritualem, vel temporalem annexam ſpirituali, ſcilicet, quando venditur iuriſdictio temporalis, quæ ſpectat ad officium Eccleſiaſticum. per Abb. in cap. quoniam. el 1. num. 2. de ſimonia. Item ſi quis ex pacto cum parte, literis renunciat ad beneficia,

pro habenda portione beneficij de quo litigatur. per Abb. in cap. ad audientiam el 2. extra de reſcript. ſecus ſi renunciat de per ſe, & poſtea ſuperior dat penſionem ſuper dicto beneficio, quia tunc non committitur ſimonia. vt per Abb. ibi. Item ſi quis renunciat litteris ad beneficia pro commodo temporali ex pacto cum parte ſecundum communem opinionem. per Abb. in dict. cap. ad audientiam. num. 6. licet gloſ. ibi teneat contrarium, ex quo per litteras ad beneficia non conſequitur ius ad beneficia. & ratio communis eſt, quia licet non conſequatur ius completorium, tamen conſequitur ius præparatorium ad beneficium. vt per Abb. ibi. & pro communi facit, quia præparatorium ius ad beneficium dicitur aliquid ſpirituale, & qui renunciat ſpirituali pro commodo temporali committit ſimoniam, vt dictum eſt ſupra. Et ſi quis dat pecuniam vt acquirat beneficium ſibi vel alij, committit ſimoniam, & etiam ille, cui acquirit, ſi ſciat pecuniam fuiſſe datam vt ſibi acquirat beneficium, & non contradicit. Si vero ignorat pecuniam fuiſſe datam non eſt ſimoniacus, ſed non acquiritur ei beneficium, quia collatio eſt nulla. ſi verò ſciat, & contradicit acquiritur ei beneficium, vt refert, & ſequitur Abb. in cap. ſicut extra. de ſimonia. & hæc eſt communis opinio, vt refert Abb. ibi. & ita concordant opiniones Goff. & Anton. & aliorum. Item ſi quis facit preces pro aliquo promouendo, cum intentione vt promouendus ſibi obligetur, & ſic prætendit intereſſe, ſimoniam committit, ſiue promouendus ſit dignus, ſiue indignus, ſi vero zelo caritatis tantummodo facit preces, ſi vere promouendus eſt dignus, non committit ſimoniam, neque peccatum, ſi vero eſt indignus, non committit ſimoniam, ſed peccatum, ſecundum Abb. in cap. tuam. de ætate, & qualitat. num. 3. Si quis deſiderat, & inſtat pro obtinenda aliqua dignitate, vt alijs prodeſſet, non eſt damnandus, neque de iure, neque de conſuetudine, nec reputandus ambitioſus. per Abb. in cap. per inquiſitionem. de electio. per cap. qui Epiſcopatum. 8. quæſt. 1. & ibi notat Archidiaconus, & quando preces fiunt licite pro obtinendo beneficio, vel digni-

tate,

tate, habetur per Innoc. in cap. tuam. extra. de ætat. & qualitat. & Ancharan. in capit. ſunt nonnulli. 1. quæſt. 1. Bartol. & Doctor. in l. 1. ff. ad legem Iul. de ambi. & in l. vniuerſi. C. de leg. lib. 10. Item qui tranſigit ſuper eccleſiaſtico beneficio, licet non committat ſimpliciter ſimoniam, tamen habet in ſe ſpeciem ſimoniæ. & differunt, quia annullatur tranſactio, non tamen tranſigens condemnatur, vt ſimoniacus. per Abb. in capit. conſtitutus. de tranſ. numer. 3. Item ſi quis emat officium cum adminiſtratione iuſtitiæ, peccat, & punitur.

Item qui emunt Prioratum, Vicariatum, Guardianatum, Miniſtratum, & alia ſimilia ſpiritualia, debent ab illis excludi. cap. conſulere. & cap. non ſatis. de ſimonia. & ſi ſunt fratres Obſeruantiæ Sancti Franciſci, incurrunt in excommunicationem reſeruatam Papæ. vt per extrauag. Pij Quinti, quæ incipit. Paſtoralis. laicus vero emens officium ſine adminiſtratione iuſtitiæ non punitur, quia licite emere poteſt. per Bart. in l. 1. ff. ad l. Iuli. de ambit. & in l. Barbarius. ff. de off. præſ. Et eſt pragmat. Caroli Quinti Imperatoris, quæ incipit. Inter alia. quæ punit barones vendentes officia iuſtitiæ pœna centum vnciatum auri, ementes vero vt ammittant pecuniam, & careant iuriſdictione. Inſuper ſunt de hoc etiam aliæ pragm. prohibentes etiam munera recipi pro officijs iuſtitiæ concedendis. Et ſic ex pluribus modis committitur ſimonia vt dictum eſt. Quandoque tertius committit ſimoniam licet non dans neque recipiens beneficium, ſcilicet quando tertius dat aliquid interceſſori, vt intercedat ignorantibus tamen conferente, & recipiente beneficium, tunc ille tertius committit ſimoniam. per cap. at ſi quæſtiones. extra. de ſimonia. gloſ. in ſumma. 1. quæſt. 1. & ex qualitate perſonarum, muneris, & temporis, cognoſcitur animus committendi ſimoniam, vide ibi. Epiſcopi vero ſi pro aliquo ordine conferendo aliquid recipiunt, vel etiam ſi de emolumentis notarij participarent, committunt ſimoniam. qui notarij pro eorum labore, & ſcriptura ordinum,

poſſunt habere decimam partem vnius auri tantum, & non vltra. vt per Sacr. Concil. Trident. de reformatione. capit. 1. ſeſſ. 21. & hoc verum ſi notarij non habent ſalarium conſtitutum pro officio exercendo, alias ſecus, & ibi. Item Epiſcopi, & clerici pro electione ſeu collatione, vel confirmatione, & inſtitutione in beneficijs Eccleſiaſticis dantes vel recipientes, puniuntur tamquam ſimoniaci pœnis a iure ſtatutis. vt per Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. capit. 14. & dicitur infra ſuo loco.

10 Quo ad ſecundum dicitur, quod de crimine ſimoniæ quilibet admittitur ad accuſandum quemadmodum de crimine læſæ maieſtatis. per Abb. in cap. per tuas. de ſimonia. dum per Abb. in capit. ſancta. de ſimonia. in tantum quod etiam ſerui & meretrices admittuntur ad accuſandum. per Abb. in capit. ſancta. de ſimonia. Qui tamen denunciat, vel accuſat, debet prius caritatiue monere ſimoniacum, vt deſiſtat à ſimonia. vt per Abbas in capit. licet eli. per illum textum de ſimonia. ſi tamen laicus accuſat clericum, requiritur quod ſi bonæ famæ. item Chriſtianus contra Chriſtianum, ſeu Catholicum, non autem infidelis contra Catholicum. per gloſ. 1. quæſt. 1. in ſumma. & per text. Abbas, & Doctor. in dict. cap. per tuas. Inſuper in dicto crimine ſimoniæ non ſolum poteſt procedi ad quærelam cuiuſcumque vt dictum eſt, ſed etiam poteſt procedi ad denunciam, & ex officio. per text. in cap. extirpandæ. & ibi Abb. & Doctor. de ſimonia. Et crimen ſimoniæ eſt crimen Eccleſiaſticum, & cognoſcitur per iudicem Eccleſiaſticum quemadmodum crimen hæreſis, quia hoc crimen habet originem prohibitionis ab Eccleſia, & ſecundum eius inſtitutiones regulatur. per Abb. in c. cum ſit generale. numer. 20. de iureiuran. licet etiam ſit cognitum, & prohibitum de iure ciuili. per text. in l. quiſquam. C. de Epiſc. & cleric. vbi dicitur quod Epiſcopus, vel alius Sacerdos non pretio, ſed precibus eſt ordinandus vt ceſſet altaribus profanus ardor auaritiæ, & alias vt ibi contrafacientibus imponitur

tur

tur pœna, vt ſuo loco dicetur. Item ſicut toto titulo prohibetur hæreſis, ſic toto titulo Legis Iuliæ de ambitu prohibetur, & punitur prauitas ſimoniaca; tamen quia ſupradicta crimina offendunt religionem,ideo dicta crimina cognoſcuntur, & puniuntur per iudicem Eccleſiaſticum pœnis a ſacris Canonibus inſtitutis, ſiue ſint clerici,ſiue ſint laici. Et ſi Epiſcopus eſt ſimoniace confirmatus licet de iure canonico poſſit contra eum agi coram Metropolitano, qui procedat cum numero duodecim Epiſcoporum vltra ipſum Metropolitanum, vſque ad concluſionem, ſed diffinitio reſeruetur Papæ;hodie tamen per Sac.Conc.Trid.c.6. & cap.8.ſeſſ.13. diſponitur,quod Epiſcopus non poſſit citari vt compareat perſonaliter niſi ex cauſa qua eſſet deponendus, ſeu priuandus veniret, & quod cauſæ Epiſcoporum cum pro obiecti criminis qualitate comparere debeant coram Pontifice Maximo referantur, & terminentur per ipſum. Contra vero alium Prælatum, vel Presbyterum, Diaconum, vel Subdiaconum poteſt Metropolitanus, ſeu Epiſcopus ſuperior procedere & etiam diffinire & deponere,Presbyteros cum ſex Epiſcopis,Diaconos, & Subdiaconos cum tribus Epiſcopis. vt per Abb. in c. non poteſt. num.4. & cap.de cætero. num.14. de ſent.& re iud. Sed per Sac.Conc. Trid.ſeſſ.13.cap.4. diſponitur,quod pro criminibus pro quibus perſonæ Eccleſiaſticæ eſſent deponendæ, & tradendæ curiæ ſæculari, quãuis certus numerus Epiſcoporum a ſacris Canonibus requirebatur in degradatione, quod ipſe ſolus Epiſcopus poſſit deponere,adhibitis tamen totidẽ Abbatibus, & in hoc aſſiſtentibus,vsũ mithrę & baculi habentibus ex Apoſtolico priuilegio,ſi in ciuitate & diœceſi reperiri & cõmode intereſſe poſſint,alioquin alijs perſonis in Eccleſiaſtica dignitate cõſtitutis,quę ætate graues & iuris ſcientia commendabiles exiſtant.

11 Quo ad tertium dicitur, quod in crimine ſimoniæ ſufficiunt etiam non plene probationes, & indicia, vel ſola ſigna, & præſumptiones admittuntur. per Abb. in cap. ſicut. de ſimon. per Bernar. Diaz in ſua pract. crim. canon. in verb. ſimonia. & per ſumm.Sylueſtr.in verb.ſimonia. Et quando ſumus in dubio an mens recipientis fuerit deprauata, quando recipitur aliquid & dubitatur an animo committendi ſimoniam, an ex mera libera-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

litare,recurritur ad coniecturas. iuxta tex.in cap.ſi quæſtiones. de ſimon. & habetur per Abb. in c.tuæ. el 1. de ſimon. Et in crimine ſimoniæ quilibet admittitur ad teſtificandum, & accuſandum,niſi eſſent conſpiratores, vel inimici capitales. per tex. in c.tuas. de ſimon.& ibi Abb. dummodo quod Chriſtianus deponat contra Chriſtianum,Catholicus contra Catholicum, non autem non Catholicus contra Catholicum. vt per Abb. ibi. Inſuper vt in crimine hæreſis, ſimonia etiam incidenter probata eſt punibilis. per Abb.in c. inſuper. de conceſſ.præben. & per d. Io.Bernar.Diaz. in d. ſua pract.in verb. ſimonia. Ad illud tamen quod dictum fuit quod admittuntur ſigna, indicia, & præſumptiones, intelligo quod ſint indicia vrgentia,& præſumptiones magnæ, & non leues, prout etiam dictum fuit in crimine hæreſis,quæ relinquuntur arbitrio iudicis.Sed eſt videndum an ſi indicia & præſumptiones non ſufficiant ad condemnandum, veniendum ſit ad torturam ex dictis indicijs? Et videtur quod in dicto crimine ſimoniæ non ſit locus torturæ, quia pro dicto crimine non imponitur pœna nec mortis nec alia corporalis, niſi detruſio in monaſterium, & depoſitio, & amiſſio bonorum, & excommunicatio in reali tantum ſimonia, vel etiam alia minor pœna in conuentionali ſimonia, & tortura eſſet maior qualibet dictarum pœnarum (præterquam excommunicatione) quia eſt maior qualibet pecuniaria. per tex.in l.in ſeruorum.ff.de pœn. & non debet eſſe maior pœna in inquirendo quam in condemnando & puniendo. vt per Hipp.in ſua pract. crim. in verb.expedita. nu.58. per iura per eum adducta ibi. Tamen vt dictum eſt, quia crimen ſimoniæ (poſt hæreſim) eſt deteſtabilius omnibus alijs criminibus, inſuper quia aliqua iura dicunt quod vltra alias pœnas poteſt puniri ad inſtar criminis læſæ maieſtatis. per tex. in l.ſi quiſquam. C.de Epiſc. & cler. item quia licet veniret imponenda pęna pecuniaria, quando habet admixtum crimen prout in caſu noſtro, in cauſa pecuniaria eſt locus torturæ contra omnes. vt per Doct.in c.1.extr. de depoſito. & refert & ſequitur Hipp.in d.ſua pract.§.expedita.num.61.hoc tamen in ſimo nia reali, & extantibus indicijs ſufficientibus ad torturam, cum in tali crimine varie & diuerſimode imponatur

pęna

pęna arbitrio iudicis,iuxta qualitatem ſimoniæ,vt infra dicetur.
12 Et veniendo ad Quartum membrũ dicitur,quod dictum crimen ſimoniæ pluribus pęnis punitur, quandoque excommunicatur ſimoniacus quandoque in monaſterium detruditur. per tex. in c. reperiuntur. 1.q.1. quandoque ſpoliatur omnibus bonis. per tex. in c. de liguribus. 23.q.5. quandoque deponitur cum infamiæ nota. per tex.in cap.ſtatuimus. 1.q.1.& c.fi.1.q.3. & varie per iura punitur, nec datur certa regula ſecundum qualitatem ſimoniæ. vt per Hoſt.in ſum. eod. tit.de ſimon. §. qua pœna.& Bernard.Diaz. in ſua pract.in verb. ſimonia.& ſi extiterit accuſator. ſi ſimoniacus eſt clericus, vltra ſupradictam pœnam excommunicationis, priuatur ſuo gradu ſuſcepto, & officio, & beneficio, & relegatur in monaſterium ad peragendam pœnitentiam. ſi vero laicus, anathemate perpetuo damnatur.per tex. in c.extirpandæ.extr.de ſimon.& c.ad hoc.eod.tit. & c.cum ſuper. extr. de confeſſ.vt habetur per Propoſitum,in c.presbyteri & c. ſtatuimus.1.q.1. Et hoc ſi delictum eſt ſufficienter probatum, & ſimonia ſit realis. ſi tamen delictum ſimoniæ ſit occultum non deponitur, ſed ſecreta pœna eſt iniungenda.per c. tuæ.de ſimon. & per Io. Bernar. Diaz in locis ſupra allegatis. Item ſi recipiatur Monachus in monaſterium ſimoniace, ſi conſtat & procedatur per accuſationem, tam recipiens quam receptus deponitur. ſi vero per inquiſitionem, receptus in arctum monaſterium detruditur, & recipiens ſuſpenditur executione ſuorum ordinum, & alia pœna punitur arbitrio iudicis. per Abb. in c. dilectus filius. de ſimon. Et ſi quis aliquam gratiam obtinuerit ſimoniace, ſiue clericus ſiue laicus vtriuſque ſexus, eſt ipſo iure excommunicatus, & non poteſt abſolui niſi a ſummo Pontifice. per Abb. in c. de cætero. num.14. de ſimon. Item conferens ordinem ſimoniace, eſt ipſo iure ſuſpenſus a collatione ordinum & ordinatus ab illo ordine ſimoniace ſuſcepto. per Abb. in c. ſi quis. de ſimon. Sed hodie per conſtitutionem Xiſti Quinti contra clericos male promotos, tam Epiſcopus,quam clericus ſimoniace & male promotus, incurrunt ipſo iure irregularitatem. Item ſimoniacus obtinendo beneficium, ab illo deponitur. & ſi proceditur per viam inquiſitionis,non deponitur ab ordine, ſed

poteſt alia pœna arbitrarie puniri. ſi vero proceditur per viam accuſationis, deponitur etiam ab ordine. per Abb. in c. inſinuatum. de ſimon. & in cap. cum clerici. de pact. Sed hodie qui obtinent ſimoniace Eccleſiaſticam dignitatem vel beneficium, ipſo facto ſunt priuati dignitate vel beneficio, cum inhabilitate ad obtinendum dictam dignitatem vel beneficium, & ad alia obtinenda, vltra alias pœnas. Pius V. conſt. 5. Item ſimonia non impedit quem eſſe Monachum, ſed impeditur habere locum in illo monaſterio vbi commiſit ſimoniam. per Abb. in c. quoniam. num. 6. de ſimon. & ſic ſi eſt detrudendus in monaſterium, non detruditur in illud vbi commiſit ſimoniam, ſed in aliud. hoc de iure canonico. Sed ſi poſt ingreſſum monaſterij ſuſcepiſſet ordines cum ſit ſimoniacus, tanquam male promotus eſſet irregularis, & non poſſet ad alios promoueri nec ſuſceptos miniſtrare, & exercere, per d. conſt. Xiſti Quinti contra male promotos. Et ſi Epiſcopus eſſet notorius ſimoniacus non poſſet clericos ordinare & ordinati ab ipſo non habent executionem ordinum. per Abb. in c. per tuas. el 2. de ſimon. Inſuper ſimonia interueniens in aliquo contractu, vitiat contractum ipſo iure taliter quod ſi Epiſcopus concedit Eccleſiam alicui monaſterio, vel Eccleſiaſticis perſonis ſub annua penſione per ipſum recipienda, non poteſt penſionem licite percipere ſine licentia Papę. per Abb. in c. cōſtitutus. de relig. domib. & ibi etiam Cardinalis. Item ſi arbitri committant ſimoniam in laudo, laudum vitiatur & ſicut ſi eſt lis in beneficio, partes recipiendo aliquid temporale renunciant ſpirituale, committunt ſimoniam vt dictum eſt, ita arbitri non poſſunt pronunciare vt vna pars renunciet ſpirituale pro recipienda re temporali. per Abb. in c. 2. num. 10. de arbit. 2. Si quis per ingreſſum monaſterij committit ſimoniam non habilitatur ad exequendum ordinem ſimoniace receptum, quia licet per ingreſſum monaſterij tollatur aliquis defectus, ſcilicet natalium, & alius defectus veniens ſine peccato ipſius ingredientis; tamen non tollitur defectus veniens ex ſuo proprio delicto. in c. tuæ. & in c. mandato. de ſimonia. & hoc de iure canonico antiquo. Sed hodie per conſt. Xiſti Quinti contra illegitimos, quæ incipit. Cum de omnibus. & per aliam conſt. quæ incipit

cipit. Ad Romanum. religioſi recipientes aliquem ad ingreſſum, ſeu ad habitum, vel ad profeſſionem, ſunt excommunicati recipientes contra formam dictarum Conſtitutionum, & ſic non tollitur defectus natalium per ingreſſum monaſterij. vide dictas conſtitutiones; vide etiam extrauag. Pauli II. quæ incipit. In deteſtabile. inter extrauagantes communes. tit. de ſimonia. vbi dicitur quod ſimoniacus ipſo iure eſt priuatus beneficio & imponitur pœna excommunicationis ipſo facto, & abſolutione ſeruatur Papæ. vide Felyn. in c. in noſtra. de reſcript. Et ſimoniacus nullum ius quærit, & tenetur reſtituere fructus ſimoniace perceptos, vltra alias pœnas a iure ſtatutas. vide etiam Io. Berar. Diaz in ſua pract. crim. in verb. ſimonia. & Silu. in verb. ſimonia. Et hæc habent locum in ſimonia reali, & quando plene & ſufficienter conſtat de ſimonia. ſi vero non conſtat ſufficienter, ſed ſunt aliqua indicia ad inquirendum, & conſtat per aliquas præſumptiones, vel quomodocumque inquiſitus ſit admittendus ad defenſiones. & veniendo ad quintum membrum dico quod tunc
13 dandæ ſunt defenſiones & admitti ad probandum eius innocentiam, & tunc debet probare eius bonam famam, vitam, & conditionem, & quod non ſit ſolitus ſimoniam committere, ſed quod ordines, vel beneficia quæ obtinuit, licite & canonice & ſincere & cum recta conſcientia recepit. & debet oſtendere litteras vel bullas canonice obtentas ſuorum ordinum, vel beneficiorum, & alias contraria contrarijs pellere, iuxta caſus contingentiam. Item ſi inciderit in aliquam ſimoniam poterit probare quod ignoranter, & non ſcienter inciderit, & propterea non erit puniendus pœnis ſupradictis. quia qui ignoranter committit ſimoniam deponitur tantum a ſimoniace receptis, non ab alijs legitime receptis, nec a recipiendis. per Abb. in cap. per tuas. el 2. nu. 6. de ſim. Inſuper ſi quis eſt accuſatus de ſimonia, etiam quod veniat abſoluendus, tamen pendente proceſſu ab adminiſtratione dictorum prohibetur. vt per Abb. in c. accuſati. per illum tex. de ſim. item poterit ſe defendere quod ſi aliquid dedit, non per ſimoniam & ex mente deprauata, ſed per meram liberalitatem, quia tunc non committitur ſimonia. per tex. in c. tua. de ſimon. item ſi aliquis iuſte poſſidebat beneficium, &

litigabat

litigabat cum aliquo qui prætendebat ius ſuper dicto beneficio ſi aliquid dedit, ſcilicet pecuniam vt cedat illi iuri & ipſum poſſidentem non moleſtet, poteſt probare quod pars aduerſa cui dedit pecuniam erat potens, & non poterat litigare cum dicto potente, & iuſtitiam a iudice conſequi non potuiſſet ſtante potentia aduerſarij, quia aliter non dediſſet, & quod agens contra ipſum poſſidentem iniuſta lite, volebat ab ipſo extorquere. Item e conuerſo, ſi quis habet ius ad beneficium, iuſtam litē & cauſam fouendo, agit contra poſſeſſorem iniuſte poſſidentem, potentem, & agens non potuiſſet aliter conſequi ſuum ius, & iuſtitiam niſi pecuniam dediſſet, ſi dedit pecuniā iniuſte poſſidenti, & potenti, non committit ſimoniam, quia licet redimere vexationē, dummodo quod agens dedit antequam conſequatur ius ſuum. vt S.Tho.2.2.q.100.art.2.ad 5.& Toletus.c.90.n.3.lib.5.ſub tit.de ſim. Et prædicta hæc in foro exteriori, in foro tamen conſciētiæ, ſi ſimoniacus realem commiſit ſimoniā licet non probetur in foro exteriori, adeo quod non eſt aliqua ſufficiens probatio, & ex defectu probationum fuit abſolutus per ſententiam, tamen non eſt tutus apud Deum, quia tenetur reſtituere beneficium cum omnibus fructibus perceptis, & incurrit in pœnas prædictas, & debet obtinere diſpenſationem a ſummo Pontifice. licet tamen Sac. Conc. Trid.c.6.24.ſeſſ. diſponit quod in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus omnibus occultis, & in quibuſcumque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, poteſt Epiſcopus di-
14 ſpenſare, & per ipſum in ſua diœceſi, vel per eius Vicarium ad hoc ſpecialiter deputandum gratis abſoluere in foro conſcientiæ, exceptis his quæ perueniunt ex homicidio voluntario, vel ſunt in foro contentioſo deductæ. Quare ſi crimen ſimoniæ fuit propoſitum in foro contentioſo, licet inquiſitus fuit abſolutus per ſententiam quia non fuerunt ſufficientes probationes, nihilominus Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ſi inquiſitus realem cōmiſit ſimoniam vt dictum eſt.& ſic ex diſpoſitione. Sac.Cōc. Trident. ſunt ſublatæ quæſtiones & diſtinctiones iuris canonici quando Epiſcopus poſſit diſpenſare, vt dicitur in dicto c.6. 24. ſeſſ.& hæc ſufficiant de ſimonia, quamuis Abb.fecit quam plurimas diſtinctiones. in c.de ſimoniace. de ſimonia.nu.4.& 5.

Tra-

Tractatus de Vſura.

QVia crimen vſuræ eſt de mentalibus, & ſola mente com-
mitti poteſt, & inſuper crimen Eccleſiaſticum (licet mix-
tum) & ſimiles fere cupiditatis ſimoniacæ, ideo congruen-
ter venit tractandum de eo in præſenti loco. Pro cuius recogni-
tione more ſolito, per quinque quæſtiones, ſeu membra tracta-
15 tur, ſcilicet Primo quid ſit vſura, & vnde dicta, quotuplex, & qui-
bus modis committitur. Secundo quis poſſit accuſare, quomodo,
& per quos iudices cognoſcatur, & procedatur in crimine vſu-
ræ. Tertio qui teſtes & quæ probationes requirantur in dicto
crimine. Quarto ex quibus iuribus ſit prohibita, & quibus pœ-
nis puniatur. Quinto & vltimo, quibus caſibus ſoluitur vltra
ſortem & non cōmittitur vſura, & qui excuſentur vt non punian-
tur pœnis vſuræ, etiam quod exigatur vſura. Quo ad primum
dicitur quod vſura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum, vel
exactum, item alio modo diffiniendo, vſura eſt quidquid per ali-
quem accipitur vltra ſortem, pacto vel intentione procedente.
per Abb. in c. ſi in u. 5. de vſur. & per eundem conſ. 15. vol. 1. n. 3.
& per gloſ. in clem. diſpendioſam. de iudic. Secundum alios ve-
ro, eſt lucrum mutui veri, vel præſumpti, & ex quæſtu illicito
debitum, vel exactum. vt per Doct. in c. conqueſtus. de vſur. &
vtraque eſt bona diffinitio, nec eſt multum inſiſtendum in ſubti-
litatibus, quia intentio mea eſt vtiliter pertractare, & vſura eſt
contra naturam ex quo pecunia naturaliter non parit pecuniam,
vt per S. Thomam. 2.2. q.78. & Ioan. Andr. cap. peccatum. de
regul. iur. in 6. & Abb. in c. clerici. de exceſſ. prælat. & per talem
abuſum læditur natura naturans, & natura naturata. vt per Ariſt.
in poli. & Affl. in conſt. regn. Vſurariorum nequitiam. Dicitur
autem vſura ab vtendo, quia vſurarius vtitur incremento pecu-
niæ mutuatæ. & differt a fænore, quia fænus eſt vſura vſuræ. in-
ſuper fænus eſt, quando quis mutuat pecuniam, vt habeat tem-
pore determinato vſuras, ſcilicet decem quolibet anno vel men-
ſe, vſura autem eſt, quando quis mutuat pecuniam ſub vſuris in-
determinate, ſcilicet dicendo mutuo tibi centum, vt des mihi

centum

Digitized by Google

centum pro vſuris, vel vt des mihi vſuras ſine aliqua temporis determinatione. hinc eſt quod fœnus vocatur auidum, quia per illud deſideratur vt tempus cito tranſeat, iura tamen & Doct. indifferenter talibus vtuntur vocabulis. vt per gloſ. in conſt. regn. ſtatuimus. ſub tit. de vſur. Vſura autem eſt triplex, vna quæ dicitur ſimplex & pura, alia quæ dicitur ex mente deprauata, alia quæ eſt ex omni contractu illicito, ſcilicet vendere carius ad tempus. vt per Abb. & alios. in c. conqueſtus. de vſur. Simplex autem ſeu pura & directa, eſt quando quis ex mutuo accipit aliquid vltra ſortem. vt per Abb. in c. 1. de vſur. & per eundem in conſ. 114. nu. 1. vol. 2. taliter quod ſi quis accipit aliquid ex locatione, non dicitur vſurarius. vt per Abb. conſ. 15. nu. 2. vol. 1. & ille qui committit talem vſuram directam ex mutuo, aliquando dicitur manifeſtus, aliquando non manifeſtus. Manifeſtus eſt in genere ſi quis publice bancam tenendo, vſuras exercet, quemadmodum meretrix quæ palam & publice proſternatur, dicitur publica meretrix. per gloſ. in cap. vſurarium. de vſur. & in c. quamquam. de vſur. in 6. & per Abb. conſ. 2. vol. 2. Similiter etiam dicitur vſurarius manifeſtus ſi non publice, ſed in cubiculo mutuat pecuniam ad vſuram cuilibet: ſimiliter dicitur vſurarius manifeſtus ſi quis vt confeſſus & conuictus, fuit condemnatus in iudicio vt vſurarius manifeſtus. Item ſi concurrente publica voce & fama, & alijs euidentibus indicijs: maxime ſi ex libris ſuis quis fuit per iudicem condemnatus vt manifeſtus vſurarius. vt per Abb. conſ. 34. volum. 1. Item ſi per diœceſanum fuit (concurrentibus cõtra eum probationibus) publice denunciatus vt manifeſtus vſurarius. vt per Abb. in d. conſ. & Bar. in l. fur manifeſtus. & per add. ibi, ff. de fur. Vſurarius vero non in genere, ſed in vno actu tantum manifeſtus dicitur, vbi interuenit acclamatio, & apprenſio contra eum in ipſo actu, ſcilicet per rei fragrãtiam quis fuit repertus in vno actu vſurarum, & per faciem & lecturam inſtrumenti publici apparet, quem mutuaſſe ſub vſuris palam, & publice. vt per Bar. in l. fur manifeſtus. & ibi addita. de fur. Vſura vero indirecta eſt ſi mutuatur pecunia, & aliquid pro pecunia mutuata promittitur, & datur mutuanti, etiam quod non fuit petitum a mutuante, & per eum

factum pactum, argumento tex. in c. dilectus. de ſimon. & 1. q. 1. c. ſicut Epiſcopum. & per Affl. in conſt. regn. vſurariorum. col. fin. & per c. Reginæ Ioannæ primæ quod incipit. Item quod prædicti. & ſi probatur, vt ſupra eſt manifeſtus. Et vſura in his rebus conſiſtit, in quibus conſiſtit mutuum, ſcilicet in his, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt. vt per Abb. in rub. de vſur. Vſura inſuper indirecta dicitur, cum quis indirecte exercet vſuram, & aliquid recipit vltra ſortem. vt per Bar. in d. l. fur manifeſtus. & ibi addita. & vnus eſt caſus, ſi quis mutuauerit pecuniam pacto appoſito, quod ipſe mutuarius veniat ad audiendum præceptum iudicis alias incidat in quamdam pœnam pecuniariam, quia illa poena dicitur vſura indirecta in fraudem vſurarum. & quando hoc tempore ipſius contractus mutui fiat tale pactum, ſecus ſi ex interuallo ipſe mutuarius conuenitur in iudicio ſub pœna, quia tunc non dicitur illa poena adiecta in fraudem vſurarum. per Bar. in l. cum ſeruus. nu. 2. ff. de cond. & demonſtr. Inſuper vſura indirecta dicitur, ſi ille qui mutuat pecuniam aliquod recipit vltra ſortem, etiam ſi recipiat aliquam ſpeciem, quæ non conſiſtit in pondere, numero, & menſura, ſcilicet equum, vel quid ſimile ex ſpontanea promiſſione mutuarij. per Abb. in c. poſt miſerabilem, nu. 4. de vſur. Item vſuram indirecte committit ille qui mutuat pecuniam ſi à mutuario recipit aliquam commoditatem extimabilem. per Abb. in cap. 1. nu. 2. depoſ. Item vſuram committit indirecte, ſi quis deponat pecuniam ad lucrum apud mercatorem ſaluo capitali. vt per Abb. in c. per litteras. nu. 8. de donat. inter virum & vxor. cum non ſit licitum ſumere de pecunia ex pacto, niſi pecunia ſubiaceat periculo. vt ibi per Abb. & 4. q. 3. per totum. quicquid dicat Hoſtienſis, qui tenet ibi contrarium. ſimiliter, & ſi quis facit ſocietatem, & conuenit cum ſocio, vt habeat partem lucri, & capitale ſit ſaluum. vt per Affl. in conſtit. vſurariorum. in 8. not. quinimo ſi capitale caſu fortuito periret, ſeu amitteretur, totum damnum & periculum debet eſſe domini ſortis principalis, ſeu capitalis, alias eſſet vſura. vt per conſtit. 46. Xiſti V. quæ incipit. Deteſtabilis auaritiæ ingluuies. Item ſi quis mutuat pecuniam, & accipit pignus, & lucratur pignoris fructus, ſci-

ſcilicet domus, vel terræ, vel alterius rei in pignore datæ, vt per Affl. ibi. Item ſi quis ſimulat facere contractum cenſus, & in veritate mutuat pecuniam vt habeat aliquid, ſcilicet decem pro quolibet centenario vltra fraudem vſurarum, tunc eſt vſura indirecta, & ſic poteſt probari, quia & ſi committatur ſola intentione. tamen vt ſit punibilis in foro contentioſo debet probari per aliquem actum, vt per Doct. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Et in caſu quo non poteſt verificari, nihilominus tenetur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem pecuniæ receptæ, & intereſſe. vt per Campag. in c reg. pro publici. quia vſura committitur ſola intentione, vel cogitatione. per tex. in c. conſuluit. de vſur. Item ſi quis emit cenſum forte iuxta formam bullæ Papæ Nicolai V. & emptor non ſuſcipit in ſe periculum, ſed ex pacto periculum ſit venditori. Item ſi ex pacto capitale ſit ſaluum emptori. Item ſi emit vſum ad modicum tempus, ſcilicet per annos tres. Item ſi ſit pactum in dicto contractu, vt venditor non poſſit redimere cenſum ſoluendo capitale, niſi conſentiente ipſo emptore. vt de omnibus plenius per Foller. ſuper dicta bulla. & reg. pract. ad quem me remitto, nec opus eſt referre. Vſura vero ex contractu illicito eſt, ſi quis vendit carius ad tempus. Item ſi quis ante tempus vilius emit frumentum, & victualia, vt expletis horreis carius vendat expectans penuriam. per c. fin. & c. in ciuitate. de vſur. & per d. c. regn. pro publici, & ibi per Camp. quæ intellige, ſi veriſimiliter ſecundum communem contingentiam non poterit eſſe tam vile in ipſo vltimo caſu tempore recollectionis. vt per Abb. & Doct. in dictis locis allegatis. Et qui dicantur vſurarij vide Bernar. Diaz. in d. ſua pract. crim. in verb. vſurarij. & in verb. à manifeſtis vſurarijs. vbi vltra dicit, quod Epiſcopi in ſynodo debent declarare caſus, in quibus dicantur, & intelligantur vſurarij manifeſti. Item eſt alius caſus in cap. ad veſtram. de empt. & vend. ſcilicet, quod tunc dicitur commiſiſſe vſuram, ſi quis emit cum pacto de retrouendendo rem aliquam, & modico pretio, ſcilicet minori dimidia iuſti pretij, & quod ſit ſolitus fenerari. quod etiam dicitur in c. illo vos. de pignor. & ibi Abb. & Cepoll. in tract. de ſimul. contr.

Quo

16 Quo ad ſecundum dicitur, quod cauſa vſurarij cognoſcitur per Iudicem Eccleſiaſticum, cum dicatur crimen Eccleſiaſticum, vt dictum eſt. per Abb. in cap quoniam. num. 1. de vſur. & ſecundum vnam opinionem non poteſt cognoſci per Iudicem laicum. per gloſ. in clemen. diſpendioſam. de iudic. & cap. 1. de offic. ordin. in clemen. graui. de vſur. & cap. litteris. de iureiurand. ſecundum vero aliam quæ eſt communis. poteſt per iudicem laicum cognoſci, ſcilicet quando eſt quæſtio facti, & non eſt dubium, an fuerit commiſſa vſura, ſed eſt clarum, quod aliquis laicus commiſerit vſuram, & apparet clare per inſtrumentum, vel per teſtes, vel per eius confeſſionem, taliter quod eſt vſurarius manifeſtus, vt ſupradictum eſt. & tractatur de ipſo vſurario manifeſto laico puniendo, & tunc poteſt iudex laicus procedere, & cognoſcere. per Abb. in capit. cum ſit generale. de for. comp. Aliqui vero faciunt diſtinctionem, ſcilicet quod vterque poteſt cognoſcere, & punire vſurarios, ſed Iudex Eccleſiaſticus pœna canonica, iudex laicus pœna legali. & abſolutoria lata in vno non parit exceptionem rei iudicatæ in alio. vt per Iſer. in titu. quæ ſint reg. §. contrahentium inceſt. nupt. in add. & per iura ſupradicta all. & per Affl. in conſtit. reg. vſurariorum. nono nota. Et quod poteſtates temporales non poſſunt facere ſtatutum inducens vſuram. per clemen. ex graui de vſur. & Bald. in conſil. 348. in tertia parte tenet, quod omnis articulus vſurarum debet decidi per Iudicem Eccleſiaſticum, & per ius canonicum cum in materia vſurarum ius canonicum præualet legibus. per eund. Bald. conſil. 143. 3. part. & conſil. 307. 1. part. & quælibet opinio prædictarum eſt ſuſtentabilis, vltimam tamen, quæ eſt Bald. intelligas. & teneas ſi vis tenere, ſcilicet dummodo, non veniat imponenda pœna ſanguinis forte ex aliquo ſtatuto, quia in tali caſu debet agi coram ſeculari. per text. in cap. tuæ. de procur. Vbi vero Iudex eccleſiaſticus procederet in cauſa ſanguinis, poteſt implorare brachium Iudicis ſecularis, quinimo poteſt cogere, vt præſtet. per text. in cap. princeps. 13. quæſt. 5. Et ſi teneas, quod poteſt vterque procedere,

dere, ſcilicet quando vſura eſt notoria, vel quilibet puniret ſua pœna, tunc electio erit actoris. per Abba. in capit. cum ſit generale. de for. comp. & Affl. in conſtit. regn. ſtatuimus. de vſur. Et hæc habent locum, quando articulus eſt facti, vt dictum eſt. Si vero articulus ſit iuris, quia dubitatur an contractus ſit vſurarius, tunc nullo modo poteſt procedere Iudex ſecularis, ſed Eccleſiaſticus. & ita ſunt intelligenda iura ſupradicta allegata, & communis opinio quod vterque Iudex poteſt procedere, dummodo quod ſit quæſtio facti, & non iuris. & opinio illorum, quod ſolus Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere, intelligitur in articulo iuris. & ita poſſunt concordari omnia iura, & Doctor. Et hæc de iure. Inſuper ſciendum eſt, quod cauſa vſurarum illicitarum, ſcilicet ex contractu mutui, & ante moram, vt dictum eſt, non poteſt compromitti, nec ſi compromitteretur teneret laudum, quemadmodum non teneret laudum, ſi promitteretur ſolui, & exigi aliquid ſimoniacum. ſed tunc poſſet compromitti cauſa vſurarum, quando peterentur vſuræ licitæ, ſcilicet tamquam intereſſe poſt moram, elapſo tempore ſoluendi, & quando prætenditur licitum lucrum, ex aliquo licito contractu, quia tunc poſſet compromitti. vt per Abba. in cap. contingit. nu.2. de arbitr. Inſuper ſciendum eſt, quod quando proceditur ſimpliciter & de plano, non requiritur libellus nec litis conteſtatio, non ſolum quando agitur principaliter, ſed etiam quando agitur incidenter. ſcilicet quando petitur relaxari iuramentum ſuper contractu vſurarum. per tex. in cle. diſpendioſum. de iud. iuncto text. in clemen. ſæpe. de verbor. ſignif. & ibi gloſ. Si vero procedatur per iudicem laicum, tunc proceditur ordinarie. per Abb. in cap. ſanctæ Mariæ. de Conſt. nu. 10. per Affl. conſt. reg. vſurarios. col.fi. Et licet de iure communi, & per dictam conſt. vſurariorum. poſſet procedi ex officio, & ad denunciam, ac etiam per nouellam pragm. Imperatoris Caroli V. quæ incipit. vſuram. & per prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit. cum ſatis. Et inſuper poteſt quilibet accuſare cum ſit crimen publicum per d. conſtit. vſurariorum, tamen per ritum magnæ Curiæ Vicariæ, qui incipit

cipit. item quod nullus admittatur. & per c. Reginę Ioannæ, quod incipit. item quod prædicti. quæ hodie obſeruantnr in Regno non proceditur ad denuntiam, neque ex officio in dicto crimine, niſi ad querelam, cuius intereſt. Sed per nouellam prag. Imperatoris Caroli Quinti, quæ incipit. vſurarum voraginem. poteſt procedi contra manifeſtos vſurarios ad denuntiam, & ex officio non autem contra occultos, niſi ad querelam, cuius intereſt, vt dictum eſt per dictos ritus. & qui facit querelam, debet ſe obligare ſub pœna de probando dictum debitum, alias non admittitur. per alium ritum, qui incipit. item quod nullus. & debet facere libellum ſolemnem iuxta formam l. libellorum. ff. de accuſat. & per Camp. in c. regni. nouiter. qui dicit in dicto loco, quod dicta prag. Regis Ferdinandi. non eſt pragm. generalis, ſed commiſſio ſpecialis tamen vſuras. ſoluens vſurario tenetur Eccleſiæ denuntiare, etiam quod contrarium iurauerit. per Abb. in c. veniens nu. 7. de reg. Item in cauſa vſurarum poteſt interuenire procurator, tam ex parte actoris, quam ex parte rei, cum non veniat imponenda pœna corporalis, ſed pecuniaria. vt per text. & gloſ. in l. cum rem pecuniariam. C. de procur. & per Imo. in l. qui accuſare. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & per gloſ. in d. conſt. vſurariorum. Quia tamen cauſa eſt ardura, requiritur ſpeciale mandatum. per Alex. in d. l. cum rem pecuniariam. & Affl. in d. conſt. col. fin. Et ſi accuſator vſurarij deſiſtat vel moriatur, poteſt Fiſcus proſequi. per Iſcr. & Affl. in d. conſt. vſurariorum. col. fin. per iura per eum ibi adducta. Item inquiſitores Eccleſiaſtici contra vſurarios poſſunt inquirere, & procedere tamquam contra hæreticos. per clem. 1. de vſur. intelligendo tamen de vſurarijs manifeſtis. Et in cauſa vſurarum noncurrit pręſcriptio. per Camp. in d. c. regni. nouiter. n. 16. & in cauſa vſurarum poteſt inferri tortura. per Socc. conſ. 219. in fin. 2. vol. & Maran. in verb. tortura. nu. 7. & in verb. inquiſitio. licet veniat imponenda pœna pecuniaria. & ratio eſt, quia cauſa pecuniaria habet ad mixtum delictum. vt dictum fuit ſupr. in tract. de ſimonia per iura ibi adducta. Inſuper eſt ſciendum, vt quis poſſit recuperare vſuras ſolutas, qui iurauit non petere, quod tria habet remedia, primum, vt ſoluat prius, & poſtea repetat. per c. debitores. de iure iur. ſecundum Abb. in c. ad au-

res,nu.9. quod met. cau. Secundum remedium habet, vt cogat creditores ad relaxationem iuramenti, antequam inſtet tempus ſolutionis. per iura eadem ſupra allegata. Tertium,vt debitor petat abſolutionem, ſeu habilitationem iuramenti ab Epiſcopo, quæ facile obtinetur etiam non citata quinimmo inuita parte. vt per Affl deciſ.220.nu.10.Quæ ſupradicta remedia ſunt certa, & quantum per viam exceptionis dicatur,quod ſibi relaxetur iuramentum,vel ex officio Iudicis compellatur vſurarius deſiſtere a petendis vſuris,quod poſſet fortè competere ſi debitor non ſit conſtitutus in mora.vt per Abb.in c.1.de iure iur. nu. 6. & 7. ſi vero quis iurauerit ſoluere vſuras,& nullam controuerſiam mouere,tunc habet,&primum, & ſecundum remedium prædictum. ſecundum Abb ſed quantum ad ſecundum remedium, intelligo non ſimpliciter,ſed obtenta prius abſolutione, ſeu habilitatione iuramenti ab Epiſcopo.quia ſi iurauit nõ mouere aliquã controuerſiam, ita contrauenit iuramento, ſi ante tẽpus ſolutionis moueat,quemadmodum ſi poſtea.Inſuper habet aliud remedium,vt denunciet Eccleſię,vt cogat deſiſtere à peccato.& tunc nõ debet ſe fundare ſuper ſuo intereſſe,ſed ſuper ſalute animę proximi principaliter.per tex.in c.præterea.el 2.ext.de ſpõ.& c.tertio loco.de præſump.Eſt tamen aduertendũ ad illud quod dictum fuit,quod poteſt peti abſolutio a iuramento,etiã parte non citata,& inuita quia in hoc Doct.videntur eſſe diſſentientes.nã Io.And.in c.1.de iureiur.tenet quod parte nõ citata: ſed Abb.in d.c.1.contra. Sed pro concordia dicas,quod habilitatio ad effectum tãtum agendi, & excipiendi, poteſt peti parte non citata,quin etiã & inuita,vt per d.Io.And.quia tunc non paratur parti præiudicium. ſi autem petatur totalis abſolutio,tunc debet pars citari.vt per Abb.in d. c.1.de iur.iur.& vide deciſ.Affl.263.num.3. & deciſ. 2. 20. nu. 10. Inſuper eſt ſciendum, quod pendente iudicio vſuræ, debet fieri inuentarium omnium bonorum vſurarij per Iudicem cauſæ, quia tractatur de priuatione,& confiſcatione omnium bonorũ,& eſt ſuſpicio quod accuſatus,ſeu inquiſitus trãſportet, & occultet bona.vt per And.de Iſer.in tit.quæ ſint regalia.in verb. condemnatorum. Inſuper eſt ſciendum, quod ſi eſt lata ſententia condẽnatoria contra vſurarium,ſi appellet infra decem dies,non ſit executio.

cutio. idem ſi dicat de nullitate ex eiſdem actis. ſi vero nullitas requirat altiorem indaginem, non retardatur executio. idem ſi ſit deſerta appellatio. vt per Affl. in d. conſtitut. vſurariorum. col. fin.

17 Quo ad tertium dicitur, quod in cauſa vſurarum, de iure communi requiruntur teſtes conteſtes, & idonei, quo ad condemnationem. alias ſi teſtes ſint ſingulares in eodem actu, quia vnus dicit, quod vidit Titium exercere vſuram cum Sempronio, & alius cum Seio, & alius cum Antonio, non ſufficiunt ad condemnandum. idem ſi ſunt conteſtes in vno actu, & ſunt legitime repulſati. idem ſi ſint teſtes qui dicant, quod exercuit vſuras cum ipſis, etiam quod ſint plures. quia licet probent de iure communi, quem eſſe vſurarium in genere, tamen in ſpecie non probant vt puniatur in foro contentioſo, licet puniatur in foro pœnitentiali. vt per Abb. in c. poſt miſerabilem. nu. 3. & in c. cum in diœceſi. nu. 2. de vſur. Bene tamen dicti teſtes probant, & faciunt indicium ad inquirendum in foro contentioſo, quia ad inquirendum etiam teſtes de fama ſufficiunt. vt per Abb. in conſ. 222. pro Affl. in conſt. vſurariorum. Et ita intelligenda ſunt omnia iura dicentia tales teſtes & argumenta ſufficere in cauſa vſurarum, quæ confuſe, & indiſtincte loquuntur. Hodie tamen in regno; per c. regni quod incipit. nouiter. tres teſtes ſingulares, qui dicant ſe ſoluiſſe vſuras ſcilicet Titio, ſufficiunt ad condemnandum ipſum Titium de vſura, ſcilicet iuncti cum fama publica: vt in d. c. & ibi Camp. & Affl. in d. conſt. 10. nota. Bonum tamen eſſet quod dicti teſtes proteſtentur, quod non intendunt ab illo vſurario repetere vſuras. vt per Camp. in d. c. Et accuſator debet probare, quod dicti teſtes ſingulares ſint bonæ famæ, & fide digni, quia alias non ſufficerent. nec in hoc habet locum illa regula ſcilicet quod quilibet præſumitur bonus, niſi probetur contrarium, vt per Camp. in d. c. num. 17. per Alexand. conſil. 32. col. 1. volum. 1. Inſuper libri vſurariorum probant. quem eſſe vſurarium, & ſufficiunt ad condemnandum, ſi ex eis appareat clare exercuiſſe vſuras. per clem. ex graui. & ibi gloſ. de vſur. & Affl. in d. conſtit. vſurariorum. Et ipſi vſurarij poſſunt cogi per Iudicem ad producendum ſuos libros pro detegendis

vſuris. vt per gloſ. in d. clem. graui. per Bart. in l. quædam. nu. 2. ff. de eden. & non ſolum libros, ſed etiam inſtrumenta, & ſcripturas ſecreto confectas, per Abb. in c. 1. nu. 9. de prob. Inſuper ſi vſurarius dicat cum iuramento ſe non habere libros, eius dicto non creditur, nec eius hæredi, niſi hæres probet ſe eſſe bonæ famæ. per Abb. d. c. 1. nu. 17.

18 Quo ad quartum dicitur, quod vſura eſt prohibita pluribus, & de iure diuino, & de iure humano. de iure diuino primo per ſanctos Prophetas, videlicet per Moyſen in Exod. c. 23. ibi. ne vſura opprimas. cum item in Leuiti. c. 26. ibi. pecuniam tuam non dabis ad vſuram. Item in Deuteron. c. 23. ibi. non fœnerabis fratri tuo ad vſuram. Item per Prophetam Ezechielem. c. 18. ibi. non redeunte ad idolas leuantes oculos ſuos ad dantem, & amplius recipientem. Item per Prophetam Dauid, vbi dicit, qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram habitabit in tabernaculo Domini, vt in Pſalmo, Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. Item fuit prohibita per ſanctos Euangeliſtas. per Lucam c. 6. ibi. mutuum dantes, & nihil inde ſperantes. Item per ſanctos Doctores. S. Ambroſium tranſlatiuè. vt in cap. ſi quis vſuram. 14. q. 4. & per S. Auguſtinum in cap. ſeq. per Hieronymum, per Ezechielem tranſlatiue. 14. q. 3. cap. putant quidam. item per Hieronymum tranſlatiue. cap. marito 33. diſtin. Patet etiam prohibitio vſurarum in quarto ſententiarum diſt. 15. & in Concil. Lateranenſi. c. in omnibus de vſur. per gloſ. in cap. quod dicam. 14. quæſt. 4. Fuit etiam prohibita per Concil. Nicænum. per trecentos, & octo patres. 47. diſtin. cap. quoniam nulli. vt de omnibus per Affl. in d. conſtit. vſurariorum. Inſuper eſt prohibita de iure communi ciuili, per iura ſupradicta allegata, & auth. de Eccleſ. tit. §. 1. vt per Abb. in c. cum veniſſent. verſ. & per hanc nu. 26. de conſt. Inſuper eſt prohibita de iure regni per d. conſt. vſurariorum. & per capitula regni, & ritus Vicariæ, & per nouel. prag. ſup. alleg. Eſt etiam prohibita de iure canonico per capitula ſup. alleg. & per c. 1. & tot. tit. de vſur. Et in tantũ eſt prohibita quod etiam cum hoſtibus exerceri non poteſt. vt in cap. 1. & ibi Abb. n. 6. & 8. de iur. iur. & in tantum eſt prohibita, vt etiam quis non poſſet exercere vſuram pro aliquo pio opere faciendo. c. ſu-

per

per eo.n.1.de vſur.Ideo autẽ eſt prohibita vſura à Deo,& per ſã-ctam Eccleſiam, quia deuorat facultates, & inducit pauperta-tem, quæ eſt periculoſa iuſta illud Salomonis, neque pauperta-tem, neque diuitias dederis mihi domine, inſuper, quia animas deuorat, vt in c.1.de vſur. in 6. Et non ſolum particulares prohi-bentur exercere,ſed etiã vniuerſitas, ſeu communitas, etiam in foro conſcientiæ.quia licet vniuerſitas, ſeu communitas dicatur perſona repræſentata, & non habet animam,tamen delictum re-fertur ad ſingulos de communitate,qui non expreſſe diſſentiunt. vt per Abb.in d.c.conqueſtus. de vſur. vbi etiam Bologn. Pluri-bus autem pęnis puniuntur vſurarij,tam de iure canonico,quam de iure ciuili,& communi, iure etiam regn. ſiue ſint clerici,ſiue ſint laici. ſi ſunt laici primo efficiuntur infames de iure canoni-co. c.infames.3.q.7.& c.infames. 6.q.1.& c.inter dilectos. de excesſ. præl. & ibi Abb. quem refert & ſequitur Bernar. Diaz.in ſua pract. crim. canon. in verb. vſura. de iure communi ciuili, etiam ſunt infames. per tex. & ibi gloſ. & Bal. in l.improbum.c. ex quib. cauſ. infam.irrog.Item vſurarij puniuntur æternaliter, quia ammittunt animas, & non poſſunt recipere Euchariſtiæ ſacramentum,nec eorum oblationes recipi debent,& non debẽt ſepeliri Eccleſiaſtica ſepultura. c. quia in omnibus. & ibi Abb. de vſur. idem Abb.conſ.1.nu. . . . vol.2.& c.cum manifeſtus. de vſur.& poſſunt excommunicari. vt per Abb.& Doct.in c.cum tu. de vſur.Et vſurarij tamquam inimicitias fouentes,repelluntur ab oblationibus quæ fiunt in altaribus.per Abb.in c.1.nu.5.de vit. & honeſt. cleric. Item quilibet prohibetur eis locare domos, & locantes laici excommunicantur,clerici vero puniuntur arbitra-rie.per c.1.de vſu.in 6.Quę tamẽ hodie recipiunt limitationem. per c.quãquã.de vſur.in 6.niſi antea caueatur ꝑ vſurarios de re-ſtituendis vſuris illis, quorũ intereſt,& qñ vſuræ ſunt manifeſtæ, & ſcitur ſumma,poteſt ſtipulari perſonis cognitis,qui ſoluerũt,ſi vero nõ ſunt manifeſti,& neſcitur certa quãtitas poteſt ſtipulari moderate arbitrio Iudicis dictis ꝑſonis certis.ſi vero ſunt incertę perſonę,poteſt indeterminatę ſtipulari pro illis quorũ intereſt,& Epiſcopus poteſt recipere, & ſatisfacere eius arbitrio,& ꝗ ſolue-rit,ſi ſunt abſentes debẽt ad illos mitti.vt per Abb.cõſ. 80.vol.

1. & reſtitutio vſurarum per manus ſuſpecti fieri non debet. per Abb.conſ.22.nu.2.vol. 2. item ſi ille qui petit vſuras, eſt etiam vſurarius, poteſt per Epiſcopum repelli ex officio ſine partis oppoſitione, & non poteſt recuperare vſuras ſibi extortas,niſi prius ipſe reſtituat,quas vel ipſe, vel eius author extorſit. per gloſ. in d.c.quamquam.de vſur.in 6.per Abb.in c.Michael.nu.2.& 5. de vſur.& c.quia fruſtra.nu.1.3.& 4.eo.tit. Et vſurarij condemnati non poſſunt appellare, & quando appellatio apparet friuola, & contra ius non recipitur.per Abb.in c.quam pernicioſum. nu. 1. & 2.de vſur.Et vſurarij manifeſti tamquam excommunicati, & interdicti,ſi fuerunt ſepulti ſunt exhumādi,ſi eorum oſſa ab alijs cognoſcantur. per Abb.in c.ſuper.nu.2.de ſtat. mon. & in clem. eos.de ſepult.Et quod vſurarij tenentur integre reſtituere vſuras extortas,facit gloſ.in c.cum tu.de vſur. & c.ad noſtram.de empt. & vend.Et ſi ante reſtitutionem conſumpſerint omnia bona ſua, ſi dolo hoc fecerunt,tenentur non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro contentioſo, puniuntur pœna corporali, quia qui non habet in bonis debet luere in corpore. per ea quæ habentur per gloſ. & Petrum de Ancha. in c. peccatum.de regul. iur.in 6.& per Bar.& Imol. & ibi add.in l. etiam filios. §. licet. ſol.matr.per c.1.& 2.de pœn.diſt.1.Nec tales vſurarij poſſūt vti ceſſione bonorum.vt per Imol.& Doct.in locis ſupradictis. Si nō dolo,nec culpa diſſipauit,tunc non tenetur reſtituere,nec aliqua pœna eſt puniendus in foro contentioſo. quinimo ſi in vltimo vitæ ſpiritu pœnitet, euitat pœnam æternam inferni, non tamen euitat pœnam temporalem purgatorij. per Abb. in c.cum tu. ſecundo notab.de vſur.poſt Ant.de Butr.& caric.bono.& per Ant. de Butr.in c. ſuper.de rapt. qui doct. non tangunt, quando quis diſſipat non dolo,nec lata culpa, ſed licet leui, vel leuiſſima. Sed putarem quod ſi fuit lata culpa,æquiparatur dolo,ſi vero fuit leuis,vel leuiſſima,eſſet ac ſi nulla culpa eſſet,vt non tenetur reſtituere,nec corporaliter puniretur,quia in pœnis benignior interpretatio eſt facienda.per regul.in pœnis.de regul.iur.per ea quæ habentur in l.quod Nerua.ff.depoſ.& tanto magis ſi pœnitet, & in foro conſcientiæ,quia mitius agitur cum Deo, quam cum homine,quia Deus multus eſt ad ignoſcendum.ſed hæc quæſtio potius

tius eſt relinquenda Theologis. vt per Bar. in d. l. etiam filios. §. licet. ff. ſol. matr. ad quos me remitto. Item vſurarij puniuntur, quia eorum teſtamentum eſt nullum, etiam quod relinquent loco pio, & religioſo, & quomodocumque ad pias cauſas, niſi præſtent fideiuſſoriam cautionem de reſtituendis vſuris, illis quorum intereſt, iuſta formam traditam per d. c. quamquam. de vſur. in 6. vt per Bar. in l. 1. C. de ſacr. Eccleſ. nu. 30. & per Abb. in c. ex tranſmiſſa. nu. 4. de decim. & vide commun. opin. Viuij. in ver. vſurarij. quia ibi plene tractatur. Item vſurarij manifeſti non poſſunt intereſſe teſtamentis aliorum. vt per Abb. in conſ. 1. nu. 2. vol. 2. Quæ ſupradictæ pœnę ſunt de iure communi, tam ciuili, quam canonico, vt dictum eſt. de iure vero regni per conſt. vſurariorum. imponitur pœna publicationis omnium bonorum, & non ſolum puniuntur dictis pœnis, qui exercent vſuras ſimpliciter, & directe, ſcilicet recipiendo vſuras ex ſimplici mutuo, ſed etiam illi qui exercent indirectè ex mente deprauata, ſcilicet qui ſimulant ſimplicem, & gratuitum mutuum, ſed per fraudem recipiunt vſuras, vt ſupra dictum eſt. Item etiam puniuntur eiſdem pœnis vſurarij, qui faciunt aliquem illicitum queſtum per illicitum contractum, ſcilicet quia vendunt carius ad tempus, & illud pretium tempore ſolutionis non potuit in tantum aſcendere ſecundum communem contingentiam. Et quod ante tempus frumentum, vel victualia emunt, & explent horrea, vt poſtea vendant magno precio, & pretium quo emunt, non poteſt eſſe tam vile tempore coſignationis, ſecundum communem contingentiam. Item & qui ex alijs contractibus illicitis vſuras exercent puniũtur eiſdem pœnis. vt per c. regni quod incipit. Pro publici. & ibi per Camp. nu. 6. Dicerem tamen quod ſi vſura non ſit cõmiſſa in magna quantitate, & ex multis contractibus, ſed paucis, quod eſſet in aliquo parcendum. ſcilicet vt nõ publicẽtur omnia bona, ſed puniãtur aliqua pœna pecuniaria arbitrarie, cum iuxta menſurã delicti debeat eſſe & plagarum modus. Et ita vidi pluries pœnam de conſuetudine mitigari. Et hæ omnes ſupradictæ pœnæ, habent locum contra laicos. clerici vero non ligantur ſupradictis pœnis ſtatutis de iure ciuili, & maxime de iure regni, quia ſtatuta laicorum non ligant clericos. per tex. in c. ſanctæ

Digitized by Google

Mariæ. de conſt.& ibi Abb.ſed clerici vltra alias pœnas ſtatutas de iure canonico, ſi vſuras exercent, ſuſpenduntur ab officio & beneficio arbitrio Iudicis.per text.in c.præterea.de vſur.& ſi poſtea moniti non reſipiſcunt,ſed perſeuerauerint, deponuntur ab officio,& beneficio.per tex.in c.1.de vſur.& per Bern.Diaz in ſua pract.crim.can.in verb.vſura,& Silu.in ſua ſumma.in verb.vſura. §.9.verſ.quarto quæritur.vbi ponit vndecim pœnas vſurariorũ.

19 Quo ad quintum dicitur,quod multi ſunt caſus, quibus quis accipit vltra ſortem principalem,& non committit vſuram. Primus, quando quis recipit fructus de terra ſua feudali, quia illi non computantur in ſortem,& non committit vſuram.iuxta tex. in d. c. conqueſtus.de vſur. Secundus ſi accipit fructus de re pignorata pro dote, interueniente pacto, vel mora ſoluendi. per tex.in c. ſalubriter.de vſur. vel ſi detur mercatori pecunia dotalis pro ſubſtentatione matrimonij.c.per veſtras.de don.inter vir. & vxor.Tertius ſi promittitur ſolutio dotalis pecuniæ, cum ſolutione certe quantitatis quolibet menſe,vel anno pro vſuris.ſecundum Abb.in d.c.ſalubriter.licet Io.Andr.teneat contrarium. ſed vltra rationem Abb. dicas quod licita eſt talis promiſſio vſurarum,etiam quod gener non ſit ſolitus mercari, vel ponere in banco.quia ſiue ſit a principio, & ſine mora, & tunc illæ vſuræ promiſſæ ſunt in locum dotis principalis,ſiue poſt moram,& ſunt in locum intereſſe. dummodo quod pro intereſſe non ſit exceſſiua promiſſio,ſcilicet quod ſit infra ſummam, ſeu numerum ſeptẽ pro quolibet centenario anno quolibet. quia promiſſio intereſſe pro dote, eſt permiſſa pro ſuſtentatione matrimonij. & reg. Conſil. Neapolitanum taxat ad rationem ſeptem, pro quolibet centenario,ſcilicet in ciuitate Neapolis.extra verõ ciuitatem non ſunt permiſſæ,ſcilicet in reſtitutione propter moram,niſi cõcurrente paupertate, cũ non habeat vnde ſe alat.& tunc taxatur per Reg. Conſ. ad rationem quinque pro quolibet centenario. vel niſi probetur intereſſe dãni emergẽtis,vel lucri ceſſãtis.vt per dec.Affl.284.Et diuerſũ eſt ſolui vſuras genero pro dote nõ cõſignata cõſtante matrimonio,& ſolui mulieri per hæredes viri ſoluto matrim.& Doct. prohibentes ſolui vſuras in d.c. ſalubriter. ſeu fructus pecuniæ mulieri non reſtitutæ infra terminũ, intelli-

guntur

guntur de dote reſtituenda ſoluto matrimonio, non autem de ſoluenda conſtante matrimonio. quia tunc ſunt magis licitæ vſuræ pro intereſſe poſt moram, pro oneribus matrimonijs ſuſtinendis. tamen per conſuetudinem Neapolitanam in ſcriptis redactam, etiam in reſtitutione dotis ſunt permiſſæ vſuræ pro intereſſe,quemadmodum & in conſignatione, ſcilicet poſt moram. ſcilicet ad rationem ſeptem pro quolibet centenario. quæ habet locum in ciuitate Neapolis tantum. extra vero ciuitatem vſuræ pecuniæ dotalis conſignandæ conſtante matrimonio viro, competunt etiam ad rationem ſeptem pro quolibet centenario. ſed vſuræ pecuniæ dotis reſtituendæ mulieri ſoluto matrimonio, non competunt niſi ipſa mulier ſit inops, & non habet aliud vnde ſe alat, & ſi poſt moram, & tunc taxantur ad rationem quinque pro quolibet centenario, vt dictum eſt, per prædictam deciſ. Afflict. 284. Quartus eſt caſus ſi quis accipit pecuniam ad intereſſe elapſo termino ſoluendi, & poſt moram, ſi probetur quod illud intereſſe eſt damni emergentis, vel lucri ceſſantis, tunc debitor tenetur ſoluere illud intereſſe vltra ſortem. vt per dictam deciſ. Afflict. 284. & per deciſ. eiuſdem 20. dummodo ille qui non ſoluit, non ſit pauper. quia ſi eſt pauper, & propter impotentiam non ſoluit, non tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis ſecundum Theologos. vt per Afflict. d. deciſ. 20. Quintus eſt contractibus bonæ fidei, ſcilicet in venditione, & locatione. per Abb. in cap. cum veniſſent. num. 16. de except. & per d. deciſ. 20. ſcilicet ſi vendo tibi terram ſeu pratum, & illam tibi trado, & conſigno, & recipis fructus illius terræ, ſeu prati, ſi infra tempus debitum non tradis mihi pecuniam, & pretium rei emptæ, teneris mihi ad intereſſe ratione fructuum per te perceptorum de re mea. vt per Afflict. in d. deciſ. 20. Sextus eſt caſus ſi ponatur pecunia in banco, vbi eſt periculum pecuniæ. poteſt ex illa pecunia recipi aliquid honeſtum lucrum ſi in termino non reſtituitur pecunia. per Abb. in d. c. conqueſtus. de vſur. num. . Septimus caſus eſt in fideiuſſione qui ſoluit pecunias creditori pro illo quo fideiuſſit, vel coactus per iudicem, vel ſponte, vt euitet damnum debitori. per gloſ. ſecundum Abb.

in d.

in d.c.conqueſtus. Octauus caſus eſt ratione dubij euentus,ſcilicet ſi quis vendidit carius ad tempus, & ſecundum communem contingentiam erat dubium an plus valeret tempore ſolutionis.c.in ciuitate.de vſur.Nonus caſus eſt,quando gratis mutuatur pecunia ob caritatem ceſſante praua intentione, & aliquid poſtea recipit ex mera liberalitate dantis non habito reſpectu ad mutuum. per ſupradicta. Decimus eſt ratione laboris, ſcilicet portando ad locum ad quem non tenebatur. hinc eſt quod licita ſunt cambia mercatorum pecuniæ tranſportandæ, dummodo non ſit lucrum exceſſiuum, ſed iuxta laborem itineris, & valorem pecuniæ, ſeu commoditatem in loco. Vndecimus ratione adminiſtrationis, ſcilicet tutor tenebatur locare pecuniam pupilli, non locauit ſua culpa, tenetur ad intereſſe ad id quod tenebatur locare. vt de omnibus per gloſ. & Abb. in d. cap. conqueſtus. in quo etiam vide Bolognettum. Duodecimus caſus ſi ematur annuus cenſus. per gloſ.& Abb. in d.cap. in ciuitate. de vſur. pro quo hodie habemus Bullam Papæ Nicolai V. & aliam Papæ Pij V. nouiſſimam, per quam permittitur emere annuum cenſum ad rationem decem pro quolibet centenario cum conditionibus ibi poſitis, quæ obſeruatur concurrentibus aliquibus conditionibus, & in pecunia numerata coram notario, & teſtibus. Prima vt non excedat pretium decem pro quolibet centenario. quare emptor cenſus tenetur ſoluere notarium qui ſtipulatur & reaſſumit inſtrumentum, gabellam, & appretium, ſeu functiones fiſcales, & pactum appoſitum quod emptor cenſus habeat pro quolibet centenario decem aureos immunes à functionibus fiſcalibus, & ab omni alio onere eſt vſurarium, & ſolutio dicti cenſus debet fieri in fine anni, niſi cenſus conſtitueretur ſuper aliqua gabella, vel domo, cuius domus penſio, vel gabella exigeretur ſingulis menſibus, vel tertiatim, vel alijs pluribus ſolutionibus infra annum, vel ſuper aliquo campo fructificante duabus, vel tribus vicibus ſingulis annis, ſcilicet in frumento, vino, & oleo, & ſimilibus. quia ſolutio cenſus tunc fieri poteſt pro rata dictis emporibus, quando exigitur gabella, ſoluitur penſio domus,

mus, vel nauis, vel quando in campo percipiuntur dicti fructus. alias non poſſet ſolui cenſus niſi in fine anni. Sed ſi cenſus ſolueretur ad rationem ſex, vel ſeptem pro quolibet centenario adeo quod ſoluendo functiones fiſcales, gabellas & alia onera, venditor nihilominus non excederetur pretium decem pro quolibet centenario, tunc venditio cenſus eſſet licita. Secũda conditio eſt, quod apponatur pactum, quod venditor poſſit redimere cenſum non determinato aliquo tempore, ſed quandocumque. Tertia conditio eſt, quod venditor quando vult redimere cenſum, ſoluat idem pretium emptori, quod accepit, & non plus. non computatis tamen decurſis ſolutis cenſibus, quia illos lucratus eſt emptor, cum condicione, vt ſupra dictum eſt. Quarta conditio eſt, quod poſſint obligari, ſeu hypothecari omnia bona debitoris venditoris præſentia a futura, mobilia & immobilia, ſeſe mouentia, iura actiones, nomina debitorum, & etiam perſona ipſius. Sed ſi bona venditoris eſſent feudalia, ſine aſſenſu regio eſſet nulla venditio cenſus. & idem eſſet ſi cenſus conſtitueretur ſuper gabellis illicitis. Vide ſummam coronam confeſſo. de vſura circa contractus cenſuales. car. 153. cum ſequentibus. Inſuper pro defenſione inquiſiti vltra prædictos caſus dicitur, quod ille qui ex neceſſitate recipit pecuniam ad vſuram non committit vſuram. per Abb. in c. cum Eccleſia. nu. 6. de ſim. & ratio eſt, quia neceſſitas non habet legem. per tex. & gloſ. in c. querelam. de iureiur. Ex quo infertur, quod ille qui recipit pecuniam ad vſuram animo exercendi vſuras cariores, & lucrandi per mercantiam, committit vſuram, & debet graui pœna puniri, quia non ex neceſſitate, ſed ex praua voluntate facit. Item ad defenſionem inquiſiti datur remedium, vt præſtet fideiuſſoriam cautionem de reſtituendis vſuris, iuxta formam. d. c. quamquam. de vſur. in 6. Quia licet commiſerit vſuras, & antea non præſtiterit dictam fideiuſſoriam cautionem, tamen ſi poſtea præſtiterit, eiq. teſtamentum reconualeſcit ad omnia diſpoſitio, & habebit Eccleſiaſticam ſepulturam, & non patitur pœnas ordinarias, ſecundum opinionem Nicolai, & nonnullorum quæ creditur magis communis, & magis æqua. licet ſecundum alios contra. vt per Bar. in l. ſi filio. nu. 35. ff. de iniuſt. rup. & irrit. fact.

teſtam. Quod eſt verum ſi non ſit manifeſtus vſurarius, & non ſit confeſſus & conuictus, & condemnatus, & publice denunciatus per diœceſanum, ſed ſit vſurarius ſecretus, & confeſſus propter conſcientiam. Sed ſi expectat ſententiam condemnatoriam non meret veniam: per ea quæ dixi ſupra in tract. de ſimon. Inſuper ſi fuerint remiſſæ vſuræ ab illis a quibus extorſit, liberatur ab ipſarum reſtitutione, & ab omnibus ſupradictis pœnis. vt per Abb. in c. cum tu. num. 15. de vſur. Intelligas tamen in foro contentioſo, & ante condemnationem, & antequam ſit quæſitum ius curiæ, vt dictum eſt. ſed ſecus in foro conſcientiæ, quia licet pars remiſerit, tamen anima adhuc eſt obligata peccato, per ea quæ habentur in c. peccatum. de regu. iur. in 6. & c. nouit. de iud. Et præſumitur remiſiſſe vſuras ſi qui ſoluit longo tẽpore non petit, ſcilicet per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes. per Abb. in c. in cauſa. n. 11. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Et vſurariorum bona non ſunt hypothecata illis, a quibus vſuras extorſerunt. per Abb. in c. cum tu. nu. 12. & in c. tua nos. nu. 3. 7. & 8. de vſur. Item non ligantur pœnis vſuræ illi qui habent indulgentiam a ſummo Pontifice, vel a Rege ſi ſunt laici in foro contentioſo, prout ſunt Iudæi, quibus propter hominum neceſſitatem, & vt maius damnum euitetur per ſummum Pontificem diſpenſatur, & etiam indulgetur, & etiam per Regem, vt poſſit moderatas vſuras exercere. per Affl. in d. conſt. regn. vſura nu. 15. licet idem Affl. nu. 12. & nonnulli alij videantur tenere contrarium, & male. quia non licet quinimo ſacrilegium committunt, qui de poteſtate, ſeu contra poteſtatem ſummi Pontificis, & Regis aſſerunt. vt habetur per conſt. regn. quæ incipit. diſputare. & ibi per Iſer. Bene tamen ſi ſubditi cognoſcunt ſtatutum Principis eſſe difficile, poſſunt ſupplicare, vt illud tollat, & moderetur, & prouideat, vt ibi.

De periurio.

Expedito tractatu de crimine vſuræ, congruenter venit tractandum de crimine periurij. quod inſuper eſt Eccleſiaſticum mixtum, & eſt mentale. ſcilicet quia ſola men-

te &

e & cogitatione committi poteſt, & nulla inclinante ſenſualitate naturali, ſed ex mera hominum proteruitate committitur, vt infra dicetur. Et quia de eo non facile tractari poterit niſi cognoſcatur quid ſit iuramentum, ideo præmittendum eſt, quod iuramentum eſt aſſerti, ſeu promiſſi confirmatio, cum inuocatione nominis diuini, vocalis, ſeu mentalis. vt per Abb. in c. nimis. de iureiur. quidquid dicant alij. & dicitur confirmatio ad effectum, quia ex iuramento non oritur actio, ſed ex dicto iurato naſcuntur duæ obligationes, vna parti cui iuratur, & alia Deo. ſed illa quæ debetur Deo, eſt reſpectu partis, & parte remittente Deus remittit. vt in c. 1. de iureiur. Hinc eſt quod ſi contractus de ſe eſt inualidus, non validatur ex iuramento interueniente. per Alex. Iaſ. & alios Doct. in l. ſi quis maior. Cod. de tranſact. & aliud dicitur iuſiurandum, aliud iuramentum, aliud ſacramentum. iuſiurandum eſt dum præſtatur, iuramentum poſtquam eſt præſtitum, ſacramentum vero eſt quando tactis ſcripturis præſtatur. Hinc eſt, quod ſtatutum loquens de ſacramento, non ſe extendit ad iuramentum, cum ſit ſtricti iuris. & ſic diſpoſitio Auth. ſacramenta puberum. non ſe extendit ad iuramentum. vt concluditur per Alex. Iaſ. & alios Doct. in d. Auth. Tamen indifferenter accipitur per ſcribentes. & iuramentum eſt duplex, ſcilicet aſſertorium, & promiſſorium. vt per gloſ. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Aſſertorij autem plures ſunt ſpecies tam in iudicio, ſcilicet de calumnia, ſuppletorium, deciſorium, & alia; quam etiam extra iudicium, videlicet quando partes conuenerunt, vt cauſa mediante iuramento decidatur extra iudicium, quod dicitur deciſiuum, & alia. & ſemper aſſertorium eſt de præſenti, & de præterito, promiſſorium vero eſt de futuro. ſcilicet quando quis in diuerſis contractibus iurat quod aliquid faciet, vel quod ſoluet. vt de omnibus habetur per gloſ. & Doct. in d. l. ſi quis maior. C. de trãſact. His præmiſſis, more ſolito diuidendo materiam periurij in quinque partes, videndum eſt. Primo quid ſit periurium, & quot modis committatur. Secundo quis poſſit accuſare, quis iudex poſſit cognoſcere, & quo modo procedatur in cauſa periurij. Tertio, quæ probationes requirantur. Quarto, quibus pœnis puniatur periurus. Quinto, in

to, in quibus caſibus poſſit quis venire contra iuramentum, & non incidere in periurium, & in quibus caſibus ſi incidat in periurium, excuſetur, & non puniatur pœnis periurij.

21 Quo ad primum dicitur, quod periuriũ quis poteſt committere ſola cogitatione, & propterea fuit dictũ quod ſine aliqua ſenſualitate naturali poteſt committi. per tex. in c. qui autem. 21. q. 5. & punitur etiam in foro contentioſo, dummodo quod dictum periurium commiſſum ſola cogitatione, ſeu animo oſtendatur per aliquem actũ vt poſſit cognoſci. vt per Doct. in d. l. ſi quis maior. de tranſ. Item periurium committitur dolo, item lata culpa. per Bar. & Doct. in d. l. ſi quis maior. per Iſer. in c. 1. de conſ. rect. fund. §. ſacramentum. Et licet poſſit committi ſine dolo, ſed tantum lata culpa, ſi non interuenit dolus non punitur ordinarie pœna periurij. vt per Hipp. in l. de minore. num. 37. ff. de quæſt. Et periurium cõmittit, qui venit contra iuramentum per ipſum præſtitum, tam aſſertorium, quam promiſſorium, tam ſi ſit de præſenti, vel de præterito, quam ſi ſit de futuro. per gloſ. & Doct. in d. l. ſi quis maior. per Bar. in l. Lucius. num. 2. ff. de his qui not. infam. per Bar. & Ang. in Auth. ſceni. non ſol. licet diuerſimode puniatur, vt dicetur infra ſuo loco. Et periurium non poteſt argui niſi contraueniatur iuramento neceſſario. per Bar. in Auth. nouo iure. nu. 2. C. de pœn. iud. qui mal. iud. Quod intelligo in foro contentioſo. quia in foro conſcientiæ arguitur omnis, qui vane iurat cum facit contra præceptum Dei. Item non debet quis anceps ſubire periurium. per Bar. in l. videamus. nu. 3. ff. de in lit. iur. quia animæ hominum debent cunctis rebus præferri. per tex. in l. ſancimus. C. de ſac. Eccleſ. & periurium eſt graue delictum, etiam maius adulterio. per tex. cap. ille. 22. q. 5. & periurus eſt, quo ad Deum, qui iurat verum quod credit eſſe falſum, & qui iurat licitum, quod credit eſſe illicitum, quia Deus reſpicit animum hominis, & non factum. cap. ſi quid inueniſti. 14. quæſt. 5. & de pœnit. diſt. 1. cap. ſi præterea. & cap. ſi cui. per Abb. in cap. quanto. nu. 3. de iureiur. & iuramentum de iuratis Deus accipit ſicut ille cui iuratur. cap. quamquam. 22. quæſt. 5. & periurus eſt, qui fuit interrogatus in iudicio ſi eſt debitor in viginti, & ille reſpondit, quod non, & erat debitor

Digitized by Google

itor in decem, & nihil reſpondit ſuper decem . quia interroga-
as in iudicio non ſolum tenetur reſpondere de vniuerſalibus,
ed de qualibet eius parte.per Bar.in l.pupilli.§.verbum. ff. de
erb.ſignif.ſed ego adduco aliam rationem,quia in maiori ſum-
na ineſt minor, & ideo interrogatus de viginti,dicitur etiam in-
errogatus de decem.arg.text. in l. Sempronius Proculo . & ibi.
er Doct.ff.de leg.2.per Specul. in tit. de teſt.§. poſtquam. verſ.
uod ſi plures.per Alex.in l.1.§. ſi ſtipulanti. ff. de verb. obl. &
ſt deciſ.Affl. 240. Item qui iurat ſtare laudo, ſi poſtea reducit
d arbitrium boni viri, ſi declaratur laudum non debuiſſe reduci
d arbitrium boni viri, eſt periurus. per Abb. in c.breui. nu. 3.
le iur.iur. Item periurus eſt ille, qui in magna curia Vicariæ iu-
at, quod officialis fecit ſibi iniuſtitiam, & obtinet prouiſiones
ontra dictum officialem, & poſtea inuenitur feciſſe iniuſte que-
elam.per Affl.in conſt.ſtatuimus. la 2. 17. notab. Item qui in
contractu promittit non petere abſolutionem a iuramento, ſi
oſtea petit,eſt periurus.per Io. Andr.in c. debitores.de iur. iur.
er Abb.in c.1.eod.tit.& eſt deciſ.Affl.30.nu.6. Sed de conſue-
udine ſeruatur,quod antequam contraueniat, & agat vel exci-
iat aduerſus contractum iuratum, obtineat habilitationem ab
mnibus iuramentis in dicto contractu præſtitis,etiam de non
etendo abſolutionem ad effectum, dumtaxat agendi, & exci-
iendi, quæ conceditur etiam parte non citata, vt per deciſ.
Affl.220. Et non ſolum maſculus, ſed etiam femina ligatur iu-
amento, & ſi contrauenit eſt periura.per Bar. & Doct. in dict.
.ſi quis maior. Et non ſolum perſonæ ſingulares, ſed etiam vni-
erſitas, ſeu communitas ligatur iuramento, & ſi contraue-
it eſt periura . intelligendo tamen de communitate artificiali,
cilicet de Collegio, non autem de communitate naturali, vbi
ncluduntur minores, mente capti, & alij qui non ligantur iura-
mento. Item intellige quando omnes de Collegio iurant ſingu-
atim in animam propriam, vel vnus habens ſpeciale mandatum
urat pro omnibus in animam eorum, alias ſecus. quia commu-
itas eſt perſona repræſentata,& non habet animam, neque ve-
um corpus,ſed fictũ. Hinc eſt,quod communitas non poteſt ex-
ommunicari.c.Romana de ſenten.excom. in 6. vt de omnibus.

per

per Alex.Iaſ.& alios Doct.in d.l. ſi quis maior.C. de tranſ. Item ſi quis iurat ſub hac forma, ſcilicet per ſalutem principis, qui non habet ſuperiorem,eſt periurus. ſi autem iurat per ſalutem principis,qui habet ſuperiorem, vel iurat ſimpliciter per principem,& non dicat per ſalutem principis, licet non habet ſuperiorem, tamen non eſt periurus. ſi vero iurat per Deum ſimpliciter eſt periurus. per tex. in c. etſi Chriſtus. de iur.iur.Item ille; qui venit contra promiſſionem fide vallatam.eſt periurus ſecundum opinionem magis communem,& magis æquam,non tamen punitur pœna ordinaria periurij,ſed minori,licet aliqui teneant contrarium.vt per Alex.& Iaſ.in d.l.ſi quis maior. & Bernard. Diaz in ſua pract. crimin. canon.in verb. periurus. Item ſciendum eſt quod tactura ſcripturarum, non eſt de ſubſtantia iuramenti. per Abb.in rubr. de iur. iur. eſt tamen conſuetudo clericorum iurare tacto pectore, quæ eſt ſeruanda. vt per Abb.in d. cap. etſi Chriſtus.& de iure canonico pacta etiam nuda ſunt obſeruanda, & Deus non facit differentiam inter iuramentum, & ſimplicem promiſſionem.c.iuramenti 22.q.5.gloſ.in c.1.de pact.

22 Quo ad ſecundum dicitur, quod periurium eſt priuatum delictum,& non poteſt conqueri de periurio, niſi is cuius intereſt. per Iſer.in c.1.§.ſacramentum. de conſ. rect. fæud. in addit. niſi Iudex in fragrãti reperiat periurium coram ſe factum in iudicio, vt per Ier. ibi. Item quando quis de periurio agit, debet agere criminaliter principaliter,& in conſequentiam,& ſecundario ciuiliter pro ſatisfactione debiti. per Foll. in ſua pract. crim. in verb.fiat litis conteſtatio. nu. 20. Et cum ſit cauſa criminalis non poteſt expediri per procuratorem, ſed debent principales comparere,tam ex parte actoris, quam ex parte rei. maxime quando agitur ſecundum formam ritus magnæ curiæ Vicariæ, prout habetur in ritu de præſentationibus inſtrumentorum. & per deciſ. Affl. 64. Item in cauſa periurij Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere, & iudicialiter, & per viam denuntiationis euangelicæ.per Abb.in c.nouit.num. 1. de iudic.Et quia vt dictum eſt,crimen periurij,eſt crimẽ mixtum,poteſt cognoſci per vtrumque Iudicem,Eccleſiaſticum, & ſecularem. & Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire poena canonica, Iudex ſecularis poena legali,

ſicut

ſicut dictum fuit de crimine vſurarum, & dicetur infra ſuo loco. vt per Doctor. in l. Titia. ff. ſolut. matrim. per Lapum, & Doctor. in cap. 1. de vſur. in 6. per Afflict. in conſtit. regn. multæ leges. 2. notabil. Et periurus, non ſolum Deum habet vltorem, ſed punitur à iudice Eccleſiaſtico, & ſæculari. per Abb. in cap. dilecti. de tempor. ordin. Et quando cognoſcit iudex Eccleſiaſticus, & quando ſecularis, ex ſequentibus cognoſci poteſt. quia ſi agitur de periurio reſpectu fori pœnitentialis, in quo iudex laicus caret iuriſdictione, tunc cognoſcit, & punit ſolus iudex Eccleſiaſticus. cap. omnis. & cap. noua. extr. de pœnit. & remiſſ. Item ſi agatur ratione vinculi iuramenti, qua idem eſt. Item ſi dubitetur an iuramentum ſit licitum vel illicitum, an ſeruandum vel non ſeruandum. & idem quia in talibus caſibus ſolum Eccleſia cognoſcit. cap. venerabilem. de elect. & Afflict. deciſ. 262. num. 30. Item ſi iuramentum de iure ciuili non producit actionem, nec exceptionem. ſcilicet quando fideiuſſor iurat ſe ſoluturum operas pro eo, qui non erat libertus. quo caſu de iure ciuili non obligatur nec ciuiliter nec naturaliter, & in ſimilibus. quia tunc non cognoſcit iudex ſecularis, ſed Eccleſiaſticus, cum de iure canonico quodlibet iuramentum obligat, niſi in diſpendium ſalutis æternæ, & in alijs caſibus exceptuatis, vt dicetur infra. per Bartol. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. licet de conſuetudine in iſto caſu non obſeruaretur, quia iudex ſecularis cognoſceret contra laicum, & impartiret officium iudicis. Si vero agatur contra hæredem iurantis laicum, tunc ſolus iudex laicus eſt competens. per Abb. in cap. cum ſit generale. de for. competen. num. 21. ſi vero conſtat quod iuramentum eſt licitum, & agatur ad pœnam tranſgreſſionis, & tam iudex laicus, quam Eccleſiaſticus eſt competens contra laicum, & quilibet poteſt punire ſua pœna. & quod poſſit iudex Eccleſiaſticus patet per text. in cap. nouit. de iudic. & 23. quæſt. 5. cap. Rex debet. de ſeculari patet per Doctor. in d. l. Titia. ff. ſolut. matrimon. Idem ſi agatur vt iuramentum ſeruetur, &

de eo excipiat, ſi iuramentum eſt validum, & tenet ſecundum vtrumque ius, per vtrumque iudicem procedi poteſt. per text. in cap. cum laicus. de for. compet. in 6. & per Ioan. Andr. ibi & electio eſt actoris. per Abb. in cap. cum ſit generale. de for. compet. Sed hæc de iure.

23 Quo ad tertium dicitur, quod crimen periurij probatur confeſſione periurantis, ſicut etiam negatiua in ipſo crimine confeſſione. quia qui negat, dicitur probare negatiuam ex ſola negatione, ex eo quia non tenetur probare, ſed pars aduerſa tenetur probare contrariam. per Abb. in cap. dilecti. de tempor. ordin. Item ſi exceptio, tu es periurus, quia iuraſti ſoluere infra menſem & non ſoluiſti, licet probetur quod promiſiſti, & iurauiſti, & menſis eſt elapſus, non propterea concluditur quod es periurus, niſi probetur à me te non ſoluiſſe. Quia licet debitor teneatur probare ſe ſoluiſſe. per gloſ. in l. 2. Cod. de iur. emph. tamen hoc eſt verum quando debitor confitetur debitum, vel alias ex liquidis inſtrumentis, & probationibus eſt certus & verus debitor. ſed ſi ille qui allegatur periurus, non acceptat debitum, nec conſtat ex certis, & liquidis probationibus quod ſit debitor, non concluditur in caſu prædicto, quod ſit periurus. per Bartol. in l. in illa. ff. de verbor. obligat. num. 4. Hoc tamen intelligo, quantum ad puniendum de periurio, ſed quantum ad ſoluendum promiſſum, ſi eſt probatum promiſiſſe infra talem terminum & iurauiſſe, & terminus ſit elapſus, licet non probetur per confeſſionem debitoris, vel inſtrumentis, ſed alias probationibus plenis ſufficientibus ad condemnandum, debet fieri condemnatio ad ſoluendum. Inſuper tenetur etiam de periurio in foro conſcientiæ, licet non teneatur in foro contentioſo. & hoc eſt, quia in pœnis debet fieri benigna interpratatio, & probationes debent eſſe luce meridiana clariores. l. fin. C. de eden.

24 Quo ad quartum dicitur, quod periurus punitur pluribus pœnis, tam de iure ciuili quam de iure canonico. & primo de

iure

ıre canonico omnis periurus eſt infamis infamia canonica, e iure vero ciuili ille periurus tantum eſt infamis, qui alicui liquid promiſit de futuro,ſiue in tranſactione, ſiue pacto, ſeu juolibet alio contractu per ipſum iuramento firmato. & etiam i iurat in iudicio, ſi poſtea venit contra ſuum proprium iuraıentum,efficitur infamis ipſo iure. per tex. in d. l. ſi quis maior. Cod. de tranſact. per gloſ. Bar. & Angel. in Auth. ſcenicas non ɔl. Si vero iurauit de præterito, vel de præſenti, tam in iudiio quam extra, & periurauit, non efficitur infamis ipſo iure iſi condemnetur per ſententiam. per Bart. in l. Lucius. ff. de is qui not. infam. Et idem ſi iurat de futuro,& non iurat alij, ed ſibi ipſi, vel Deo. per Bart. in d. l. Lucius. per Felin. & Doct. in cap. teſtis. extr. de teſt. & eſt talis infamis de iure ciili infamia ciuili, quæ eſt magis grauis infamia canonica. Et icet non quis de facili efficiatur infamis de iure ciuili, tamen oſtquam efficitur, magis grauatur, & difficilius tollitur. qui ero efficitur infamis infamia canonica, ſicut facilius fit, ita acilius tollitur. per Abb. & Doct. in cap. querela. de iurer. Lanfranc. in cap. quoniam contra. de probat. per tex. & loſ. in cap. quicumque. 6. quæſt. 1. vbi dicitur quod periurus e præterito, non eſt infamis infamia ciuili, ſed canonica, leo poteſt recipi in teſtem. Inſuper periurus de futuro de ıre ciuili, punitur poena mortis. per Auth. vt non luxurieır contra natur. §. & quoniam. & hæc ſi ſponte iurauit. ſi ero calore iracundiæ, ebrietate, vel dementia, mitius puniır arbitrio iudicis. vt in cap. quidquid calore. de regul. iur. ı 6. & ibi Decius. num. 7. Inſuper vt puniatur pęna mortis. er d. Auth. requiritur quod pluries deierauerit, & ſit conuius, quia delictum reiteratum magis punitur. ſecundum fflict. in conſtit. regn. inconſutile. per text. in cap. ad Apoolicæ. de re iud. in 6. item ſecundum Pet. & Bald. in l. 2. C. l l. Iul. maie. Item periurus ſuper contractu, & promiſſion e futuro, ſi contrauenit, cum agatur ad querelam partis, ordiırie punitur pęna manus. per conſt. regn. eos. & per ritum agnæ curiæ Vicariæ. de præſent. inſtrumen. Sed ſi agatur via

D 2 extra-

extraordinaria, non punitur pœna manus. De conſuetudine vero ſiue agatur ordinarie ſiue extraordinarie, & ſecundum formam ritus, non punitur pęna manus, ſed pecuniaria. per Afflict. in conſtit. regn. ſtatuimus. 17. not. & per Foller. infrag. cap. periurus. Idem etiam dicas quod non punitur pęna mortis, neque manus, etiam quod pluries reiterauerit periurium. Item periurus de aliquo futuro implendo, vel faciendo, tam in contractu quam in iudicio, ſuper lite decidenda punitur pęna exilij ad tempus. per tex. in l. fin. ff. de crimin. ſtellio. per Iſern. in cap. 1. de conſ. rect. feud. §. ſacramentum. intelligendo quando periurium fuit commiſſum dolo, non autem quando ſine dolo. vt per Iſern. ibi. Item periurus in foro pęnitentiali, punitur vt ieiunet per quadraginta dies in pane & aqua. per text. in cap. quicumque. 6. quæſt. 1. Sed hodie relinquitur pęnitentia arbitrio confeſſoris, imponenda ſecundum qualitatem perſonæ, loci, & temporis.

Item periurus in contractu de futuro, punitur actione primæua. per text. in d. l. ſi quis maior. C. de tranſact. & de pęnis periurij vide Follerium in ſuo tractatu de cenſ. ſecundum formam bullæ. Item periurus repellitur ab agendo, ſcilicet in criminibus publicis, & pro iniuria alterius, & in cauſa in qua periurauit. ſed pro iniuria ſua, & in alia cauſa in qua non periurauit, non repellitur. vt per Alexan. Iaſon. & alios in d. l. ſi quis maior. Item periurus non repellitur ab excipiendo. taliter quod ſi conueniatur, poteſt pro ſua defenſione, vel Eccleſiæ, excipere vel repellere per exceptionem, ſcilicet dicendo actorem eſſe excommunicatum, vel infamem ex aliquo delicto, & non poſſe agere, & alias exceptiones opponere pro repellendo actorem. vt per Abb. in c. dilecti filij. extr. de except. Item periurus in ſui pęnam poteſt cogi ad præſtandum iuramentum calumniæ, non tamen admittitur ad iurandū in ſuam vtilitatem, vel honorem. vt per Abb. in c. intelleximus. de iud. n. 14. per tex. in c. omnibus. 4. q. 6. Item periurus non poteſt eſſe teſtis, & eius teſtimonium nullam fidem facit. c. ſicut. de teſt. Item periurus non poteſt ordines ſuſcipere. cap. fin. de temp. ordin. & hoc ſi

ırauerit licitum, vel ſit dubium an iurauerit licitum, alias
cus, vt dicetur infra. & maxime periurus non poteſt eſſe
ſtis ſi alias commiſit periurium in teſtificando, ex quo ſi
mel deliquit in vno officio, ſemper eſt ſuſpectus in illo
er text. in cap. quicumque. 6. quæſt. 1. & l. ſi aliquid. Cod.
e ſuſcep. lib. 10. Quinimo periurus in contractu licito, etiam
oſt peractam pœnitentiam, non poteſt eſſe teſtis. per gloſ.
n l. qui cum vno. §. ignominia. ff. de re mili. per Hipp. in
. 1. §. preterea. num. 4. ff. de quæſt. per cap. teſti. de teſt.
er Abb. in cap. cum in Eccleſia. de maior. & obed. Et hoc quia
eriurij via aperiri non debet. c. cum contingat. de iureiur. cap.
lericos. de cohabita. mulie. & cler. & ibi Abb. quæſt. 2. nu. 8. &
Afſl. in conſt. regn. inconſutilem. 14. notab. Et prædictæ pœnæ
abent locum contra laicum, clericus vero periurus vltra præ-
dictas pœnas a iure communi ſtatutas, punitur etiam alijs pœ-
is infraſcriptis. videlicet quia deponitur ab ordine beneficio,
& dignitate. per tex. in c. presbyter. 8. diſt. per tex. in cap. ſi quis
Epiſcopus. 50. diſt. per Abb. in c. cum non ab homine. de iud. &
n c. quærelam. de iureiur. 5. notab. Non tamen eſt depoſitus ipſo
ure, ſed venit deponendus per ſententiam. vt per Abb. poſt
lios. in cap. 2. de reſcript. & ibi etiam per Felynum, qui dicit
anc eſſe communem opinionem, licet alij teneant contrarium.
ide Bernar. Diaz. in verb. periurij. & intellige, quando clericus
ommiſit periurium iudiciale, vt ibi per dictum Bernar. Inſuper
collatio beneficij facta periuro eſt nulla, ſcilicet quando per ſen
entiam fuit declaratus periurus. vt per Bern. Diaz. ibi. quinimo
tiã quod quis illicite iurauit, ſi poſtea iurauit contrariũ, priua-
ur eius beneficio & dignitate. vt per Rom. in ſuo ſing. 503. per
ex. in c. tua. de iureiur. & Abb. & Doct. in c. cũ inter. de renunc.
nſuper periurus reſpectu certi beneficij, priuatur omnibus alijs
beneficijs, & inhabilitatur perpetuo ad beneficium ſuſcipien-
dum. per Abb. in c. tua nos. el 2. nu. 2. de iureiur. & conuictus, &
condemnatus de periurio in vna cauſa, habetur periurus in qua-
libet alia cauſa, vt non admittatur in teſtimonium. cap. paruuli.
22. q. 5. Et ſic in tali caſu, acta facta in vno iudicio faciunt fidem
n alio, etiam inter diuerſas perſonas. & ipſa ſententia ſequitur

Digitized by Google

ipſum corpus,tamquam lepra leproſum. per tex.in cap.cito turpem.1.q.1. & per Abb.in c.ex parte.num.3.de reſcript. Inſuper clericus accuſatus criminaliter de periurio,carceratur. per Affl. in conſt.ſi quis clericus. & per Campa.in clemen. de vit.& honeſt.cler.Intellige tamen ſi conſtet ſufficienter ad detinendum, per ea quæ habentur per ſcribentes. in clem.1.de hom.& per ea quæ ponit, & allegat Hipp. in ſua pract.crim.in §.conſtante. in principio.Vbi etiam ponit quod aliquando procedi poteſt præhabita aliquali informatione. & aliquando iudex poteſt incipere a captura, vt ibi. Et ſic tot pœnis punitur pe riurus, vt ſupra. Dicas tamen quod non ſemper cumulantur c ontra vnum tot pœnæ,ſed aliquis punitur vna poena, aliquis al ia ex prædictis, iuxta qualitatem periurij, & periurantis, cum iuxta menſuram delicti, debet eſſe plagarum modus, vt ſupra dictum eſt, Sed tamen ſi atrocitas periurij hoc requirit, poſſunt omnes ſupradictæ pœnæ cumulari contra eundem, ſcilicet quæ de conſuetudine obſeruantur. Nec obſtat illud quod dicitur per tex. & ſcribentes in §.omnes. inſtit. de actio. ſcilicet quod nemo debet pluribus pœnis puniri, & quod pęna non debet excedere quadruplum. quia hoc eſt verum quando quis punitur reſpectu rei, & pęna reſpicit rem. ſed quando pęna reſpicit delictum, poſſunt imponi plures pœnæ. per Iaſ. & Doct. in d. l. ſi quis maior. Cod.de tranſact. Et ſic contra periurum poſſunt plures poenę imponi, quia tale delictum debet, & ſolet puniri grauius quam alia. per tex. in c. cum quidam. de iureiur.

25 Quo ad quintum dicitur, quod ſunt multi caſus, in quibus non tenet iuramentum; & qui non obſeruat non incidit in pœnam. & Primo dicitur, quod non tenet iuramentum ſi tendat ad diſpendium ſalutis æternæ. c.ſi vero. de iureiur. Item non tenet iuramentum præſtitum a Prælato de non repetendis rebus Eccleſiæ,ſi per vim, & metum fuit extortum.c.peruenit.de iureiur. Item qui iurat ire vltra mare, & poſtea per ingreſſum religionis non vadit,non eſt periurus, quia in melius commutat. c.peruenit. el 2. de iureiur. Item iurans ſcienter illicitum, non tenetur illud obſeruare, & non eget abſolutione. c. quanto perſona. de iure-

ꝫiur. Et tunc non repellitur a teſtimonio, nec a dignitate,
: a beneficio. per gloſ.in c.Florentinum. 85.diſt.& Hoſt.in
. de teſte. Item non tenet iuramentum præſtitum contra Ec-
:ſiaſticam vtilitatem.c.ſicut noſtris.de iureiur. Item iuramen-
m continens illicita, & impoſſibilia, & contra libertatem Ec-
eſiaſticam, cum non debet eſſe vinculum iniquitatis.c. 1.de
reiur. Et quando quis temere iurat ſuper re illicita, non erit
ɔligatio ex illo iuramento, ſed eſt ſibi pœnitentia iniungenda.
ıp. inter cætera. 22. q.4. & quæ habentur per Doct.in Auth.
ıod eis.c.de nupt.& c.verum.& c.quanto. de iureiur. & c.cri-
inis.25.diſt.Et ſi quis promittit cum iuramento infra menſem
luere, & ante elapſum tempus fuit prorogatus alius menſis
:r creditorem, non dicitur periurus, niſi ſit elapſus ſecundus
ıenſis prorogatus, & non ſoluerit. per Bar. in l. cum ſtipulatus
m.nu.8.ff.de verb.oblig. Inſuper ad defenſionem,& excuſatio-
em inquiſiti de periurio,vltra ſupradicta dicitur quod qui coa-
:us eſt per vim, & metum iurare, & conſtat de vi, & metu, ſe-
undum legiſtas non ligatur iuramento.per ea quæ dicunt Doct.
ı Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ.vend. Secundum
ero canoniſtas ligatur iuramento, ſed debet abſolui. vt per
nnoc.in c.ad aures.quod met.cauſ.& per Io.And.Abb.& alios.
n c.ſi vero. de iureiur. quod ius canonicum eſt ſeruandum in
nateria iuramenti. ſed Sac. Regium Conſ. obſeruauit opinio-
ıem legiſtarum, prout in deciſ. Affl.263. Item periurus qui iu-
auit in iudicio de præterito ſuper lite decidenda, ſcilicet quod
ıumquam habuit,numquam recepit quod ex aduerſo prætendi-
ur recepiſſe,ſolum Deum habet vltorem. vt per Iſer.in c.1.de
:onſ.rect.feud.§.ſacramentum. de quo etiam vide Maran.in ſuo
ſpecul.in verb.iuramentum. Item ſi quis in iudicio excuſat ali-
quem iurans eſſe infirmum,ſi iurat falſum non propterea de iure
veniret puniendus pœna amputationis manus, quæ hodie de
:onſuetudine non ſolet imponi,vt dictum eſt. per Iſer. in d.c.1.
de conſ.rect.feud.§.ſacramentum. & per Affl. in conſt.reg. Edi-
ctorum.13. notab. in octaua quæſt. Debet tamen puniri pœna
arbitraria, vt per prædictos ibi. Item ſi canonici iurauerunt non
recipere aliquem in canonicum, ſi poſtea receperunt, tenet re-

ceptio, & non puniuntur de periurio. ſi tamen ex iuxta cauſa receperunt, ſcilicet quia creuerunt & auctæ ſunt facultates Eccleſiæ,& ſeruitia. Nec obſtat quod periuri ſint infames & quod tamquam infames non potuerunt recipere, quia reſponderi poteſt,quod tempore receptionis non erat conſumatum periurium, & ſic tunc non erant infames,& tenet receptio.vel melius, quod iuramentum intelligitur præſtitum non interueniente aliqua iuxta cauſa contraueniendi. & ita intelligitur. tex. in c.cum tu. de conſt.vt per Abb. in c.dilecto. num.18. de præben. Item per periurium non impeditur matrimonium, ſicut nec per excommunicationem. per Abb.in c.mulieri.num.11.de iureiur. & per nota.in c.ſignificaſti. de eo qui duxit in matr. quam pollu. licet ſin aliqua crimina,quæ impediunt matrimonium contrahēdum, & non dirimunt contractum, aliqua vero dirimunt etiam contractum.vt per gloſ. in cap.2.de pęnit. & remiſſ. vide ſummiſtas Nauarr.Toletum.Et licet periuriū non impediat matrimonium, tamen periurus non erit abſque pęnitentia.per ſupradicta. Item ad defenſionem inquiſiti, dicitur quod periurium tribus modis abſolui poteſt. Primo per ſatisfactionem factam parti, quia tunc abſolutus per partem, eſt etiam abſolutus per Deum. per ſupradicta. Item in remiſſione facta a parte, quia ſi pars remittit debitum,etiam Deus remittit. per ſupradicta in d.c.1.de iureiur. per abſolutionem factam a iudice quando iuramentum fuit metu extortum,& alijs caſibus, vbi iudex Eccleſiaſticus abſoluit.vt habetur in c.verū.de iureiur.& per Affl.in d.deciſ.263. Item licet iudex laicus non poſſit abſoluere a iuramento, tamen poteſt cogere partes vt relaxent iuramentum, quando fuit iniuſte præſtitum. per d.deciſ. Affl.263. & ibi adducta. Item periurum poteſt pęnitere, & confiteri peccata ſua, & facta ſatisfactione abſolui a Sacerdote,ab Ordinario tamen approbato: niſi eſſet caſus Epiſcopo reſeruatus, quia tunc requiritur licentia & commiſſio facta ab Epiſcopo Sacerdoti. alias ſecus, niſi in articulo mortis. vt per Sac.Conc.Trid. Et conſtito de dicta confeſſione, & ſatisfactione facta, non punietur de periurio. vt 50. diſt.c.forum. & de conſ. diſt.3.c.21. & de reſcr. c. eam te. & per deciſ.Affl.36. per gloſ.& Innoc.de teſt.cap.penult.& per gloſ. &

Bar.

ar.in l.Imperatores.§.præſenti.c.de nupt.Quod confirmo, quia onſtito de confeſſione, præſumitur quod fuerit iniuncta ſibi ſalutaris pœnitentia,& ſic quod fuerit punitus in foro conſcientię. quantum vero ad forum contentioſum, dico dummodo non expectauerit ſententiam condemnatoriam, & non fuerit quæſitum ius curiæ ſuper ipſa pœna temporali periurij. per prædicta ſupra in tract.de ſimon.Item ad defenſionem inquiſiti facit, quod in periurio poteſt purgari mora in pluribus caſibus. Primo ſi debitor pro maiori parte adimpleuerit infra terminum, ſi remaneat debitor in minori excuſatur, & non punitur de periurio. per c. ſuam.de pœn.Item ſi poſt modicum tempus ſoluatur poſt terminum. & de hoc habemus ritum magnæ curiæ Vicariæ, quod ſi poſt terminum citatus,comparet infra terminum citationis cum ſacculo paratus,excuſatur a periurio.ſunt & alij caſus ſecundum alios, licet non approbentur ſecundum communem opinionem. vt per Alexan.& Iaſ.in d.l. ſi quis maior. Sed licet qui remanet debitor in minori ſumma,excuſatur a periurio, tamen poteſt pro reſiduo cogi, & contra ipſum exequi iuxta clauſulas inſtrumentales, & iuxta diſpoſitionem iuris. Item licet periurans contra iuramentum illicitum non ſcienter,ſit infamis infamia canonica, ſi fecit pœnitentiam,illa infamia tollitur,& talis periurans emẽdatus poteſt admitti in teſtimonium. vt per Abb. in c. teſtimonium.de teſt.Item ſi quis propter neceſſitatem non adimplet iuramentum, non punitur de periurio, quia neceſſitas non habet legem. per tex.& gloſ. in c. quærelam. & in c. laici.extr. de iur. iur.& eſt deciſ.Gram.85.Item non ſolum neceſſitas, ſed etiam difficultas excuſat a periurio,quia Deus reſpicit animum. 14. q. 5.c.ſi quid inueniſti.Et iuramentum obligat data facultate, alias ſecus.22.q.2.c.beatus.& gloſ. & Abb. in c. quærela & c. breui. extra de iur.iur.nu. 4.Hoc tamen vltimum intelligo, dummodo non ſit dolus,& animus decipiendi iuramento.ſcilicet, quia ſciebat non habere, nec habiturum facultatem, & iurauit ad decipiendum.iuxta ea,quæ dicuntur per Alexand.& Dect.in l. non tantum.ff.de re iud. vbi. ille qui animo decipiendi ſe obligat ad dotem,cognoſcens ſe non habere facultatem,tenetur inſolidum, & non gaudet priuilegio deducto ne egeat. Item probabilis

Digitized by Google

error excuſat a periurio.per Abb.in d.c.breui. nu.3.Item adde alium caſum,vbi quis excuſatur a periurij pœna, ſcilicet quando actoris non intereſt debitorem non ſoluiſſe in tempore. per gloſ. & Bar.in l.ſeruus.ff.de ſeru.exportan.Et ex his ſit expeditus tractatus de periurio. & quæ dicta ſunt, vt plurimum ſpectant ad forum contentioſum. quia de his quæ ſpectant ad forum conſcientiæ,relinquo Theologis, & Summiſtis, & ſit finis primi libri de delictis mentalibus.

LIBER SECVNDVS, QVI EST DE ACTVALIBVS IN COEVNDO.

De Sodomia.

POSTQVAM in primo libro fuit tractatum de
delictis mentalibus, venit in hoc ſecundo libro
tractandum de delictis actualibus. & quia deli-
ctum in coeundo eſt magis actuale, cum ſit a na-
tura, quia motus ad actum eſt de iure naturali,
26 vt notatur in l.1.§.ius naturale.ff. de iuſt. & iur.
& eſt frequentius alijs, & in vitio carnis homo participat cum brutis ſecundum Philoſophum per Iſer. in tit. quæ ſint reg. §. contrahentium inceſtas nuptias.in add. Inſuper quia per peccatum primorum noſtrorum parentum, principaliter vitium carnis nos inuaſit.vt per Magiſt.ſent.lib. 2. diſt.3. ideo de eo prius tractandum eſſe exiſtimaui. Et licet omnis coitus (præterquam vxorius cauſa filios procreandi) ſit punibilis,& contra præceptũ diuinum,quod eſt,non mœchaberis.vt per Abb.in c.clericorum. nu.3.extr.de vit.& honeſt. cler.quia tamen in delictis in coeundo,ſunt gradus.per c.quemadmodum.3.q.1.& delictum ſodomiæ eſt alijs grauius,& deteſtabilius.32.quæſt.7.c.vſus.& ita grauius adul-

alterio, & inceſtu, etiam ſi matrem quis carnaliter cognoſce- per tex. in c. adulterij. 32. q. 7. vt plenius infra dicetur, ideo eo prius differendum eſt. Et ad cognitionē ipſius delicti, mo- ſolito per quinque queſtiones, ſeu membra venit tractandum ilicet Primo, quid ſit ſodomia, vnde dicta, & quot modis com- ittatur. Secūdo per quem Iudicem cognoſcatur, & quomodo rocedatur in dicto crimine. Tertio, quæ probationes requiran- ur, & ſufficiunt ad probandum. Quarto quibus pęnis puniatur t quibus iuribus ſit prohibitum. Quinto in quibus caſibus oſſit defendi, & abſolui, vel non puniatur pęna ordinaria.

Quo ad primum dicitur, quod ſodomia eſt coitus contra naturam cum maſculo, vel cum femina. per text. gloſ. & Doct. in cap. clerici. extr. de exceſſ. prælat. & dicitur contra naturam, quia eſt contra naturam naturantem, ideſt Deum, contra naturam naturantem, ideſt cælum, & contra naturam naturatam, ideſt generationem hominis. vt per Franciſcum Viui. in commun. opin. in verb. ſodomia. quia in iſto peccato deordinatur ordinatio Dei, & naturæ. per cap. flagitia. & c. vſus. 32. q. 7. & propter iſtud delictum veniunt terremotus, peſtilentiæ, & fames. per tex. in auth. vt non luxur. contra natur. & clamor talis delicti aſcendit ad cælum ad dominum. vt Geneſ. c. 19. & d. c. clerici. de exceſſ. præl. vbi dicitur, quod clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum grauatum eſt nimis, vitium quod agunt clamat vindictam. & alibi, deſcendam inquit dominus, & videbo ſi clamorem qui venit ad me opere compleuerint. quaſi dicat, non poſſum credere tantum ſcelus, dicens hæc ad accelerationem delicti, & alias, vt dicetur infra ſuo loco. Dicitur inſuper contra naturam, quia Deus non ſic fecit hominem, vt ſic illo vtatur modo, quo violatur ſocietas quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura cuius Deus author eſt, libidinis peruerſitate polluitur. vt per Bernard. Diaz in ſua practic. crim. in ver. nefandi crimen. Et quot modis committatur ſodomia horreſco referens: ſed ad eius deteſtationem, & punitionem non eſt tacendum, ſcilicet, quod diuerſis modis committitur, vide Bernard. Diaz in d. loco. dicta eſt autem ſodomia ab

illa

Digitized by Google

illa ciuitate Sodomiæ, quæ fulgure, & igne fuit euerſa à Deo propter tale vitium. per cap.19. Geneſ. vbi dicitur quod clamor dictæ Sodomiæ venit ad Deum, ad cælum, & ex tali clamore miſit duos Angelos ad ciuitatem Sodomæ, qui inuenerunt Loth virum iuſtum, & hoſpitati ſunt in eius domo, & vt viri ſodomiti illos viderunt, circumdati ſunt domum Loth, vt illis abuterentur, & Loth obtulit illis duas filias virgines, ne tale nefas committerent in viros Dei, & ipſi ſodomiæ nequaquam deſtiterunt, vnde à domino obcecati ſunt taliter, quod nõn viderunt hoſtium Loth, & ex inde prædicti Angeli acceperunt Loth filios, & filias, & generos eius, & e ciuitate eduxerunt ad montem, & poſtea Dominus pluit e cælo ſulfur, & ignem ſuper Sodomam, & Gomorram, & illas, omneſque eorum habitatores, & omnem planitiem, & arbores ſubuertit; taliter quod nec feminis, & infantibus pepercit. vt habetur in d.c.19. Geneſ. & c.offerebatur.32.q.7. cum ſequenti. & refert Affl.in conſt. reg. legum aſperitatem.

28 Quo ad ſecundum dicitur, quod crimen ſodomiæ dicitur etiam crimen Eccleſiaſticum. Et Iudex Eccleſiaſticus poteſt non ſolum clericos ſed etiam laicos, vt Dei Vicarius, punire iure proprio ſodomitas. vt per Abb. in cap. Archiepiſcopatu de rapto. per text. in cap. cler. de exceſſ. præl. Sed in hoc caſu haberet locum præuentio, vt in alijs, quando vterque Iudex poteſt procedere. vt per Abb. in cap. cum ſit generale. de foro comp.Iacob.Nouell.in ſua Theorica. & pract.crim.in verb.contra ſodomitas. Item eſt ſciendum quod in tali delicto non ſolum poteſt procedi ad querelam, & ad denunciam, ſed etiam per inquiſitionem, & ex officio, tum de iure communi, prout in adulterio, & in omnibus capitulis legis Iuliæ de adulterijs. vt per Angel. ſuper inſtitut. §. Item lex Iulia de adulterijs. in tit. de pub. iud. quia d. lex Iulia de adulterijs habet multa capita, & inter alia habet iſtud caput ſodomiæ. per text. in d. §. lex Iulia. inſtitut. de publ. iud. & per text. in l. capite quinto. ff. de adult. Tum etiam per regiam pragm. Regis Ferdinandi, quæ incipit. Ferdinandus, & Iſabella. poteſt in d.crimine procedi ex officio. Inſuper qui accuſat, & denunciat

ciat

ciat ſodomitam, qui fuit conuictus legitimis probationibus, vel confeſſus, lucratur & recipit de bonis ſodomitæ denuntianti vntias decem auri. vt per d.prag. Item officiales tenentur, quam primum poſſunt, procedere, & punire ſodomitas, nec debent eis parcere, quinimo adempta eſt officialibus poteſtas parcendi, nec poſſunt eos guidare, & aſſicurare, nec ad longum, nec ad breue tempus, etiam per dimidiam horam. Imo ſi fiat indultum quantumcumque generale, & ex quacumque cauſa non comprehendit tale delictum, ſed eſt exemptum, & exceptuatum. vt per d. prag. Debent tamen Iudices procedere via ordinaria, & conuincere legitimis probationibus. vt per d. prag. & dicetur infra. vide bullam Pij V. edita calendis Aprilis 1566.

29 Tertium dicitur, quod iſtud crimen debet probari legitimis, & plenis probationibus, ſi poteſt, & inueniatur teſtes de viſu. per d. prag. Si tamen non ſunt teſtes de viſu, & probationes ſufficientes ad condemnandum, ſed ſunt indicia ſufficientia, poteſt deueniri ad torturam. per Affl. in d. conſt. Legum aſperitatem. & quæ ſint indicia ſufficientia ad torturam, vide Foll. in ſua pract. crim. in verb. capiatur informatio. Et licet teſtes ſint inhabiles, cum ſimus in delictis difficilis probationis, & occultis, tales teſtes admittuntur, etiam quod ſint meretrices, minores, conſanguinei, & alij inhabiles. per Parid. de Put. in tract. de ſindi. in verb. tortura. verſ. anteſtes reprobati. & Hipp. de Marſ. in ſua pract. crim. §. diligenter. n. 80. cum ſequentibus. Quinimo hoc delictum poteſt probari per duos impuberes, qui ſufficiunt ad condemnandum. per Alber. de Roſa. in l. teſtimonium. ff. de teſt. Item admittitur etiam ſocius criminis. per tex. & gloſ. in c. fi. de teſti. cogen. per text. in l. qui ſint. C. de pœn. per gloſ. & ibi Hipp. in l. 1. §. diuus. in fin. ff. de quæſt. per Bald. in l. quoniam. C. de teſt. prout etiam dictum ſocij criminis in adulterio, quod eſt difficilis probationis, facit indicium ad torturam. per Paul. de Caſtr. conſ. 120. & refert Affl. in conſt. regni. Si damna. nu. 34. Et licet plures ſpecies probationum, in alijs caſibus non iungantur ad faciendum vnam plenam probationem, ſecundum aliquos. iuſta ea qua habentur per gloſ. & Doct. in l. 2. ff. de excuſ. tut. per Bal. & Doct. in l. ſi quis ex argentarijs. ff. de edend. & Hipp. in l. de minore. §. plurium. nu. 62. ff.

Digitized by Google

62.ff.de quęſt.& Alex.in conſ.355.2.vol.incip.ſentio in dubium reuocari. &c. tamen in delictis difficilis probationis iunguntur ad faciendam plenam probationem. vt per Parid. de Put. in tract.de ſind.in verb.robaria.col.2.per iura per eum adducta ibi. Et quando ſumus in magnis delictis,prout in hoc crimine, quod Reges terræ non debent pati abire impune, ſi deficiunt probationes legitimæ, Iudices debent conari cum omni diligentia, vt delinquentes inueniantur.per tex.in l.congruit.ff.de off.pręſ.per Affl in conſt.regni.in quæſtionibus. num. 7. Quando vero nullo modo poteſt probari, non poteſt puniri, quia Eccleſia non iudicat de occultis. per tex. in c. erubeſcant.32. diſt. per gloſ. in c. omnes.32.q.7.& per Affl. in conſtit.regn.repudium. & l.fin. C. de probat.

30 Quo ad quartum dicitur, quod hoc delictum omni iure eſt prohibitum, & acerbis pœnis punitur. Et primo prohibitum eſt, & abominabile de iure diuino.vt in Leuit. c. 18. & in Geneſ. c. 19.& ſecundum Paulum in Epiſtola ad Romanos. c. 1. tale delictum non eſt nominandum. hinc eſt quod vulgari nomine dicitur crimen nefandum. Item in compendio Theologiæ dicitur, quod diabolus tentat, & inducit homines ad committendum tale flagitium,& poſtquam induxit fugit,ex nobilitate ſuæ naturæ abominans tale ſcelus.& diuus Auguſtinus in libr.tertio confeſſ. dicit, delictum contra naturam eſſe ſemper & vbique deteſtandum.Inſuper eſt prohibitum & deteſtabile de iure canonico. per tex.in c.flagitia.32.q. 7. & c.offerebatur.cum ſequenti. Eſt etiam prohibitum de iure communi ciuili.vt in Auth. vt non luxur. contra natu. & l. cum vir nubit in feminam.C. de adult. & per alia iura,vt dicitur infra. & per d.regiã prag. Et dicit beatus Antoninus Archiepiſcopus Florẽtinus,in ſecũda parte ſuæ cant. verſ. quantum ad ſecundum.quod tota celeſtis curia habet iſtos ſceleſtos in deteſtationem,& vult de eis ſummi ſupplicium. hinc eſt,quod illa nocte qua Chriſtus natus eſt; omnes ſodomitæ perierunt, per beatum Hieronymum ſuper Iſaiam, & per Iacobum de Voragine de natiuitate ſua.hinc eſt etiam,quod per hoc peccatum venit ira Dei in filios diffidentiæ, ſcilicet de quorum ſalute diffidendum eſt.Et ſi prima pœna contra hoc crimen eſt pœna geennæ

geennæ,& ignis æterni.per text. in c. clerici.de exceſſ.prælat. vt per Affl. in d. conſt. legum aſperitate. Item de iure ciuili pœna ſodomiæ eſt pœna mortis naturalis. per l. cum vir nubit in feminã.& l.fœdiſſimam. C.de adulter.& inſtit.de pub.iud.§.Item lex Iulia de adulterijs.& in Auth.vt non luxurietur contra naturam. Et in hoc delicto cadit etiam ſtuprum cum viro. per tex.in l.ſtuprum.& l.inter.§.1.ff.de adult.Et ſtuprum commiſſum cum viro, etiam ſine vi,punitur pœna mortis naturalis, quemadmodum ſi committatur a ſeruo cum domina, & a tutore cum pupilla. per gloſ.in d.§.2.inſtit.de publ.iud.Et qui patiuntur muliebria,vltra dictam pœnam mortis,infames ſunt.d.l.fœdiſſimam.& l. cum vir nubit in feminam. & ibi Bal. Et non ſolum qui patiuntur muliebria,ſed etiam ſodomitæ agentes, fiunt infames, & teſtari non poſſunt,& eorum bona confiſcantur. vt per Decium in l.ſi qua mulier.nu.7.C.de ſecun.nupt.& per Nicol.de Pelu.conſ.69.circa teſtamentum.col.5.& latè conſuluit Anaſt.Pla.in contr.nupt. & Cotta in libr.mem.tex.in verb.pedicones.vt refert Viu.in ſuis cõmun.opin.in ver.in ſodomia.Secundum canones vero, non eſt pœna mortis naturalis, ſed pœna depoſitionis, & vt in arctum monaſterium mittatur ad agendum poenitentiam durante eius vita.laicus vero excommunicatur, & a conſortio fidelium pellitur.vt in c.clerici. de exceſſ. prælat. & ibi Abb. ſed maior eſſe debet. vt per Bernard. Diaz in ſua pract. crim. can. in verb. nefandi criminis. De conſuetudine tamen, ſodomita, ſiue clericus ſiue laicus,igne vltore crematur.per Barbat.conſ.62.Gandi. in tract.de poen.in fi.Angel.in tract.malefi.in verb.*che mi hai adulterato la mia donna*.fol.62.nu. 53. & Bon. de adulter. & ſodom. nu.10. fol. 159.& refert Iacob.Nouell.in pract.crim. verb. contra ſodomitas. & per Ang.in d. l. cum vir nubit in feminam. vt refert Bernar.Diaz in loco ſupradicto.Item per d. pragm. Regis Ferdinandi punitur poena mortis naturalis,& igne crematur, ſiue maſculus,ſiue femina. Inſuper punitur alia poena,quia ſi maritus committit ſodomiam cum maſculo, poteſt fieri ſeparatio matrimonij quo ad thorum, ſimiliter ſi cũ eius vxore,dummodo probari poſſit.per gloſ. & Arch.in c.omnis.32. q. 7. & per Abb. poſt Ioann.Cald.& Ant.de Butr. in c. maritis. extr. de adult. &

per

per c.idolatra.28.q.1.& refert Affl.in conſt. regn. repudium. Item non ſolum ipſi ſodomitæ puniuntur dictis pœnis, ſed etiam conſentientes,& qui domum accomodauerunt ad faciendum tale flagitium.vt per Apoſtolum in c.1.ad Romanos. & per tex. in l.1.§.qui vero.ff. de extraord. crim. Item Iudices non punientes ſodomitas vt ſupra,priuantur eorum officijs, & puniuntur alia poena extraordinaria, ſeu arbitraria. Item Iudices qui guidant, ſeu aſſecurant ſodomitas; etiam per breuiſſimum tempus, puniuntur pœna vntiarum auri mille, regio Fiſco applicanda,vltra alias pœnas prædictas.vt per d. prag. Et in ipſo crimine non poteſt tranſigi,nec poena commutari.vt per Card.Granuele tunc pro Regis Regni Neapol.Et ſupradictæ poenæ etiam mortis confirmantur per bullam Pij V. tam contra clericos, quam contra laicos.& ſiue fiat delictum cum maſculo, ſiue cum fæmina eiſdē pœnis punitur.per Card.Flor.c.1.1.q.3.per tex.in c.clerici.de exceſſ. præl.& ibi Abb.& per eundem Abb.in c. Archiepiſcopatu.de rapt.per Dec.in l.ſi qua mulier.nu.9 c.de ſecun. nupt. Et hæc eſt communis opinio: quidquid dicat Socc.in d.l. ſi qua mulier.vt per Franc.Viuium in ſuis commun.opin.in verb.ſodomia.Contra vero ſodomitas in directos, veniendo

31 Ad quintum membrum: illi qui ſolum commiſerunt extraordinariam pollutionem, non puniuntur ſupradictis poenis de conſuetudine, ſed puniuntur minori poena extraordinarie arbitrio Iudicis.per Specul.quem allegat Angel.in l. 1.§. hæc verba. ff.quod quiſque iur.& in l.damni.§.Sabini.ff.de damn. infect. & Angel.Aret.in tract.maleſi.in verb.interuallo.circa finem.& per Affl.in d.conſt.legum aſperitatem. Et ſic ad defendendum ſodomitā a pöena ordinaria poſſunt adduci ſupradicta, & allegari dictam conſuetudinem in tali caſu. Poteſt inſuper defendi, ſi forte non probetur, vel per legitimas probationes, vel quia ſtantibus indicijs fuit tortus,& non fuit confeſſus,& per torturam fuerunt euacuata indicia, vel ſi ſtantibus leuibus indicijs, in contrarium fuerūt probata alia indicia innocētiæ.iuxta ea quæ ponit Hip.in ſua pract.crim.in §. diligenter.in verſ. vlterius. nu. 200. ſcilicet exculpatio partis querelantis, ſpontaneo comparitio, & integritas vitæ iuſtificatæ,inimicitia teſtiū, & partis inhabilitas coeundi, vel

di, vel alia quæ ſecundum facti contingentiam poſſent occurrere in eius defenſionem, & excludere indicia contraria. vt per Hippo. in loco ſupradicto, ex quo in delictis debent eſſe probationes luce meridiana clariores. per tex. in l. fin. C. de probat. Et quando delictum non poteſt probari, non punitur, quia Eccleſia non iudicat de occultis. per tex. in c.erubeſcant. 32.diſt, per gloſ. in c.omnes. 32.q.7. & per Aff.in d.conſt. repudium, Et accuſatore non probante,reus debet abſolui.d.l.fin.C.de prob, & in l.qui accuſare. C.de eden. Et hæc ſufficiunt in dicto crimine ſodomiæ, quo ad forum contentioſum.

De Inceſtu.

Quia, vt dictum eſt in ſuperiori tractatu, in delictus coitus ſunt gradus.per tex.in c.quemadmodum.32. q. 7. & poſt delictũ ſodomiæ,crimen inceſtus obtinet primum locum atrocitatis.c.adulterij malum.32.q.7.per Bar. in l.ſed ſi adulterium.§.1.ff.de adult. & per Abb. in c. veniens. de eo qui cogno. conſang. nu. 5. Ideo congrue poſt crimen ſodomiæ, in hoc loco venit tractandum de crimine inceſtus. & more ſolito diuidendo per quinque membra. Primo videndum eſt,quid ſit inceſtus,& quotuplex, & quibus modis committatur. Secundo per quem iudicem cognoſcatur,& quomodo procedatur in dicto crimine. Tertio, quæ probationes requirantur. Quarto quibus pœnis puniantur inceſtuoſi,tam de iure canonico,quam de iure ciuili. Quinto quibus modis quis excuſetur, & abſoluatur a pœnis ordinarijs inceſtus.

32. Quo ad primum dicitur, quod inceſtus eſt coitus cum conſanguineis, ſeu affinibus, in gradu prohibito contrahi matrimonium. & hoc diffiniendo generaliter, vt comprehendat coitum cum matre,& filia,& inter aſcendentes & deſcendentes. ſed magis diſtincte diffiniendo, ſeu deſcribendo, dicitur, quod inter aſcendentes & deſcendentes, dicitur coitus nefarius; cum conſanguineis vero,& affinibus tranſuerſalibus, ſeu collateralibus,in gradu prohibito contrahi matrimonium, ſcilicet vſque ad quartum gradum incluſiuè,ſecundum ius canonicum.iuxta text.in c.

fin. & ibi. gloſ. de conſang. & affin. 1. dicitur inceſtus. per gloſ. in Auth. de inceſt. nupt. in princ. per gloſ. in rubr. C. de inceſt. nupt. & l. qui contra legum. & Auth. inceſtas. & Auth. ex complexu. C. eo. tit. Item inceſtus dicitur coitus cum his qui ſunt coniuncti cognatione ſpirituali, ſcilicet mediante vinculo Baptiſmatis & Chriſmatis, ſcilicet cũ commatre, & cũ eo, vel ea, quem vel quam de ſacro fonte leuauit. c. 1. & 3. & per totum. extr. de cogn. ſpir. Et ſi maritus contrahit cõpaternitatem, vxor efficitur commater. per tex. in c. ſi quis ex coniugio. 30. q. 4. per Abb. in c. conſtitutus. extr. de conuerſ. coniug. Sed per Sac. Conc. Trid. reſtringitur numerus perſonarum, quia vnus & vna, & non plures poſſunt de ſacro fonte leuare. vt in c. 2. de reformatione matrimonij. 24. ſeſſ. Et coitus cum prædictis coniunctis cognatione ſpirituali, etiam poteſt dici ſtuprũ, & maius adulterio. per Parid. de Put. in verb. adulterium. per iura allegata per eum ibi. per gl. inſt. de nupt. §. ſunt & aliæ. per Bal. in l. ſi quis alumnam. C. de nupt. per illum tex. Et quod coitus cum conſanguineis tranſuerſalibus, & cũ conſanguineis vxoris, ſeu affinibus, eſt inceſtus prohibitus de iure diuino. vt in Leuit. c. 18. & 20. & per Euang. Luc. c. 3. & per tex. in c. cum ergo. 25. q. 1. & c. lex iſta. 36. q. 1. & per Abb. in c. veniens. & c. 1. de eo qui cogn. conſang. vxor. & l. inter. ff. de adulr. & l. fama. ff. de ritu nupt. Et licet inter tales conſanguineos, & affines, non ſit prohibitum matrimonium neque ex Euangelicis, neque ex Apoſtolicis præceptis, tamen eſt prohibitum ab Eccleſiaſticis inſtitutionibus. per tex. in c. cum igitur. 35. q. 1. & 36. q. 2. & 3. per plura capitula. Et talis coitus eſt deteſtandus & execrandus, & talem coitum cõmittentes, aſſimilantur brutis & pecoribus, qui ſine vlla diſcretione libidini inſeruiunt. per tex. in c. non ſolum. 32. q. 7. Eſt tamen aduertendũ quod verus coitus eſt, quando ſemen emittitur intra clauſtra pudoris. & propterea ſi quis vxorem ſuam non ſic cognoſcit, ſed extra clauſtra emittit ſemen, non contrahit affinitatem cum conſanguineis vxoris, quia non eſt verus coitus, ſed extraordinaria pollutio. quare ſi cognoſceret conſanguineam vxoris carnaliter, non dicitur committere inceſtum. per Abb. in c. fraternitati. de eo qui cogn. conſang. vxor.

Quo

Digitized by Google

33 Quo ad ſecundum dicitur, quod crimen inceſtus cum coniunctis cognatione naturali & legali, ſine dubio ſi committitur a laico cognoſcitur per iudicem laicum, ſi vero committatur a clerico cognoſcitur per iudicem Eccleſiaſticũ. Sed quando committatur cum illis qui ſunt coniuncti cognatione ſpirituali, quia in tali delicto non reperitur poena legalis, ſed tantũ canonica, potius dicitur delictum Eccleſiaſticum, & videtur quod non poſſit cognoſci per iudicem laicum, ſed tantũ per Eccleſiaſticũ. vt per Parid. de Put. in verb. adulteriũ. Et ad hoc facit, quia quando ius ciuile non obligat naturaliter nec ciuiliter, non cognoſcit iudex laicus. per Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. prout dictum eſt ſupra in crimine periurij. Sed verius eſt quod in tali caſu eſt crimen mixtum, & contra laicos poteſt procedere tam iudex laicus quam Eccleſiaſticus, & habet locum præuentio. per notata in c. cum ſit generale. de for. cõpet. Et hoc videtur tenere dictus Paris in loco ſupra allegato in fine. vbi tenet quod ſi in tali caſu cognoſceret iudex laicus, puniret pęna canonica, cum non reperiatur ciuilis. Et confirmatur hæc opinio, quia in odium tam deteſtandi & nefandi criminis, poteſt per vtrumque iudicẽ cognoſci, & puniri. & electio eſt actoris, vt poſſit illũ eligere quem extimauerit ſeuerius vendicaturum. per notata in d. c. cum ſit generale. de for. comp. Quinimo cum per canones reputatur crimẽ inceſtus, & ex communi omnium Chriſtianorum opinione, debet puniri vt crimen inceſtus, qui committitur cum coniunctis coniunctione naturali eiſdem poenis legalibus, imo maioribus, cum maior ſit cognatio ſpiritualis quam naturalis. Et committens inceſtum æquiparatur illi qui cognoſcit carnaliter alumnam. per Bal. in l. ſi quis alumnam. C. de nupt. Et debet eiſdem poenis puniri prout infra dicetur, & per iudicem laicum debet etiam eiſdem poenis puniri. & ita credo quod obſeruatur in practica, & proinde iudex, ſiue laicus ſiue Eccleſiaſticus, qui cognoſcit crimen inceſtus, ſi eſt per viam fornicationis, poteſt procedere per viam inquiſitionis, non ſolum per viam accuſationis. vt per Iſern. in tit. quæ ſint regalia. §. contrahen. inceſt. nupt. Et maxime in Regno Neap. vbi in delictis in quibus venit imponenda poena mortis naturalis, vel ciuilis, ſcilicet membri abſciſſionis, poteſt

procedi ex officio.per c.regn.ab illo inchoandum.& per c.vt delatas.& c.ne tuorum. & c.ſi temporum. Et in hoc crimine venit imponenda talis poena,vt dicetur infra ſuo loco.Si vero inceſtus ſit per viam matrimonij, quia tunc mitius punitur, vt dicetur infra ſuo loco, non poteſt procedi per viam inquiſitionis, & ex officio per ſupradicta, ſed ad inſtantiam cuius intereſt, & eius cui competit actio. Et in hoc crimine poteſt interuenire procurator tam ex parte actoris, quam ex parte rei. per iura ſupra allegata in tractatu de vſura,in ſecundo membro. ſcilicet quando eſt inceſtus per viam matrimonij,cum non venit infligenda poena corporalis,vt dicetur infra. quia tunc quilibet poteſt accuſare, & denunciare, cum ſit crimen publicum, & offenditur diuina maieſtas, & publica honeſtas, vt dictum fuit ſupra in crimine ſodomiæ per iura ibi allegata. & non præſcribitur niſi ſpatio viginti annorum. per Bald. & Angel. in l. querelam. C. de falſ.

34 Quo ad tertium dicitur, quod crimen inceſtus debet probari plene,& per probationes luce meridiana clariores, vt poſſit deueniri ad condemnationem,quemadmodum & alia crimina. iuxta tex.in l.fin.C.de probat.& l.qui accuſare.C.de eden.Si tamen non ſint probationes ſufficientes ad condemnandum, & ſunt indicia ſufficientia, poteſt quis ex dictis indicijs torqueri, & cogi ad confitendum veritatem. ſcilicet quando eſt inceſtus fornicationis. Et in tali caſu etiam teſtes inhabiles ſufficiunt ad torturam, cum ſimus in delictis occultis, & difficilis probationis, quibus teſtes inhabiles per legem habilitantur pro inferenda tortura,vt dictum eſt ſupra in crimine ſodomiæ. Et licet ſocius criminis in adulterio, & in talibus delictis occultis, non ſufficiant ad condemnandum. vt per Affl. in rubr.conſt.regn. Patarenorum. & in conſt. Terminum vitæ.q.8. Tamen quo ad faciendum indicium ad torturam bene ſufficit. vt per eundem Afflict. in conſt. aſperitatem.& per adducta per eum ibi.& in conſt. ſi damna. & per ea quæ diximus ſupra in d. crimine ſodomiæ. Puto tamen, quod vna cum ſocio criminis debent aliqua alia concurrere, ſcilicet fama publica, & quod torquendus ſit homo male famæ. vt per Campan. in c.peruerſorum.

Quo

Digitized by Google

35 Quo ad quartum dicitur,quod aut loquimur de pœnis in foro pęnitentiali infligendis,aut in foro contentioſo.quo ad primum, ſcilicet in foro pœnitentiali dicitur, quod crimen nefarium committens, ſcilicet coiens cum matre,vel filia, vel alias aſcendentibus,vel deſcendentibus,de iure antiquo,in clerico erat pœnitentia decennalis,in laico ſeptennalis.per tex. in c. presbyter. 82.diſt.& c.deuotam.27.q.1. Nec eſt omittendum quod de iure antiquo, mulier quæ inueniebatur coire cum bruto, vna cum ipſo bruto interficiebatur. per tex.in c.mulier.15.q. 1. Hodie vero committens dictum crimen nefarium vt ſupra, vltra quod pœnitet ſeptem annis,etiam tanto tempore ſe abſtinet ab ingreſſu Eccleſiæ,a participatione ſacramentorum,& a communione fidelium, quemadmodum ille qui coit cum maſculo, & cum brutis,tam ſi ſit clericus,quam laicus. per text. & gloſ. in c. hoc ipſum.33.q.2.& vide beatum Thomam ſecund.ſecundæ.q.154. articul.12.arg. 4.Si vero cum cubuerit cum commatre,vel cum illa quā de ſacro fonte,vel ſacro chriſmate leuauit, ſi monachus, & iniuncta ei pœnitentia non ſe emendauerit, excommunicatur excommunicatione maiori.per text.in c.ſi quis cum matre.& ibi gloſ.33.q.1.nec dictum c. ſi quis cum matre. loquitur de matre naturali,vt intelligit Foller.in ſua pract.crim.in verb. dentur capitula inceſtus; ſed loquitur de matre ſpirituali, vt intelligitur ſecũdum gloſ.ibi.ſcilicet ſi monachus non ſe emendauerit. & iura ſupra allegata loquuntur de pœnis prædicti coitus nefarij, & intelliguntur in foro pœnitentiali, non autem in foro contentioſo,prout intelligit Foll.ibi. ſalua pace. quid quid dicat etiam Paris de Put.in verb. adulterium. qui etiam intelligit illud c. ſi quis cum matre.indiſtincte, ſcilicet quod coiens cum matre ſpirituali excommunicatur. quia intelligitur ſecundum gloſ. vt dictum eſt ſupra,ſcilicet ſi monitus non ſe emendauerit. nec illa iura intelliguntur de foro contentioſo, vt dicit ibi dictus Paris. ſed in foro contentioſo committens crimen nefarium cum matre,& filia naturali, ſi eſt clericus deponitur.per gloſ. in c. non debet.30.q.1.& ſecundum Abb.in c. at ſi clerici.de iud. col. 12. & per notata in c.lator.7. q. 7. & inſuper detruditur in monaſterium.per Decium.conſ.158. 1. vol.incipit.diuino implorato. &

per Ber. Diaz in ſua pract.crimin.in verb.inceſtus. Si vero eſt laicus, & tunc aut per viam fornicationis inquiritur de inceſtu, & punitur pœna mortis naturalis,tam de iure diuino.vt in Leuit.c. 30. & Deuteronom.c.32.quam etiam de iure ciuili.per tex.in l. quamuis.c.de adult.ſecundum Bar.in l.ſi quis adulterium. ff. de adult. aut dictum crimen nefarium committitur per viam matrimonij,& tunc ſi ſcienter,priuatur dote, & omnibus bonis, & perpetua notatur infamia.& ſi eſt nobilis relegatur in inſulam,ſi eſt vilis,publice fuſtigatur,& in exilium mittitur. per gloſ. inſtitut.de nup.§.ſi aduerſus.in gloſ.fin.per text.in §. ſancimus.Auth. de inceſt.nupt.& ſecundum Bar.in d.l.ſi adulterium.ff. de adult. Quæ ſupradicta iura ita intelligenda ſunt, ſcilicet ſi agatur per viam matrimonij, &c. & vide plene de his Paul. Grill. de pœn. nefar.coit. q.2. & refert Foll. in ſua pract. crim. in verb. dentur capitula inceſtus.alias eſſet abſurdum dicere,quod pro adulterio imponatur pœna mortis, & pro crimine nefarij coitus, quod eſt atrocius delictum,imponatur pœna relegationis. committens vero crimen inceſtus cum conſanguineis,& affinibus tranſuerſalibus, ſeu collateralibus, in foro pœnitentiali pœnitentiam agat ſeptem annis,ſiue clericus ſiue laicus.per tex.in d. c. hoc ipſum. 33.q.2.licet de iure antiquo per iura ſupra allegata. Sed in foro conſcientiæ pœnitentia eſt arbitraria arbitrio confeſſarij,attenta qualitate perſonæ,loci, & temporis. in foro vero contentioſo clericus punitur vt ſupra,pœna depoſitionis.per tex.& ibi Abb. in c.at ſi clerici.§. in adulterijs.de iud. Et ſi delictum eſt ſcandaloſum,detruditur in monaſterium,vt dictum eſt ſupra.per d.conſ. Decij. laicus vero ſi committit inceſtum per viam fornicationis ſcienter,de iure ciuili punitur pœna mortis.per gloſ.& Bar.in l.ſi adulteriū.ff.de adul.ſed hodie in femina eſt mutatū, vt non puniatur pęna mortis.vt in auth.ſed hodie.C.de adul.Itē omnia eius bona confiſcantur. per tex. in auth.inceſtas. C. de adulter. quæ pœna confiſcationis,habet locum etiam quando committitur inceſtus per viā matrimonij, vt dicetur infra.vt per Viui.in comm. opin. in verb. matrim.& hęc de iure ciuili canonico.Sed de iure committens inceſtum per viam fornicationis cum affine, laicus priuatur perpetuo ne poſſit petere debitum ab vxore, cuius conſanguineam cognouit,& priuatur etiam,ne poſſit vxore mortua, alia m

aliam ducere.c.1.& 2.& c.tranſmiſſæ. de eo qui cogn. conſang. vxor.ſecundum gloſ.c. 2. de pœnit. & remiſſ. Si vero non committitur per viam fornicationis, ſed matrimonij, tunc de iure ciuili ſi ſcienter,annullatur matrimonium,& donata hinc inde, auferuntur ab eis,& Fiſco applicantur.ſi vero ignoranter, & per iuſtum errorem,vel ex lubrico ætatis, tunc parcitur eis, ſi modo cognito errore,vel adueniente legitima ætate reſipuerit.per tex. in l.qui contra legum.C.de inceſt.nupt. ſed de iure canonico, ſi ſcienter,excommunicatur,& fit ſeparatio matrimonij.c.1.& 2.de conſang.& affin.& c.non debet.eo.tit. inſuper caret diſpenſatione.per Sac.Conc.Trid.cap.5.24.ſeſſ.de reform.matr.& ducentes vxores conſanguineas ſcienter,ſunt maledicti, & infames.c.coniunctiones.35.q. 2. ſi vero ignoranter,puniuntur mitius arbitrio iudicis,& ſeparatur matrimonium.c.1. de conſang.& affin. licet diſpenſatur per ſummum Pontificem,vt per d.Conc.Trid.d.cap. 5.24.ſeſſ.Sed quando quis cognoſcit conſanguineam per viam fornicationis, tunc non eſt expreſſa pœna de iure canonico. & cum non ſit expreſſa recurritur ad pœnam iuris ciuilis. & ſic laicus committens, vel nefarium inceſtum, vel inceſtum cum tranſuerſalibus per viam fornicationis,punitur ſupradictis pœnis de iure ciuili in terris Eccleſiæ per Iudices ſeculares, ſeu laicos ipſius Eccleſiæ,& in terris Imperij per Iudices laicos Imperij, & ſic tale flagitium non remanebit inultum. & quando deficiunt pœnæ de iure canonico. recurritur ad iuris ciuilis pœnas, habetur per Iſer.in tit. quæ ſint regalia.§.contrahentium in add. in princ.per tex.in c.1.& 2.de oper.nou.nunc.Similiter quando de iure canonico non apparent expreſſe pœnæ in foro contentioſo contra illos qui committunt inceſtum cum commatre, vel illa quam de ſacro fonte,vel ſacro chriſmate leuauit,ſiue per viam fornicationis, ſiue per viam matrimonij, ſunt puniendi in foro contentioſo ſupradictis pœnis a iure ciuili ſtatutis contra inceſtuoſos.Nec eſt ommittendum, quod affinitas non ſolum inducitur per coitum licitum, ſed etiam per coitum illicitum, ad effectum vt impediatur matrimonium, non tamen quo ad alios effectus.vt per Abb.in c.diſcretioni.extr.de eo.qui cogn. conſan. vxor.ſuc.& per ſacr.Conc.Trid.non excedit ſecundum gradum.

vt in cap.4.ſeſſ.24.de reform.matrim. Et ſupradictæ pœnæ in foro contentioſo habent locum de iure communi; tamen de conſuetudine,aliter obſeruatur ſecundum locorum conſuetudinem, & ſtatuta.& ſecundum Barth.Cepoll.conſ.58.nemo punitur corporaliter de inceſtu,niſi caueatur per legem municipalem. vide Franc.deciſ.240.& deciſ.378.

36 Quo ad quintum dicitur, quod ſunt multi caſus, in quibus quis committens inceſtum,non punitur pœnis ordinarijs.& vnus eſt quando non emittit intra clauſtra pudoris,ſed facit extraordinariam pollutionem. hoc maxime intelligendo, quando quis ex ſua voluntate,& propter abſtinentiam non emittit,ſcilicet ne mulier concipiat. quia talis extraordinaria pollutio, mitius eſt punienda.per ea,quæ habentur per Abb.in c. fraternitati. de eo qui cogn.conſang.vxor.ſu.& facit,quia ex generali conſuetudine non punitur affectus, niſi ſecuto, & conſumato effectu, licet fuerit peruentum ad actum proximum, vt dictum fuit in crimine ſimoniæ. Inſuper eſt alius caſus,ſi quis per ignorantiam facti cõmittit crimen inceſtus, quia ignorantia facti excuſatur. vt per Abb.in c.ex literis.in fin.de eo,qui cogn.conſang. vxor.& in tali caſu eſt facienda diſtinctio.ſcilicet quia ſi per fornicationem, & ſine colore matrimonij committitur, inceſtus ſemper eſt punibilis,ſiue ſcienter ſiue ignoranter, licet ſi ignoranter mitius puniatur.ſi vero colore matrimonij,& tunc aut committit inceſtum atrociorem,ſcilicet contra vſum,& naturam humanæ ſocietatis, & contra ius gentium,ſcilicet in ſorore. per tex.in c.hoc Epiſcopus.33.q.2.& tunc ſi neſcitur & factum & ius, eſt impunibilis. idem ſi neſciatur factum,licet ſciatur ius.ſi vero ſciatur factum, licet neſciatur ius,punitur pœna inceſtus,& etiam ſtupri, niſi ſit minor,vel mulier, & ſtatim quod ſciuerint pœnitentiam demonſtrauerint per diuortia.quia in talibus caſibus excuſantur à pęna inceſtus,& eis parcitur.per Bar.in l.ſi adulterium.nu. 8. & 9. ff. de adult.Qui error,& ignorantia debent allegari. vt per gloſ. in clem.appellanti.de appell. & debent allegari ante concluſionem in cauſa. per Doct. in c. peruenit.de empt. & vend. per Add. ad Bar. in d. l. ſi adulterium. ſi vero inceſtus ſit cum conſanguineis vxoris,& ſic non tam atrox,non punitur pœnis inceſtus, ſed mitius

tius

Digitized by Google

tius, etiam quod ſciuerint, & factum, & ius. per ſupradicta. & tanto minoribus ſi neſciuerint, & factum & ius. & ſolet euenire vt committatur inceſtus etiam cum ſorore, & ignoretur factum, & ius, prout ponitur illud inſolubile, ſcilicet, nate nepos dixit frater puero, & ſua mater, vt declarat Præpoſitus. in c. vir qui. de conſang. & affinit. col. 34. & refert Silua nuptia. in tit. non eſt nuben. ca. t. 44. num. 48. Item eſt alius caſus ſi committatur inceſtus cum meretrice impudica. quia ſi tunc committitur per viam fornicationis ignoranter, non punitur pœnis inceſtus etiam quod fuerit cum ſorore. quia in tali caſu duo, ſcilicet & ignorantia & impudicitia, excuſant. vt per Paul. Grill. in tract. de pœn. nefar. coit. 3. quæſt. & refert Foller. in ſua pract. crim. de for. capi. inceſt. Si commiſit ſcienter, non in totum excuſatur, etiam quod fuerit impudica, tamen punitur mitiori pœna etiam ſi colore matrimonij. & licet coitus cum meretrice ſit de iure ciuili impunitus. l. 1. ff. de concub. Bar. in l. verum. n. 2. ff. de furt. per tex. in l. ſi vxor. in princip. ff. de adult. tamen ſunt multi caſus quibus punitur, licet non pœna ordinaria. vt per Bart. in l. inter liberas. ff. de adult. Inter quos eſt ſi meretrix ſit conſanguinea, vel affinis. vt per Bar. in d. l. ſi adulterium. ff. de adult. tanto magis quia de iure canonico omnis coitus etiam cum meretrice eſt punibilis, præterquam vxorius cauſa procreandi filios. per Abb. in c. vt clericorum. de vit. & honeſt. cler. Inſuper poſſet quis de tali crimine defendi ſi opponatur & probentur quæ dicta ſunt ſupra in crimine ſodomiæ in quinto membro. & maxime ſi probetur impotentia coeundi. inſuper ad minorandum pœnam poteſt allegari conſuetudo, & ſtatutum loci, vbi non punitur corporaliter, vt dictum eſt ſupra. Adde etiam alium caſum, vbi poſſit excuſari, ſcilicet ſi contrahat matrimonium cum conſanguinea in gradu prohibito, tamen cum conditione ſi ſummus Pontifex diſpenſauerit. & ita obſeruatur de conſuetudine. vt per Viui. in com. opin. verbo, matrimoniũ. Item excuſatur, ſi tantũ ſponſalia contrahantur cũ conſanguinea, & non matrimonium. vt per Viui. ibi. Et hæc ſatis de inceſtu. ſi ommiſſa ſunt aliqua pertinentia ad forum pœnitentiale, remitto me ad Summiſtas. vide Nauar. Summam coron. Confeſſ. Tolet. & alios.

De

Digitized by Google

De crimine adulterij.

QVia in delictis in coeundo poſt dicta crimina, ſcilicet ſodomiæ & inceſtus, crimen adulterij tenet primum locum atrocitatis, maxime propter eius frequentiam per tex. in c. adulterij malum. 33.q.7. Ideo opportune poſt tractatum inceſtus, venit tractandum de adulterio. Pro cuius euidentia more ſolito diuidendo in quinque membra. Primo videndum eſt, quid ſit adulterium, & quam peſſimum, quomodo committatur, & ex quibus cauſatur. Secundo quis poſſit accuſare, & infra quantum tempus præſcribatur ius accuſandi, & per quem iudicem, & quomodo procedatur in dicto crimine. Tertio quæ probationes requirantur. Quarto quibus pœnis puniatur. Quinto ex quibus cauſis excuſatur, & defenditur.

37 Quo ad primum dicitur, quod adulterium eſt coitus cum perſona alteri coniugata. vt per Abb. & Doct. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iud. Tolet. dicit quod eſt illicitus cum coniugato concubitus, & fit tripliciter. Primus eſt coniugati cum ſoluta. Secundus coniugatæ, cum ſoluto. Tertius coniugatæ cum coniugato, & e conuerſo. Eſt autem peccatum mortale grauius ſtupro, quia noua malitia inuenitur in eo, maius damnum filiorum legitimorum, & fidelitatis matrimonialis peruerſio. & aliquando coniungitur cum ſtupro, vt cum coniugatus habet rem cum virgine. vt ibi per eum lib. 5. c. 11. nu. 2. Et licet quantum ad pœnam, non ſit maius alijs delictis, in coeundo tamen propter ſui frequentiam poteſt dici maius alijs. vt per glo. Abb. & Doct. in d. §. de adulterijs. per Archid. in c. quod in omnibus. 33. q. 7. & eſt delictum natura turpe. l. probrum. ff. de verb. ſign. vt per Silu. nupt. in tit. non eſt nubendum. nu. 25. Et eſt contra ius naturale. per tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. ſtuprum. ff. de adult. vt per Mar. Ant. Blan. in ſua pract. crim. vbi incipit, ignorantia an excuſet. nu. 1. & 2. vbi dicit quod ex hoc qui putat ſibi licere committere adulterium errat, & ignorat ignorantia iuris naturalis. per d. l. ſi adulterium. & delictum adulterij fuit deteſtandum etiam quando viuebatur iure naturæ, & tempore

pore

pore Regis Abimalec. vt in Geneſ.c.26.& Bernar. Diaz in ſua pract.crim.in verb.adulterij.in prin.Et crimen adulterij eſt atrociſſimum. per gloſ. in l.auxilium. ff.de mino. & eſt proximum crimini læſæ maieſtatis, & punitur ſolus conatus licet non ordinaria pœna.per deciſ.Gramm.38.n.1.& dicetur infra ſuo loco.& adulterium committitur non ſolum cum coniugata, & per maritum cognita, ſed etiam cum ſponſa de futuro, ſaltem ad effectum, vt ſponſa & adulter poſſint accuſari de adulterio.per Abb. in c.diſcretioni.nu.4.de adult. Inſuper de iure canonico non ſolum committit adulterium cum coniugata, ſed etiam ſi coniugatus cognoſcit ſolutam, vt dictum fuit. per c.nemo.& c.dicat. 32.q.4. Adeo quod etiam in hoc caſu mulier committit adulterium. Si vero coniugatus cognoſcit carnaliter virginem, vel viduam vltra adulterium committit ſtuprum. & ſi conſanguineam, vel affinem virginem, non ſolum committit adulterium, ſed etiam ſtuprum, & inceſtum,ſi eſt conſanguinea, vel affinis infra quartum gradum, & filij dicerentur inceſtuoſi, & adulterini. de iure vero ciuili,ſi coniugatus cognoſcit carnaliter ſolutam, non committitur adulterium, neque ex parte viri, neque ex parte mulieris. per tex. ſecundum gloſ.in l.1.C.de adult.& l. inter.ff.eo tit.per Abb.in c.tranſmiſſæ. nu.5. & ibi addita. de eo qui cogno.conſ.vxo.Sed in materia peccati ſtandum eſt iuri canonico. Item adulterium committitur etiam cum meretrice nupta. per Bar.in l.qui adulterium. C.de adult. qui ſequitur vltramontanos, & videtur communis opinio. licet idem Bar.in l. ſi vxor.eo.tit. videatur tenere contrarium.& pro opinione communi eſt Bald.in l.ſi mulier.ff.eod.tit.Sed in tali caſu ipſa ſola meretrix coniugata committit adulterium, ſed accedens & cognoſcens carnaliter ipſam non eſt adulter. per gloſ. in d. l. qui adulterium. & ibi Cyn. Ang.& alij Doct.& eſt deciſ. Capic.44. Et adulterium toties committitur quoties copula reiteratur. l. ſicut nobis. ff. de teſt. & ſic magis eſt puniendus ille qui pluries cum eadem commiſit, quam ille qui ſemel, quia pœnitentia eſt peragenda pro quot vicibus committit. per tex. in d. l.ſicut nobis. & c.imitare. 6.q.1. & per Affl.in conſt.in poſterum.Et licet Bar. poſt gloſ. in l.numquam plura. C. de priuat. delict.teneat

quod

quod ſi pluries ſit iteratum adulterium cum eadem coniugata, veniat puniendus vna pœna, hoc intelligitur, quando non ſeparate punitur diuerſis vicibus, nec diuerſis pœnis, ſed bene punitur in plus vel minus, iuxta numerum iterationis. Item ſi adulterium committitur cum pluribus & diuerſis coniugatis, tanto magis punitur. vt per votum Gramma.17.& Foll. in verb. Item quod fuit leno. Et ratio eſt, quia facit delinquere plures. ideo maius delictum vt ibi dicitur per Foll. de lenone per iura per eum allegata ibi. Et adulterium multoties committitur de voluntate viri, ſæpe propter culpam, & eius negligentiam. quinimo præſumitur committi de voluntate & culpa viri. quia ſicut incendium non committitur ſine culpa habitantium in domo, ita adulterium non committitur ſine culpa viri. argumento tex. in l.2.ff. de off. præfe. vig. iuxta illud Ioelis, poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. per tex. in l. mariti. §. quæſtum. ff. de adult. Et ſi non factis viri, ſaltem exemplis viri. & vir debet eſſe auctor vxori ad colendum bonos mores. per tex. in l. ſi vxor. §. ſi iudex. ff. de adult. & refert Foller. in ſua pract. crim. in verb. Item quod fuit leno. nu. 678. Et vlterius committitur & reiteratur adulterium culpa viri, ſi ipſe maritus ſcit quod vxor ſemel commiſit adulterium, & non accuſat illam. quia quando maritus non accuſat vxorem adulteram, particeps eſt adulterij. cap. ſi vero. eod. tit. Hinc eſt quod non ſine cauſa in tota Cathalonia, & in alijs locis, vir cucurbitatus per vxorem, quadraginta ſolidos ſoluit domino tēporali. & Pariſijs ducitur ſuper aſinum facie verſa ad caudam vxore per totam villam, aſinum trahente & precone ante clamante, qui ſic faciet ſic capiet, ita vituperoſe dicente. vt per Guglier. de mont. Lau. & Zabar. in clemen. cum ex eo. de ſent. excomm. & refert Foll. in d. pract. in ver. item quod fuit leno. nu. 678. & ex adulterio inceſtu & lenocinio omnia fere crimina proficiſcuntur. per Salic. in rubr. c. de adult.

38 Quo ad ſecundum dicitur quod marito & patri competit ius accuſandi de adulterio. vt per Hipp. in l. patre, vel marito. per illum tex. ff. de quæſt. & l. marito. §. fin. ff. de adult. Et etiam quod maritus ſit filiusfamilias, poteſt accuſare ſine conſenſu patris.

per

per tex. in l. filiusfamilias.ff. de adult. vt etiam Hipp. in d.l.patre & marito. Et in accuſatione maritus præfertur patri.c.maritus. extr. de adult. & etiam quod pater accuſationem præpoſuit & ſe ſubſcripſerit, maritus præfertur poſtea accuſans, dummodo quod maritus non fuerit in negligentia. vt per Hipp. in d.l. patre & marito.num.10. & per gloſ.& Bar.in l.2. ff. de adult. & per Angel. in verb. *che mi hai adulterato la mia donna*. verſ. qui poſſit.de adult.Et accuſatio adulterij ſucceſſiue competit per ordinem & gradum.per tex. in l.quamuis.la 2.C.de adul. E contra vero vxor poteſt accuſare maritum de adulterio ciuiliter vt ſeparetur thorus, & amittat donationem propter nuptias. vt per Bar.& Doct.in l.1.C.de adult.per l.ex conſenſu.C.de repud. Et inſuper ſecundum Angel.in d. l.1. in add. etiam poteſt accuſare criminaliter qui refert alios quoſdã ita tenere.ſed idem Angelus in verb. *che mi hai adulterato la mia donna*. cart.3. verſ. quia, tenet contrarium, quod non poſſit accuſare criminaliter, per rationem quam ponit Sal.in d.l.1.C.de adult.Quia per adulterium viri non violatur thorus vxoris, & non fit iniuria vxori, quemadmodum per adulterium vxoris fit iniuria viro, & violatur thorus viri. vt etiam per Hipp.de Marſ.in l.ſupradicta. nu.2. Et non poſſunt adulter & adultera ſimul eodem tempore accuſari,ſed poteſt incipere & accuſare quem prius vult.per tex. & glo. in l. reos adulterij. C. de adult. Et maritus poteſt accuſare vxorem ciuiliter quo ad ſeparationem thori. per tex. in Auth. ſed hodie. C.de adult.& per tex.in cap.gaudemus. extr.de conuerſ. coniug. Et olim etiam criminaliter,poena mortis.ſed hodie poena detruſionis in monaſterium ad peragendam poenitentiam ſecundum ius canonicum, & ad poenam truncationis naſi, per conſt. regn. legum aſperitate. vel aliam ſtatutariam locorum. Et non ſolum illam quæ non erat meretrix antequam nuberet, ſed etiam illam quæ erat meretrix antequam nuberet, & poſtquam nupſit commiſit adulterium, quæ non ſolum poteſt accuſari a viro, ſed etiam a patre, & a propinquis, ab extraneis vero non poteſt. per Ioan. de Ana. in c.1. de adult. vlt. colum, & eſt decif. Capic.44. Illa vero quæ non erat meretrix antequam nuberet, poteſt accuſari de adulterio etiam ab extraneis, per ea,

quæ

quæ habentur per Bar. & Doct. in l. ſi vxor. §. ſed ſi ea. ff. de adult. Quia delictum adulterij eſt crimen publicum. per Grām. vot. 17. nu. 16. Item mortuo marito, hæredes mariti poſſunt proſequi accuſationem factam a marito de adulterio. ſi vero maritus in vita non accuſauit, & nihil dixit de adulterio, hæredes viri non poſſunt accuſare. per Hipp. in l. fin. verſ. Idem etiam dicas, ff. de quæſt. per Affl. in prælud. feud. Et hoc ſiue agatur ad effectum puniendi criminaliter, ſiue ad effectum impediendi reſtitutionem dotis. per Abb. in c. plerumque. nu. 1. de donat. inter vir. & vxor. per tex. in l. fin. C. de adult. Et hoc intellige ſi maritus ſciuit & tacuit. nam ſi ignorauit, hæredes poſſunt accuſare ſecundum Hipp. in l. vnica. C. de rapt. virg. num. 69. Si vero moriatur mulier, maritus ſemper poteſt opponere contra hæredes vxoris pro retentione dotis. & infra duos menſes poſt mortem vxoris, poteſt petere haberi quæſtionem de ſeruis vxoris pro detegendo, ſeu probando dicto adulterio, nec infra dictum tempus poſſunt manumitti. vt per Abb. in d. c. plerumque. per tex. in d. l. fin. C. de adult. Eſt tamen ſciendum quod in crimine adulterij regulariter non poteſt procedi ex officio, ſecundum opinionem Iſern. in conſt. regn. Humanitatem, & quam plurium aliorum iuxta doctrinam Euangelij Ioannis. c. 13. ibi dum dixit Chriſtus adulteræ, vbi ſunt qui te accuſant, nemo eſt Domine, nec ego te condemnabo. Fallit hoc niſi adulterium ſit notorium, quia tunc poteſt procedi ex officio. vt ibi per Iſern. Et quod regulariter non poſſit ex officio procedi, eſt deciſ. Affl. 76. licet ſecundum aliam opinionem quam tenet Bar. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adult. poteſt ex officio procedi indiſtincte, cum ſit crimen publicum. Quam opinionem ſequitur Iſern. in conſt. legum aſperitatem. in finalibus verbis. Ex alia inſuper ratione confirmatur dicta vltima opinio, quia in tali delicto in adultera de iure cōmuni venit imponenda pœna mortis naturalis. per l. quamuis. C. de adult. hodie vero per d. conſt. regn. imponitur pœna truncationis naſi, vel fuſtigationis, & detruſionis in monaſterium, quæ pœna ſuccedit in locum deportationis, quæ eſt mors ciuilis. quo caſu ſi maritus non accuſaret, poteſt procedi ex officio. per c. regn. ne tuorum. & c. ſi temporum. Et tanto magis quando

maritus

maritus inſtituit querelam à principio, & poſtea remiſit. quia tunc poteſt quilibet accuſare. per text. in l. cum paſſam ff. de adulter. ac etiam tunc fiſcus poteſt ex officio proſequi, & procedere. Et illa opinio per quam non poteſt ex officio procedi niſi adulterium ſit notorium, intelligitur, & & habet locum quando à principio non erat facta querela à marito. ſed ſi ſit facta, & poſtea remiſſa, poteſt ex officio, & ad inſtantiam fiſci procedi. vt eſt deciſ. Gramm. 31. & ita Afflict. in d. conſtit. legum aſperitatem. & in deciſ. 76. & Foller. in d. ſua practic. crimin. Et ita concordari debent Doctores tenentes quod non poſſit procedi ex officio niſi adulterium ſit notorium. Et ſi eſſet ſtatutum quod in crimine adulterij non procedatur ex officio, & non poſſet quis accuſare, ita erit interpratandum ſcilicet marito non accuſante, ſed illo accuſante & poſtea remittente, quod tunc conſanguinei ſecundum gradu prærogatiuam, vel, conſanguineis non extantibus, poſſent extranei accuſare. Quinimo non obſtante tali ſtatuto, per Eccleſiaſticos iudices contra clericum indiſtinctè in tali delicto proceditur ex officio, & punitur adulterium. vt per Bernard. Diaz in verb. adulterium. Per quos iudices ita ſeruatur, videlicet ſi delictum eſt notorium, ſeu non ſit notorium, ſed maritus accuſat, vel etiam quod maritus non accuſat, quando eſt vilis, iudex Eccleſiaſticus in talibus caſibus palam & ordinarie procedit ex officio, ſi modo ſunt indicia ſufficientia ad inquirendum & procedendum. Si vero delictum non eſt notorium, & maritus eſt perſona honeſta, & non accuſat, tunc ſi ſunt indicia ſufficientia, iudex Eccleſiaſticus procedit ex officio, proceſſu camerario. & conſtito ſufficienter, punitur delictum non expreſſa cauſa, vt ſidentur connubia, & non propalentur adulteria in dedecus mariti & propinquorum, & vt euitetur periculum vxoris. Et tunc ſi adulter eſt clericus, vltra pœnam depoſitionis, quanto adulterium eſt ſcandaloſius, & diutius perſeuerauerit, & quanto maritus eſt nobilior, tanto acrior erit pœna carceris, & detruſionis ipſius clerici in monaſterium. vt per Bernard. Diaz in dicto verbo adulterium.

rium. Et licet vxor non ſit accuſata in foro temporali, tamen clericus adulter poterit accuſari per maritum in foro Eccleſiaſtico. licet per ius ciuile ſit aliter ſtatutum, ſcilicet ſi non accuſatur adultera, nec poteſt accuſari adulter. vt per Bernard. Diaz in loco ſupra alegato. Inſuper adulterium præſcribitur quinquennio, quemadmodum & lenocinium, & ſtuprum l. mariti. §. hoc quinquennium. ff. de adulter. & l. adulterium. eo. tit. Si tamen adulterium ſit mixtum cum inceſtu, non præſcribitur niſi ſpatio viginti annorum. l. vim paſſam. §. præſumptionem. ff. de adulter. & ibi Angel. Cum delictum inceſtus ſit perpetuum, vt alia crimina. per l. querelam. & ibi Angel. & Bald. C. de falſ. Et quando delicta ſunt inuicem permixta, illud quod eſt magis perpetuum, reducit id quod eſt minus ad ſe. per Bald. & Salyc. in l. adulti. ff. de adulter. colum. 1. Et ſimiliter ſi adulterium eſt vi commixtum, per commixtionem vis non tollitur quinquennio. vt per Boer. plene deciſ. 26. Item in foro ſpirituali, ſeu pœnitentiali, non præſcribitur aliquo tempore, ſicut nec quodlibet aliud delictum. per gloſ. ſingul. in cap. admonente. 33. quæſt. 1. & per Abb. & Felin. in cap. fin. de præſcript. & Abb. in cap. cum haberet. de eo qui ducit in matr. quam poll. & plene per Franc. Bald. in tractat. de præſ. 4. part. quæſt. 2. num. 4. & refert Foller. in ſua practic. crimin. in verb. adulter. Et de adulterio non tranſigitur. per Bartol. in l. tranſigere. C. de tranſact. Inſuper in crimine adulterij poteſt interuenire procurator, tam ex parte actoris quam ex parte rei. per Afflict. in conſtit. regn. legum aſperitatem. & per alia ſupra allegata in crimine vſuræ, ſecundo membro. Quod intelligo in caſu quo vis veniret puniendus non pœna mortis naturalis, vel ciuilis, & acerba pœna corporali, ſed alia vt dicetur infra. Inſuper adulterium eſt crimen mixtum, ſcilicet tam Eccleſiaſticum quam ſeculare, quando agitur ad puniendum & prohibendum. & tunc tam iudex Eccleſiaſticus quam laicus poteſt procedere contra laicum, & eſt locus præuentioni. vt per Abb. in c. 1. num. 3. de off. ord. & Anchar. conſ. 14.

Et

Digitized by Google

Et ratio eſt quod ſit Eccleſiaſticum, quia adulter peccat contra præceptum Dei, ſcilicet non Mœchus eris, & contra matrimonium vnum ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, & ſic contra Deum, & Eccleſiam, ſicut in ſacrilegio, ſimonia, periurio, & alijs ſimilibus. & facit text. in l. quamuis. C. de adulter. in fin. vbi adulter appellatur ſacrilegus. Si vero agatur ad ſeparationem thori propter adulterium, & tunc eſt mere Eccleſiaſticum, & non poteſt cognoſcere iudex ſecularis. vt per Abbas in capit. 1. de offic. ordin. Inſuper quando opponitur aliqua exceptio, qua probata impeditur matrimonium, eſt probanda coram iudice Eccleſiaſtico, quia an ſit matrimonium, eſt determinandum per iudicem Eccleſiaſticum. vt per Afflict. in conſtit. regni multæ leges.

39 Quo ad tertium dicitur quod ad adulterium non poteſt probari directo, ſed per coniecturas, & præſumptiones. cap. præterea. cap. ſi omnis. & cap. tertio loco. extr. de teſtam. Angel. in tractat. male. in verb. *che mi hai adulterato la mia donna*. colum. 5. Foller. in practic. crimin. cap. de adulterio. num. 3. quia difficilis eſt probationis, & propterea non poteſt probari niſi per præſumptiones & indicia. per cap. ex litteris. de præſumpt. Et præſumptiones ſunt, ſi inueniatur adulter cum muliere in præparatorijs venerijs, ſcilicet in cubiculo ſolus cum ſola tangentes ſe & deoſculantes, vel in lecto iacentes, vel nudus cum nuda. per Bart. in l. 2. in fin. ff. de adult. & in l. quod ait lex. in prin. & l. capite quinto. nu. 2. eod. tit. & l. lege Iulia. §. ſi ſimul eod. tit. Inſuper probatur ex ſola deprahenſione in fragranti cum adultera, nec requiruntur teſtes qui viderint eos coire, ſed tantum quod viderint depræhenſionem. & deprahenſio debet fieri per patrem, vel maritum, vel conſanguineos, vel per curiam ad ipſorum inſtantiam, non autem per extraneos. vt per Abb. in cap. fin. num. 2. de adult. Intellige etiam quod depræhenſio fiat ſaltem in aliquibus præparatorijs venerijs, quæ dicta ſunt ſupra. non enim ſufficit ſi depræhendatur cum muliere in eius domo, ſi ibi extarent alij, & non eſſet ſolus cum ſola. quinimo etiam ſi

eſſet ſolus cum ſola ſi non erat ſuſpicio, quia erant honeſtę perſonæ, & non concurrebant alia, non poteſt fieri talis depræhenſio, quia quilibet præſumitur bonus donec contrarium non probetur. per regulam iuris quilibet. ff. de reg. iur. & ſolet plurigs honeſtus ire in domum honeſtæ, & non poteſt propterea præſumi adulterium, nec cadit hoc eſſe ſi ab hoc contingit abeſſe. per tex. in l. neque natales. C. de prob. Et quod in crimine adulterij non poteſt haberi vera probatio niſi per pręſumptiones, & depræhenſionem, vt dictum eſt ſupra. vt per Affl. in conſt. regn. terminum vitæ, requiritur etiam quod præſumptionibus concurrat fama publica. per Camp. in c. reg. vulgaris. & quod adulterium ſit difficilis probationis eſt conſt. reg. quæ incipit, in quæſtionibus. Inſuper adulterium probantur per confeſſionem adulteræ, vel ſi adultera peperit filium, & eius maritus fuerit abſens ab ea continue per annum. per Abb. in c. ſignif. de diuort. nu. 4. Intellige tamen quod confeſſio adulteræ, & partus abſente marito, vt ſupra, ſufficit ad condemnandum ipſam adulteram, non autem contra adulterum, quia eſt ſocia criminis, & dictum ſocij criminis non ſufficit contra ſocium ad condemnandum, ſed facit præſumptionem per quam adulter poterit torqueri. per Affl. in conſt. Legum aſperitate. Et quod in crimine adulterij dictum ſocij criminis facit indicium ad torturam contra ſocium, eſt conſ. Paul. de Caſt. 120. & dicit idem Affl. in conſt. reg. ſi damna. Et in tali crimine admittuntur teſtes minores, & alij teſtes inhabiles. per Parid. de Put. in verb. tortura. verſ. an teſtes reprobati. & Hipp. in §. diligenter. in ſua pract. crim. n. 8. per Alb. de Roſa. in l. teſtimonium. ff. de teſt. & per alia ſupradicta allegata in crim. ſimoniæ in tertio membro. Et quod dixi ſupra quod ex confeſſione in iudicio adulteræ, ſequatur notorium, & condemnatio contra ipſam, intelligitur ſi iudicium ſit directum ordinatum contra ipſam in cauſa adulterij. ſi vero ſit iudicium de alia cauſa contra ipſam, & ipſa incidenter fateatur adulterium, illa confeſſio non ſufficit ad ipſam condemnandum de adulterio, nec facit notorium contra ipſam, ſed illa confeſſio tantum valet ad inſtruendum iudicem ad formandum inquiſitionem in cauſa adulterij contra ipſam.

per

per Abb.in c.ea quę primo.col.2.de reſ.per Bal.in l.mercalē.C.de cōd.ob tur.cauſ.& Alex.in l.capite quinto. ff.de adul.& l.2.ff.vi bon. rapt. & eſt dec.Affl.176.Item ſi probetur quod maritus ter denunciauit alicui,ne loquatur cū ſua vxore,quod habet illū ſuſpectū,ſi poſtea probetur fuiſſe locutum cū eius vxore, pręſumitur cōmiſiſſe adulteriū,& poteſt puniri de adulterio. per Affl.in cōſt.reg.inconſutilē.in gl.in verb. etiam.& in conſt.pacis cultū. ſed alia cōſtitutio,quæ incipit.quæſtio.corrigit vt non condēnetur in tali caſu,ſed vt cōſulatur Rex.Inſuper ſciendū eſt,vt facias aliquē puniri de adulterio,debes articulare,& probare quod illa cum qua cōmiſit adulterium erat vxorata cum tali, & ſimul habitabant,comedebant,bibebant,& dormiebant,& ſe inuicem habebant vt vir vxor,& ita communiter tractabantur,& alias prout per Ang.in verb.*che mi hai adulterato la mia donna*.col.7.& Affl. in d.conſt.legum aſperitate.2.not.& Foll.in pract.crim.in verb. capiatur informatio.nu.672.in forma capit.de adult. Et hoc eſt quando quis accuſat de adulterio iure extranei, vel proceditur ex officio. ſed quando accuſat maritus,debet probare quod erat vxor iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.per Bar.in l.ſi vxor. §.ſed ſi ea.ff.de adul. Item tranſactio in adulterio,facit indicium ad torturam.Iul. & Clar. in ſua pract. in verb.adulterium. Item arguit, & probat adulterium ſi erat ſuſpicio, & fama quod commiſit adulterium cum aliqua coniugata, & poſtea mortuo viro contrahit matrimonium cum illa.vt per Bart.& Doct.in l.ſi quis adulterij. ff.de adult. Et vide addita ad Bar.in l.fur manifeſtus. ff.de furt. Inſuper adulterium dicitur probatum & manifeſtum, quando adulter depræhenditur in domo alicuius pulchræ mulieris. per Bart. in d.l. fur manifeſtus. num.1. Sed hoc procedit ſi inueniatur in præparatorijs venerijs. per ſupradicta. per eundē Bar.in l.ait lex.ff.de adul. per Abb.in cap.tertio loco.nu.10. de præſumpt. quia ex ſola pulchritudine mulieris non poteſt argui adulterium,nec poteſt appræhendi. per ſupradicta. maxime ſi mulier eſt perſona honeſta, quia multæ mulieres ſunt pulchræ, ſed tamen honeſtiſsimæ. ſed concurrentibus ſufficientibus indicijs, adulter ſeu adultera debet torqueri, concurrente inſuper qualitate perſonarum. per Bald. in l.2.col.6. C.de furt,

 & eſt

Digitized by Google

& eſt caut. Cepoll.38.& Ang.in verb.*che mi hai adulterato la mia donna*. verſ. pone. & Affliſt. in conſtit. ſi quis rapere, colum.5.

40 Quo ad quartum dicitur quod vna poena eſt contra adulterum,& adulteram,vt poſsit impune occidi. quod quomodo procedat ſic eſt intelligendum, ſcilicet quod de iure Longobardo indiſtinctè licet marito interficere vxorem depræhenſam in adulterio,de iure vero ciuili Romano cum diſtinctione. ſcilicet ſi adulter eſt vilis perſona,alias non licet interficere impune,tamen ſi interficit non punitur poena ordinaria. vt per Ang. in loco ſupra allegato. verſ.nec obſtat ille textus. & Hipp. in l.patre & marito.nu.6.ff.de quæſt.per l.1.§.fin.ff.ad l. Cornel.de ſicar. & l.Gracchus.C.de adult.& ibi per Dinum,Sal. & Bal. Patri vero licet occidere filiam deprehenſam in adulterio,concurrentibus aliquibus.ſcilicet quod illam repereat in actibus venereis. Item quod in domo propriæ habitationis. item quod vtrumque interficiat vno impetu, & primo filiam & poſt incontinenti adulterũ. Soli autem patri licet,non autem auo,& alijs. Et poteſt ipſe pater interficere filiam ſupradictis concurrentibus etiã pregnantẽ.vt per Bar.in l.quod ait lex.& l.capite quinto.ff. de adul.& Sal.in l.Gracchus.C.de adul.Hipp.in l.edictũ. 9.col. ff.de quæſt. & l.1. §.diuus. ff.ad l.Cornel. de ſicar.& per Iacob. Nouell. in ſua pract. crimin. in verb. inquiſitioni pro inſultu ad domum. Et non ſolum licet patri, & marito interficere ſi inueniat in actu venereo, ſed etiam ſi inueniat in præparatorijs, ſcilicet ſolum cum ſola in cubiculo cum oſculis,vel tactu mammillarum,vel cum verbis blandis & laſciuis. vt per Hipp.in d. l.patre & marito.n.3.Et licet occidere adulterum,etiam quod adulter ſit in magiſtratu. per Ang.in loco ſupra allegato.verſ.an patri vel viro. Item patri licet occidere non ſolum adulterantem, ſed etiam ſtuprantem filiam. per Ang. in loco ſupra allegato licet Abb. in cap. veniens. el 2. de ſponſ. teneat contrarium, ſed concordant,vt poſsit occidere raptorem ſtuprantem non autem ſtuprantem ſine raptu. vt per Hipp.in d. l. patre & marito. num.4. per text. in l.1. C. de rapt. vbi vindicta ad interficiendum raptorem, non ſolum competit patri, ſed etiam fratribus

& con-

& conſanguineis affinibus,ac etiam tutori. per d. Hipp. in d.l.1. nu.81. Si tamen interficiant in caſu permiſſo vt ſupra,licet non poſſint puniri temporaliter,tamen peccant,& puniuntur ſpiritualiter. vt per Hipp.in l. ſupra allegata.num.6. & 7. Et non ſolum ſecundū ius commune maritus poteſt occidere vxorē depræhenſam in adulterio, vt ſupra,ſed etiam per regni conſt. ſi maritus. & conſt.pacis cultum.Vt ibi Affl.Vbi dicit quod etiam licet patri.Qui tamen poſſunt occidere eorum manibus,non autem poſſunt mandare alijs,niſi filijs proprijs. vt per d.Hipp.in l.vnica. nu.3.C.de rapt. & Alex. in l.non ſolum.§.ſi mandato meo.ff.de iniur.& Ang.in verb. *che mi hai adulterato la mia donna.* nu.64. & per alia iura ſecundum Iacob. Nouell. in ſua pract.crim.in verb. inquiſitionis pro inſultu ad domum. Item dominus poteſt interficere vaſſallum adulterantem eius vxorem dominam.argumento l.marito.§.1.& l.ſi adulterium.§.liberto.ff.de adult.quia vaſſallus æquiparatur liberto cum domino. per deciſ. Affl.265. nu.30. non autem e contra vaſſallus poſſit interficere dominum depræhenſum in adulterio cum vxore. vt per d.deciſ. & iura ibi allegata. Item vltra ſupradictam pœnam,Deus dat aliam.quia finis adulterij eſt vt longa infirmitate, ſeu neceſſitate moriatur. vt per Par.de Put.de re milit. car.4. & per Sil.nupt. non eſt nubendum. nu.29. Et ideo permiſſum eſt, adulteros & adulteras interficere, vt ſupra, quia ab huiuſmodi libidinibus amicitia & pax rumpitur,vt Xenofontes de Tyrannide car.4.& Iſid.de Reg. princ. & per Siluam nupt. non eſt nubendum. nu.79. Item non ſolum puniuntur dicti adulteri,& adulteræ,ſed eorum filij. quia incontinentia parentū redundat in iniuriam filiorum.vt per Eccleſiaſt. dedecus filij pater, ſeu mater ſine honore. Bald. lib.3. conſ.59.Sil.nupt. non eſt nubendum.nu.35. Inſuper vltra dictas pœnas, de facto imponuntur adulteris aliæ pœnæ iudiciales. & prima eſt, quia ſi quis eſt condemnatus, ſeu condemnata de adulterio,efficitur infamis.per Abb.in c.at ſi clerici.§.in adulterijs.de iud. Et non ſolum filij, ſed etiam conſanguinei mariti iniurijs afficiuntur propter adulterium vxoris. & non ſolū ſi committit durante matrimonio, ſed etiam ſi poſt mortem mariti committat ſtuprum in viduitate. per Bart. in l.ſi mulier.num.1.

Digitized by Google

C. de adult. Inſuper vltra dictam pœnam iudiciariam infamiæ eſt alia pœna iudiciaria, ſcilicet quia ſi accuſatur coram iudice laico, adulter punitur pœna mortis naturalis tam de iure ciuili communi. vt per tex. in l. quamuis. C. de adult. & inſt. de publ. iud. §. 1. quam etiam de iure reg. per conſt. legum aſperitatem. inſuper de iure canonico. per tex. in c. tuæ. de procur. Et in tantum quod etiam ſi ſit aliquod ſtatutum quod induceret pœnam pecuniariam, non eſſet ſeruandum, ſed eſſet obſeruandum ius commune inducens pœnam mortis. per Barb. in c. at ſi clerici. §. in adulterijs. de iud. In femina tamen licet de iure antiquo eſſet pœna mortis, tamen hodie eſt minor. per Auth. ſed hodie. C. de adult. & per Paul. de Caſtr. ibi. & per conſt. regn. ſupra alleg. Et in Francia adulterium nō punitur pœna dicti iuris ciuilis, ſed ſecundum ſtatuta, & loci conſuetudinem. vt per Sil. nupt. loco ſupradicto. nu. 89. & 90. & per d. conſt. legum aſperitatem. vide deciſ. Vinc. de Franc. 69. Et adulterium eſt proximum crimini læſæ maieſtatis, vt puniatur ſolus conatus. vt per deciſ. Gramm. 38. num. 11. tamen ſolus conatus non punitur pœna mortis, ſed pœna extraordinaria, & mitiori. per gloſ. in c. ſollicitudinis. de pœnit. diſt. 1. in verb. extraordinaria. & per deciſ. Gramm. 2. nu. 24. & deciſ. 74. nu. 14. Et ita intelligitur deciſ. 38. Gramm. Item ſi quis accedit ad domum alicuius animo adulterandi cum hominibus armatis, licet non inueniat adulteram & non committat adulterium, punitur de adulterio, quia in hoc caſu punitur affectus etiam non ſequuto effectu. per gloſ. inſt. vi bon. rapt. poſt princ. per tex. & gloſ. in l. ſi quis ex domo. ff. de furt. per Hipp. in l. vni. C. de rapt. virg. nu. 244. & per gloſ. & Bar. in l. fin. ff. de extr. crim. per illum tex. licet Bar. ibi ſentiat quod non puniatur pœna ordinaria, ſed extraordinaria & mitiori. & ita eſt tenendum. cum maxime de conſuetudine totius Italiæ non punitur effectus. Item cognoſcens carnaliter nuptam, credens eſſe ſolutam punitur de adulterio, quemadmodum percutiens clericum credens eſſe laicum punitur de ſacrilegio, ex illa generali regula quia dabat operam rei illicitæ. per Alex. in l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nun. nu. 74. & 77. per Io. And. in reg. cum quis. de reg. iur. in 6. Inſuper ex alia ratione, quia conſideratur

effectus

effectus in hoc caſu, & non animus, ſeu intentio . inſuper quia ignorantia facti non excuſat regulariter. c.ignorantia. de regul. iur.in 6. tanto magis ſi communiter tenebatur nupta. per Ioan. de Ana.in c.tranſmiſſe.de iud.Item ſciendum eſt quod ſi ex vno coitu committit duo delicta,videlicet adulterium,& inceſtum punitur vtroque delicto pœnis ſtatutis in vtroque. per Bar.in l. ſi adulterium. nu.3. ff. de adult. Inſuper mulier propter adulterium perdit dotem, & dotis actionem. per Bart. in l.miles. §.ſocer.ff.de adult. Et maritus illam lucratur,ſi modo contra eam querelam inſtituit. vt per Paul.de Caſtr. & Imol. in l.Lucius.ff. ſolut.matr. Et non ſolum propter adulterium,ſed etiam propter oſculum libidinoſum. vt Sil.nupt.lib.4.nu.25. E contra mulier propter adulterium viri, lucratur donationem propter nuptias. per Bald. in c.1. extr. vt lit. non conteſt.& Hipp.in l.vni.C.de rapt.nu.60. Et hoc intelligitur quando de adulterio ſiue maritus ſiue vxor agit ciuiliter . ſi vero accuſaret criminaliter , tunc ſequeretur pœna criminalis, vt ſupra dictum eſt, & nec maritus lucratur dotem, nec mulier donationem propter nuptias . per c. plerumque. de donat.poſt diuor.& l.conſenſu.C.de repud. quæ iura hodie non ſunt correcta . & ſic vtilius eſt marito , vel vxori agere de adulterio ciuiliter,quam criminaliter . per Abb.in cap. gaudemus.nu.6.de conuerſ.coniug. licet ignominioſius. per ſupradicta . Inſuper quando agitur ciuiliter ad ſeparationem matrimonij,adulterium priuat executione matrimonij , quia ſeparat thorum,& maritus non petat vxori,nec vxor marito debitum & alia obſequia matrimonialia.vt per Abb.in c.ſignificaſti.n.5. de diuort. & poteſt maritus ingredi religionem & facere profeſſionem inuita vxore adultera. per Abb.in c.conſtitutus.nu.4. & 8. de conuerſ.coniug. Et licet cognoſcens carnaliter nuptam impudicam,non punitur de iure ciuili.l.ſi ea.C.de accuſ. tamen de iure canonico punitur. per Abb.in c.at ſi clerici.§.in adulterijs.de iud.per Bernar.Diaz in ſua pract.crimin.in verb.adulter. tamen non punitur ita acriter ſciens eſſe meretricem , vt alij adulteri. vt ibi Bernar.Diaz. Inſuper iudex Eccleſiaſticus poteſt imponere laico adultero poenam ignominioſam, ſcilicet incidere cappillos , & pannos ante & retro . ſcilicet quando cognoſcit

criminaliter vt mos eſt in quibuſdam regionibus, licet non poſſet imponere poenam ſanguinis. quod probatur per tex. & gloſ. in c. de benedicto. 22.q.2. & cap.Epiſcopi.in princ.26.q.5.& per Abb. in c. gaudemus. de conuerſ. coniug. & Rom. in conſ.269. Item ſi agatur ciuiliter coram iudice Eccleſiaſtico de adulterio contra laicum, ſeparatur thorus, licet non poſſit ſolui vinculum matrimonij. per Abb.in d.c.gaudemus.nu.2. ſi vero agatur criminaliter de adulterio, & probetur, poteſt detrudi in monaſterium laicus adulter ad agendam poenitentiam. & de bonis ſi habet liberos duæ partes ſeruantur liberis, & tertia datur monaſterio. ſi vero non habet liberos,ſed parentes,duæ partes dantur monaſterio,& tertia ſeruatur parentibus. Si vero non habet liberos neque parentes,omnia bona applicantur monaſterio,nec maritus lucratur dotem agens criminaliter, vt dictum eſt. per tex. in Auth. ſed hodie. C. de adult. Si vero non agitur criminaliter ad aliquam poenam, ſed ciuiliter tantum ad ſeparationem matrimonij, & pro lucranda dote,tunc non priuatur bonis, & in monaſterium detruditur non ad poenam,ſed vt ibi honeſte viuat. & tunc quotieſcumque maritus vult parcere,poteſt illam recipere a monaſterio. nec tunc illa facit profeſſionem in monaſterio etiam poſt biennium quandocumque. per tex.in d.c.gaudemus. qui tex. non corrigit d. Auth. ſed hodie. quia loquitur in diuerſo caſu, ſcilicet quando agitur criminaliter ad infligendam poenam, & detruſio fit ad poenam. ſed d. cap. gaudemus. quando agitur ciuiliter, & detruſio non eſt ad poenam, ſed vt ibi honeſte viuat. Et in caſu d.Auth. maritus non poteſt abſtrahere a monaſterio vxorem etiam quod velit parcere, ſed in caſu d.c.gaudemus.poteſt, vt dictum eſt.& in caſu d. Auth. maritus non lucratur dotem, ſed in caſu d. c. gaudemus.lucratur. & ſic vtilius eſt agere ciuiliter,quam criminaliter. Inſuper in tantum iura puniunt adulterium, vt ſi ſit ſtatutum quod adulter poſſit recuperare donata a marito, non valeret tamquam factum contra bonos mores, & contra ius.quod diſponit vt mulier adultera perdat dotem,quando maritus accuſat. per Affl.in prælud.vol. 2. q.12. Inſuper ſi mulier eſt notorie adultera, poteſt a marito relinqui propria auctoritate. ſi vero non eſt notorie adultera,

ſed probatur,& mulier condemnatur de adulterio, poteſt etiam condemnari vt ſeparetur thorus, & relinquatur a viro. ſed ſi vir committit adulterium ſpirituale, ſcilicet hæreſim, vxor poteſt propria auctoritate recedere a viro propter periculum infectionis. per Abb.in c.de illis.de diuor.nu.2.per gloſ.in c.fi.de adult. Et ſupradictæ pœnæ ſunt humano iure, ſed de iure diuino erat etiam pœna mortis. vt in Leuit.cap.18.& 20. Et in Euangelio Ioannis. c.8.& in Decal. non mœchaberis.

41 Quo ad quintum dicitur, quod ex parte adulteri debet articulari, & probari,quod illa quam carnaliter cognouiſſe prætendebatur,non habebatur,nec reputabatur,nec tractabatur,vt vxor ipſius accuſatoris, ſed erat,vel tenebatur,& reputabatur ſoluta, a maiori parte hominum illius loci. Nec ſufficit probare, quod non poterat eſſe illius vxor. per Bart. in l.ſi vxor.§.ſed ſi ea.ff.de adult. Item poteſt articulari, & probari quod ipſe accuſator,qui prætenditur maritus, non erat maritus, ex quo erat cõſanguineus in gradu prohibito, vel compater, vel probare aliquod impedimentum per quod non poterat eſſe inter eos matrimonium, & ſic declaretur matrimonium nullum. per Afft. in conſt. regn. Maieſtati noſtræ.col.2.& 3. & Foller.in ſua pract.crim.in verb. Recipiantur defenſiones. Item ſi mulier probat, quod ex probabili & iuſto errore credat ſe eſſe ſolutam, licet alteri nubat non committit adulterium, quia probabilis error excuſat. per l.regula.ff.de iur.& fact.ignor. per Abb.in c.fraternitatis.nu. 10.de frig. & malef. Item ſi inquiratur aliqua mulier de adulterio cum aliquo, cum quo confitetur ſe contraxiſſe matrimonium antequam nuberet alteri, cum poſtea nulliter nupſit, dicta confeſſio liberat eos a pœna,& legitimat prolem factam cum primo qui dicebatur adulter. vt eſt gloſ. ſingul. in l. penult. C. de fideiuſſ. & ſequitur Bal.in l.ea quam. verſ.attende tamen.col.7. C.de fideiuſſ.Hodie tamen, quia per Conc.Trid. nullum eſt tale matrimonium clandeſtinum.vt per d.Conc.de reform.matr.c.1. ſeſſ.24. talis confeſſio non excuſaret. Item ſi maritus & vxor committerent adulterium,ſi vnus eorum ageret,alter eorum poſſet excipere contra agentem de adulterio,& non puniuntur de adulterio. quia adulteria mutua compenſatione tolluntur. per

tex.

tex.in c.penul.& fin.de adult. Similiter ſi vxor committat adulterium carnale, & maritus ſpirituale, & poſtea maritus reuertitur ad fidem, poteſt vnus excipere contra alium, & mutua compenſatione tolluntur. per Abb. in cap. mulier quæ. de conuerſ. coniug. ſed ſi maritus accuſatus per vxorem de adulterio ſpirituali, excipiat de carnali, & non reuertatur ad fidem, non eſt audiendus. Inſuper ſi maritus accuſat vxorem de carnali, & vxor excipiat de ſpirituali, auditur mulier, & non admittitur maritus ad accuſandum vxorem, niſi prius cognoſcatur de exceptione adulterij ſpiritualis præiudicialis, cum non admittatur hęreticus ad accuſandum. per eundem Abb. in d. c.mulier. Item maritus, qui commiſerat adulterium ſpirituale, ſi reuertatur ad fidem poteſt petere, & accipere vxorem quæ remanſerat in fide, etiam inuitam, niſi vellet intrare in religionem. per tex.in d.c.mulier. & ibi Abb. Sed quę dicta ſunt, quod adulteria mutua compenſatione tollantur, intellige quando proceditur ad inſtantiam ipſorum coniugum, quod ſibi ipſi poſſunt parcere, & donec non ſit ius quæſitum curiæ, vt ſupra dictum fuit. quia quando eſt ius quæſitum curiæ, & in caſu quo curia poteſt ex officio procedere, & procedit, quantum ad ius quæſitum curiæ non tolluntur mutua compenſatione, ſed curia poteſt procedere, & punire adulterium vtriuſque, cum in adulterio notorio poſſit ex officio procedi. Inſuper ſi maritus remittit querelam, fiſcus poteſt proſequi. vt per Gramm. deciſ. 31. & per ſupra allegata in ſecundo membro. Inſuper ſi maritus teneat concubinas, & agat contra vxorem de adulterio pro lucranda dote, non lucratur ſi mulier excipit, & probat contra maritum quod tenet concubinas, etiam quod probet mulierem commiſiſſe adulterium. per Hipp.in l.edictum. ver.ſcias.num.23.ff.de quæſt. Item ſi Epiſcopus diſpenſat cum adultero ſeu adultera, in conſequentiam reſtituit famam, & ſic in tali caſu adulter non erit infamis.vt per Bernar.Diaz in verb. adulter. Et quia adulter & adultera ſunt correlatiua, & diſpoſitum in vno videtur diſpoſitum & in alio, ſi adulter eſt liberatus ſeu abſolutus, abſoluitur etiam adultera. tamen donec viuat nupta. ſed non e contra ſi eſt condemnatus adulter, dicatur condemnata adultera. ex illa regula, quia odia reſtringi, fauores ampliari

pliari

pliari debent. per Bar.in l.denunciaſſe.§.fin.ff.de adult.& Hipp. in l.ſi quis viduam.nu.3.ff.de quæſt. Inſuper ſi maritus dat cauſam vxori adulterandi immediate, quia eam duxit ad adulterandum,& ipſa vxor voluerit, tunc ipſa vxor non excuſatur; ſed punitur vterque pœna ordinaria adulterij,vt ſupra. Sed ſi non dedit cauſam immediate, ſed mediate, ſcilicet quia illam dereliquit, & non præſtitit neceſſaria, tunc mulier excuſatur. vt per Abb. in c. ſignificaſti. de diuort. ſed intellige dictum Abb. ſcilicet vt minoretur pœna, ſed non propterea erit impunita in totum. quia licet neceſſitas regulariter non habet legem & excuſat, tamen ex neceſſitate non impune committitur delictum carnis, per ea quæ habentur per gloſ. Abb. & Doct. in c. querelam.de iureiur. Si vero mulier fuerit coacta a viro, vel ab alio committere adulterium ſine eius conſenſu, poterit ſe excuſare a pœna tẽporali,non tamen excuſatur quo ad Deum. vt per Abb. in c.diſcretionem. de eo qui cogno. conſang.vxo.nu.8. Inſuper vxor poteſt obijcere adulterium viri etiam non notorium, & excuſatur a pœna adulterij, & non perdit dotem. vt per Abb. in d.c.ſignificaſti.nu.9.de diuort.cum diſtinctione tamen vt ſupra. Inſuper ad defenſionem, & excuſationem adulterij poterit opponi & probari impotentia coeundi, & alia indicia contraria, & excuſatoria, quæ fuerunt poſita in ſupradictis delictis in coeundo,ſcilicet ſodomiæ,& inceſtus. Circa reliqua de adulterio quæ reſpiciunt forum pœnitentiale, vide Summiſtas.

41 Sunt nonnulla delicta,quę licet non poſſunt dici directa adulteria tamen veniunt punienda eiſdẽ pœnis,vel maioribus,& ſapiunt ferocitatem ipſius adulterij,de quibus non fuit dictum,& propterea mihi videtur dicendum de eis in præſenti loco.Et primo cognoſcens carnaliter monialem,non ſolum committit adulterium,quia ſponſam Chriſti, ſed etiam ſacrilegiũ, & inceſtum, vt per Abb.in c. at ſi clerici.de iud. Et ſi eſt clericus deponitur, & detruditur in monaſterium.c.ſi quis Epiſcopus.27.q.1.& c.ſi qua monacharum.ea.quæſt.Si vero eſt laicus,eſt puniendus pœnis ſupradictis ſtatutis in crimine adulterij,& maioribus, ſcilicet pœna vltimi ſupplicij mortis naturalis. Inſuper ſi clericus cognoſcit carnaliter mulieres quæ ſunt ei confeſſæ peccata, eſt dignus

gnus depoſitione, & vt in monaſterium detrudatur ad tempus iuxta qualitatem perſonarum, delicti continuationem, & ſcandalum populi. vt per Bernar. Diaz in ſu aprać.in verb. monialibus, de illis qui cognouerunt carnaliter filias ſpirituales, vt dictum eſt ſupra de inceſtu. & vide Bernar. Diaz in verb. filijs ſpiritualibus. Et quia multoties adulteria committuntur mediante lenocinio, propterea præſenti loco venit tractandum de ipſo crimine. Et dicitur primo quod lenocinium eſt delictum deteſtabile, & leno eſt viliſſima perſona, & repellitur a teſtimonio, niſi de his quæ fiunt in proſtribulo, & quando aliter veritas haberi non poteſt. & ſi eſt leno ſuæ vxoris, punitur pœna mortis naturalis. & ſi mater eſt lena filiæ ſuæ, & participat de quæſtu, punitur pœna truncationis naſi. Si vero non participat de quæſtu, tunc punitur extraordinarie. excuſatur mater propter extremam paupertatem, ſi non habet vnde viuat niſi ex queſtu filiæ, & filia in hoc conſentiat. ſi vero femina fuit lena alterius feminæ extraneæ, & ſibi non coniunctæ, pro prima vice fuſtigatur, & ſignatur in fronte, pro ſecunda truncatur ei naſus. ſed ſi fuit lena vel ſororis, vel alterius conſanguineæ, pro prima vice truncatur ei naſus. & hoc quando fuit ſecutus effectus. ſed ſi non fuit ſecutus effectus, ſcilicet quia mulier noluit conſentire, punitur pœna arbitraria. Si vero maſculus ſit leno, ob lenocinium commiſſum in quamcumque feminam punitur pœna mortis naturalis, ſi ſit ſecutus effectus, ſed ſi non ſit ſecutus punitur pœna arbitraria. de quibus omnibus vide Auth. de lenon. & conſt. regn. mariti lenocinium. conſt. matri quæ. & conſt. lenas. & Affl. in d. conſt. & reg. pragm. Regis Ferdinandi quæ incipit. deſiderantes itaque. & Foll. in ſua pract. crim. in verb. Item quod fuit leno. Et hæ pœnæ habent locum contra laicum. Si vero leno fuit clericus, quia non eſt ſtatuta certa pœna de iure canonico, videtur dicendum quod ſit puniendus pœna mortis naturalis ſicut laicus. per d. Auth. vt per Iſern. in tit. quæ ſint reg. §. contrahentium inceſtas nuptias. ſed quia mitius agitur in foro Eccleſiaſtico, clericus leno non poteſt euadere pœnam depoſitionis, & detruſionis in monaſterium, vt puniatur eadem poena ſtatuta a ſacris Canonibus contra adulteros, ſtupratores & inceſtuoſos, cum leno ſit cauſa com-

mittendi

mittendi talia delicta. & agentes & conſentientes & cauſam dantes pari poena puniri debent. per regulam iuris, per ea quæ ponit Abb. in c. ſi clerici. de iud. Et hoc quando lenocinium eſt ſuper adulterio, inceſtu, & ſtupro. ſed ſi ſuper ſimplici fornicatione, per dictam regulam mitius eſſet agendum cum clerico. & eſſet poena arbitraria, cum non ſit certa poena ſtatuta ſicut in laicum, per ſupradicta. Cogita tamen. Et hæc quantũ ad poenam lenocinij. quantum vero ad modum procedendi, probandi, & excuſandi, dic vt in quolibet delicto coeundi, cum ſit cauſa committendi in omnibus, obſeruetur iuxta obſeruantiam delicti commiſſi per lenocinium. Et de hoc ſit ſatis.

De raptu, & ſtupro.

POſt tractatum adulterij, opportune tractandum eſt de raptu & ſtupro. & quia aliquando hæc delicta committunt ſimul, aliquando ſeparatim vnum ſine alio, propterea venit tractandum de vtroque in eodem tractatu. & more ſolito diuidendo in quinque membra, videndum eſt. Primo quid ſit raptus, & quomodo committatur ſine ſtupro, & quid ſit ſtuprum & quomodo committatur ſine raptu, item quomodo committatur ſimul. Secundo quis iudex poſſit procedere in dictis criminibus, & quomodo procedatur. Tertio quæ probationes requirantur. Quarto quibus poenis puniatur raptus, & quibus ſtuprum. Item quibus puniatur raptus cum ſtupro ſimul. Item quibus poenis puniatur rapta & ſtuprata de eius conſenſu. Item quomodo puniantur auxiliatores. Quinto quomodo excuſentur raptor, & ſtuprator. Item rapta, & ſtuprata. Item eorum auxiliatores.

42 Quantum ad primum dicitur, quod raptus eſt extractio per vim honeſtæ mulieris, ſcilicet de loco ad locum, libidinis cauſa. prout colligitur ex tex. in l. vni. C. de rapt. & per Abb. in c. cum cauſa. de rapt. & per tex. inſt. §. Item lex Iulia de adulterijs. & §. item lex Iulia de vi publica. verſ. ſi autem per vim. & Alber. de Roſ. in 3. par. ſtatutorum. q. 31. verſ. Item pone quæſtionem. & per Paul. de Caſtr. in l. rapto. C. de Epiſc. & cler. col. 1. & Rafael

 Cuman.

Cuman. conſ.95. incipiente.Chriſtophorus.& Gand.in ſuo tract. de malef. & Bal.conſ.306. vol.3. vt per Hipp.in d.l.vni.de rapt. nu.12.taliter quod licet mulier capiatur per virum & proſternatur in terram ſtatim, & ibi cognoſcatur carnaliter, non dicitur raptus,ſed ſtuprum. per d.Hipp.loco ſupra alleg. Item raptus in muliere ſoluta non committitur ſine violentia, etiam quod inducatur verbis blandis, vel pollicitationibus, vel pecunia,de loco ad locum non dicitur raptus. per tex.in c.de rapto.36.q.1.vt per Ang.in l.ſed eximendi.ff.ne quis eũ qui in ius voc.vi exhim. Sed ſi mulier non eſt ſoluta, ſed eſt virgo innupta,& in poteſtate patris, etiam quod volens rapiatur, & extrahatur de loco ad locum,committitur raptus, quia tunc fit iniuria parentibus,& affinibus. & ita intelligitur tex.in d.l.vni. C.de rapt.virg.& quod etiam contra puellam volentem committitur raptus intelligit gloſ. in c.contingit.vel 1. de ſent.excomm. ſecus autem ſi non ſit in poteſtate alicuius & conſentit raptui. quia volenti & conſentienti non fit iniuria. per tex. in l. nemo videtur.ff.de reg.iur.& in l.1.§. vſque adeo. ff.de iniur. Item rapiens meretricem honeſtam,ſeu occultam,per vim,& transferens de loco ad locum cauſa libidinis,committit raptum.& an mulier meretrix ſit honeſta, vel velit meretricari,conſideratur ex habitu, & geſtis.& ſi iudicatur honeſta, committitur raptus. alias ſecus. & ſi meretrix eſt nupta, dicitur reducta ad bonos mores, & ſic honeſta, & in ea committitur raptus. niſi ſit nupta lenoni, vel alteri infami. quia tũc habetur pro inhoneſta. vt per Io.Batt.de San.Seuer.in tract. de deb. & per Hipp.ſing.179.Incipiente.dixi tibi.& idem Hipp. in d.l.vni.nu.31. Item rapiens monialem transferens de loco ad locum per vim,committit raptum,& punitur pœnis d.l.vnicę.C. de rapt.vt per Hipp.in d.l.vnica.nu.40. Et hoc ſiue ſit ſacrata ſiue velata ſiue non.per Affl.in conſt.regn. ſi quis rapere.ſecundo notab. Et in ipſa moniali promiſſiones, & allectationes viri inducunt inſolentiam.vt per Affl.in d.conſt. ſi quis rapere.col.ſ. & 3.per l.vnic. C.de rapt.virg. Item per l.raptores.C.de Epiſc. & cler. Et ratio eſt fragilitas ſexus.nam mulieres præſertim virgines dicuntur fragiles. per Auth.quibus alien. licet.§.1.& l.aſſiduis.C.qui potior.in pig.hab. Et vincuntur tentatione diaboli

per

per modum curioſitatis, cum diabolus virgini proponat magnam in coitu delectationem vltra modum, & virgo quæ non eſt adhuc experta vult experiri. vt per S. Thom. in 4. ſenten. quem refert Cardin. Flor. in 2. part. ſuæ ſummæ tit. 6. cap. 7. Item raptus committitur in ſponſam propriam de futuro, ſecundum ius ciuile. vt per Camp. c. regni ? vt ſine, num. 27. per text. in l. vnica. C. de rapt. ſed de iure canonico non committitur in ſponſam propriam. per cap. cum cauſa, & ibi Abb. de rapt. ſicut nec in ſponſam propriam de præſenti, per tex. in cap. fin. de rapt. Iura tamen ciuilia & canonica ſunt diuerſa, ſed non contraria. quia ius canonicum conſiderat libertatem, ſcilicet vt poſſit recedere cum ſponſo, & ibi contrahere matrimonium, ſed ius ciuile conſiderat delictum. vt per Abb. in d. cap. cum cauſa. Hodie tamen, quia per Concil. Trident. cap. 1. 24. ſeſſ. de reformatione matrimonij, matrimonia debent fieri coram parocho, & duobus, vel tribus teſtibus ſaltem, alias ſunt nulla, præcedentibus tribus denunciationibus in tribus continuis diebus feſtiuis inter Miſſarum ſolemnia, vt ibi dicitur, talis rapiens ſponſam non excuſatur de iure canonico, ſed punitur de raptu ſecundum ius ciuile, vt dicetur infra. Immo per diſpoſitionem Sac. Conc. Trid. cap. 6. 24. ſeſſ. inter raptorem & raptam non poteſt eſſe matrimonium quamdiu ipſa ſit in poteſtate raptoris. quod ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumq. dignitatum incapaces, & ſi clerici fuerint de proprio gradu decidant. teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſiue eam duxerit vxorem ſiue non, decenter arbitrio iudicis dotare. Item accedens ad domum mulieris ad illam rapiendum cum hominibus armatis, licet illam non inueniat tamen committit raptum, & punitur de raptu. quia in talibus atrociſſimis delictis punitur affectus, etiam non ſecuto effectu, maxime ſi peruenitur ad actum proximum. per text. inſtit. vi bon. rapt. poſt princ. per Hipp.

in d. l. vnica. num. 244. Hoc tamen intellige ſecundum Angel. in l. Labeonem. §. ſi iurauerit. ff. de iniur. vt non puniatur pœna ordinaria, ſed mitiori. vt per Hippol. ibi num. 247. & 249. Et ſupradictis modis committitur raptus cum ſtupro; ſcilicet quando ſtuprat poſt raptum. Committitur etiam raptus ſine ſtupro, quando rapit, & non ſtuprat. ſtuprum etiam aliquando committitur ſine raptu. & Stuprum eſt illicita virginis defloratio, vt diffinit text. in cap. lex illa. 36. quæſt. 1. Et committitur ſine raptu quando ſtuprat virginem ſine tranſlatione de vno loco ad alium. vt per Hippol. in d. l. vnica. C. de rapt. virgin. num. 12. Si quis vero rapit virginem in vno loco, & transfert ad alium locum, & poſtea ſtuprat, tunc committit raptum, & ſtuprum. Et punitur de raptu & ſtupro. vt per Hippol. in loco ſupra allegato. & ſtuprum committitur in virgine, vidua, & puero maſculo. vt in l. ſtuprum. in fin. & l. inter liberos. ff. de adulter. & l. 1. ff. de ordin. crimin. Carr. in ſua pract. crimin. fol. 143. num. 303. Marſ. ſing. incipien. ſtatuto cauetur. num. 65. Grammat. vot. 17. num. 3. & vot. 4. num. 18. & 23. Item qui duas vxores tenet, crimen ſtupri committit. l. ſic qui duas. C. de adulter. Grammat. vot. 17. num. 2. Alexan. conſil. 167. volum. 7. Item quis poteſt committere ſimul raptum & adulterium. ſcilicet quando quis rapit mulierem nuptam, transferens de loco ad locum, illam carnaliter cognoſcens: & punitur vtroque delicto. per ſupra allegat. in crim. inceſt. Et tunc quia eſt in poteſtate alterius, etiam ſine vi eſt raptus. & ſi non eſt vis, punitur tam rapiens quam rapta, de raptu & adulterio. per ſupradicta. ſi vero eſt vis, punitur rapiens & non rapta. Item ſtuprum quando committitur cum vi punitur pœna raptus; quando vero committitur ſine vi, dicitur ſtuprum voluntarium, & punitur mitiori pœna, prout dicetur infra ſuo loco. Deoſculans vero virginem, & non cognoſcens carnaliter, non committit neque ſtuprum neque raptum, ſed punitur pœna arbitraria, vt dicetur infra ſuo loco.

43 Quo ad ſecundum mẽbrum dicitur, quod hæc delicta raptus

& ſtupri, non dicuntur mere ſiue pure Eccleſiaſtica,& iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſe interponere contra laicum,ad ipſum puniendum de dictis delictis,niſi ad declarandum excommunicatos raptores mulierum,conſilium,auxilium,& fauorem prębentes,vt per d.Conc.Trid.c.6.ſeſſ. 24. vel niſi cauſa eſſet matrimonialis. ſcilicet quia præceſsit matrimoniũ inter aliquos, vel ſponſalia,& dubitetur de viribus matrimonij,vel ſponſaliorũ. quia tunc cauſa eſt Eccleſiaſtica, & ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum.per tex. in c. diſpendioſam. de iud. alias iudex Eccleſiaſticus non procederet contra laicũ in dictis criminibus,ſed tantũ contra clericum. & iura canonica diuerſe loquentia de dictis criminibus obſeruãtur in foro Eccleſiaſtico, ac etiã coram iudice laico in terris Eccleſiæ.iura vero ciuilia in foro ſeculari in terris imperij. per Bar. in l.priuilegia.C.de ſacr.Eccl.per Hipp.in l.vnic.C.de ra pt. virg. nu.194. per Abb. in c.peruenit. de rapt. Et ſciendum eſt quod ſi quis rapit mulierem Bononiæ, & transfert illam intactam vt cognoſcat carnaliter Ferrariæ, poteſt puniri per vtrumque iudicem ſcilicet Bononiæ, & Ferrariæ, pro dicto crimine, & habet locum præuentio. vt per Hipp. in d.l.vnic.C.de rapt.num.150. Et quia dicta delicta ſunt publica, & enormia, ſi per vim committantur poteſt quilibet de populo accuſare. per d.l.vnic. per Sal. in l.eos. C. de furt. & per Bart. conſ. 100.incip. a Domino. & per Hipp. in d. l. vnic. num.17. per iura per eum allegata ibi. Et quatenus accuſator non exiſtat,poteſt ex officio procedi, tam per iudicem Eccleſiaſticum contra clericum, quam per iudicem laicum contra laicum. cum maxime inquiſitio de iure canonico ſit remedium ordinarium, & iudex poteſt procedere ex officio, etiam non monito offenſo ad accuſandum. vt per Card. in cap. ſæpe. §. fin. 3.quæſt.de verb.ſignif.& per eundem Cardin. in cap.qualiter & quando vel ſecundo. de accuſat. Et quod iudex laicus poſsit ex officio contra laicum procedere, refert in conſt.regn. ſi quis rapere. per d.l.vnic. & per alia iura per eum ibi allegata. & per c. regni. vt fine. & ibi Camp. Item quia venit imponenda pœna mortis naturalis. per d. l. vnic. & l.raptores. C.de Epiſc. & cler. poteſt procedi ex officio.per c. regni.ne tuorum.& cap.ſi temporum.

44 Quo ad tertium dicitur quod ſtuprum in genere probatur per depoſitionem matronarum & obſtetricum, quibus datur virgo inſpicienda, prius eis delato iuramento de veritate dicenda. Item per depoſitionem earum quæ viderunt linteamina, & camiſiam ſanguinolentam, & de alijs adminiculis quæ haberi poſſunt. Et ea quæ faciunt ad probandum delictum in ſpecie, faciunt etiam ad probandum delictum in genere. quinimo delictum in genere probari non poteſt bene, quin probetur delictum in ſpecie. vt per Marſ. lib. 1. conſ. 5. nu. 1. & per Abb. in c. propoſuiſti. de probat. num. 3. per Albert. de Roſa. in l. 1. §. ex hoc. nu. 8. ff. de ventr. inſpic. & per tex. in cap. præterea. de teſt. l. cum probatio. & l. quæro. §. fin. ff. de ædil. edict. & refert Foller. in ſua pract. crimin. in verb. capiat informat. num. 24. Et an virgo ſit ſtuprata, ſtatur aſſertioni ipſius. per Abb. & Doct. in cap. 1. de adult. Alex. conſ. 22. volum. 2. colum. 1. Et quod ſtatur dicto ipſius puellæ, eſt conſ. Alex. 229. lib. 6. incipien. ponderatis. num. 2. Sed hoc intelligo quando ipſa declarat ſe ſtupratam vbi non vertitur eius vtilitas, ſed ſi ipſa ſit accuſatrix & velit dotari per ſtupratorem, non eſt credendum eius dicto. Item ſi ipſa ſit accuſata, quod eius voluntate ſit commiſſum ſtuprum, quia eſt ſocia criminis nec etiam eſſet credendum eius dicto. & ſic tunc eius dicto crederetur, quando ipſa dicit ſe ſtupratam, & non nominat illum qui eam ſtuprauit, & nullum vertitur eius intereſſe. quia alias eſſet teſtis in cauſa propria, & ſic non ei credendum. per Affl. in conſt. regn. ſi damna. per Ioan. Andr. in c. ſicut. el 2. de homic. & ibi Abb. & per eundem. Abb. in c. ſignificaſti. de adul. Thom. Gramm. conſ. 47. nu. 1. Bald. conſ. 337. vol. 5. Marſ. conſ. 2. vt per Affl. in d. conſt. ſi damna. Et ſi nominat illum qui eam ſtuprauit, non creditur eius dicto vt ſufficiat ad condemnandum, ſed facit indicium contra ſtupratorem ad torturam, quemadmodum confeſſio adulteræ contra adulterum. vt per Afflict. in conſt. legum aſperitate. Contra ipſam vero ſtupratam, facit plenam probationem confeſſio ipſius ſtupratæ, vt dictum fuit ſupra in tract. de adult. vt per Afflict. in loco ſupra allegat. Et indicijs concurrentibus ſtuprator, ſeu raptor debet torqueri. vt per Affl. in conſt ſi quis

rapere.

Digitized by Google

...Eccleſiaſtica, & iudex Ec-

...ad ipſum pu-

...tos

44 Quo ad tertium dici
depoſitionem
inſ

rapere.col.7.Si vero non concurrentibus indicijs torqueatur,poteſt appellare,licet confeſſus fuit. vt per Afflict. ibi.quemadmodum ſi ſit condemnatus ſolum ex contumacia, vel alias illegitime.vt ibi per d.Afflict. Quia quemadmodum ſola contumacia non ſufficit ad condemnandum raptorem, ſed requiruntur legitimæ probationes. per Hipp.in d.l.vnica. C.de rapt.nu.129. ita non poteſt condemnari ex confeſsione per torturam illegitime facta,vt ibi per eum.Et licet condemnatus de raptu,regulariter non poſsit appellare. per tex. in d.l.vnic. & c. cum ſit Romana. de appell. vt per Hipp.in d.l.vnic.nu.138. poteſt tamen dicere de nullitate ſententiæ raptus. per Hipp.in d.l.vnic.nu.155. Etſi nulla apparet ex eiſdem actis, retardatur executio, etiam ſi ſententia tranſierit in rem iudicatam. per Innoc. in cap. ex ratione.extra de appell. & per Hipp.in d.l.vni.n.159. cum ſententia nulla,non tranſeat in rem iudicatam. Inſuper poteſt appellari a dicta ſententia raptus, ſi contineat grauamen notorium. per eundem Hipp.in d.l.vnic. nu.158. Item per viam ſupplicationis poteſt peti reuiſio ipſius ſententiæ.& ſuperior conſiderata æquitate debet admittere. vt ibi per Hipp. per iura per eum allegat. Item ad probandum aliquam mulierem eſſe inhoneſtam, & ab aliquo eſſe cognitam carnaliter,ſufficiunt teſtes ſingulares. per tex.& gloſ.in l.ob carmen.§.fin. ff. de teſt. Et eſt communis opinio. vt per deciſ. Gramm. 17. & tanto magis ſufficiunt teſtes ſingulares contra raptorem,ſeu ſtupratorem. Item in muliere virgine, ſemper præſumitur violentia donec probetur ex aduerſo voluntas virginis ad committendum raptum, ſeu ſtuprum. & ſic voluntas, ſeu conſenſus virginis debet probari per raptorem, ſeu ſtupratorem per legitimas & veras probationes plenas. vt per Bernar. Diaz. in verbo. ſtupratores.per iura per eum alleg. Et quando ſit dubium an meretrix rapta ſit honeſta, vel non, debet probari ex geſtis inhoneſtis, & malo habitu ex quibus arguatur inhoneſtas.vt per Hipp.in d.l.vni.n.19.vt dictũ fuit ſupra.

45 Quo ad quartum dicitur quod principalis pœna raptoris eſt quod ſi reperiatur in fragrãti crimine,poſſit impune occidi. per tex.in d.l.vnic.C.de rapt.& Hipp.ibi.num.88.poſt Bart. Bald.& Salic.& Bal.in l.raptores.C.de Epiſcop.& cler.Marſ.ſingul.175.

G 2 & Iac.

& Iac. Nouell. in ſua pract.crim. Et poteſt impune occidi,ſcilicet per parentes,conſanguineos,tutores,vel curatores,patronos, & dominos ipſius raptæ honeſtæ, ac etiam per cognatos. per gloſ.in d.l.vnic.per tex.in l.3. §.cum igitur. ff. de vi,& vi arma. Similiter & per magnos amicos, ac etiam per extraneos, quando raptor facit reſiſtentiam. vt per Hipp. in d.l.vnic. num.222. Sed hoc vltimum intelligas cum moderamine, ſcilicet ſi voluerint capere raptores, & ipſi raptores faciebant reſiſtentiam, adeo quod ipſi capientes erant conſtituti in periculo vitæ. alias non licebit extraneis occidere.per ea quæ ponit Bar.& Doct. in l.vt vim.ff.de iuſt. & iur. Item raptores poſſunt capi non ſolum in illo loco vbi commiſerunt delictum, ſed alibi, & vbicumque inueniantur.per tex.in d.l.vnic. ibi.aut fugam.& per Hipp.in d. l.vnic.nu.100.Item raptor liberæ mulieris honeſtæ,punitur pœna mortis naturalis,& eius bona publicantur. raptor vero ſeruæ ſolum punitur pœna mortis naturalis, & non publicantur eius bona.per tex.in d.l.vni.& Hipp.ibi nu.173.per tex.in d.l.raptores. C. de Epiſcop. & cler. Et non ſolum de iure communi, ſed etiam per conſt.regn. ſi quis rapere. & de rapientibus,deflorantibus, vel deoſculantibus mulieres Neapolitanas,eſt. c.regni. vt ſine. Et hoc ſi mulier ſit virgo, ſiue volens ſiue nolens. Item ſi capiatur de domo patris,punitur dictis pœnis, quia fit iniuria parentibus, ſed ſi non rapitur de domo patris, quia non habet patrem,neque matrem,neque fratrem,ſed habitat de per ſe,tunc ſi virgo conſentit,raptor non punitur pœna mortis,ſed priuatur medietate bonorum ſuorum. vt per Affl.in d.conſt.ſi quis rapere. & ita intelligitur tex.in §.lex.Iulia.inſt.de publ.iud. Inſuper raptor punitur dictis pœnis, ſcilicet ſi rapuit libidinis cauſa, & carnaliter cognouit raptam,non autem ſi intuitu matrimonij, vel ex alia cauſa.& hæc eſt communis opinio. vt per Viu.in ſuis comm.opin. in verb. raptor. per deciſ. Boer.306. Inſuper dictæ pœnæ habent locum quando raptor eſt homo liber, ſed ſi eſt ſeruus,pœna eſt contra ipſum combuſtionis. per tex.in d.l.vnic. C.de rapt. Quæ eſt maior quam pœna decapitationis,vt patet. & per l. vnic. C. de mulier. quæ ſeru. prop. ſe dede. & per Hipp. in d. l. vnic. de rapt. num.2. & in fin. ibi. nota ex text.

& quod ſupra dictum fuit, quod ſi raptor non cognouit carnaliter raptam, non punitur pœna mortis, intelligas ſecundum diſtinctionem Hipp. in d. l. vnic. nu. 154. quod aut raptor voluit & non potuit & punitur pœna mortis. aut potuit ſed noluit, & tunc non punitur poena mortis ſed mitiori. In dubio tamen eſt præſumendum quod non potuerit, quia dedit operam rei illicitæ, & præſumitur voluiſſe perſeuerare, & agnoſcere. & ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. c. ſemel. de regul. iur. in 6. Et quod cognouerit carnaliter ſufficit probare de linteamẽtis ſanguinolentis in hoc caſu raptus, licet alias requireretur commixtio ſeminis. vt per Sil. nupt. non eſt nubendum. in verb. matrimonium. Item quia mulieres ſolent facere deceptiones vt inueniantur linteamenta ſanguinolenta, ſanguine artificioſo, ideo debet ſemper probari virginitas præcedens. vt per Sil. nupt. non eſt nubendum. in verb. virgine. Quæ intellige in alio caſu, ſed in caſu raptus, quia præſumitur contra raptorem vt dictum eſt, non requiruntur tot probationes, ſed ſufficit probare linteamina ſanguinolenta. Similiter rapiens monialem punitur pœna mortis naturalis. per d. l. vnic. cum diſt. vt ſupra. Et ſi rapuit vno tempore, & alio tempore cognouit carnaliter, punitur diuerſis poenis, vltra poenam mortis. quia eius bona applicantur monaſterio vbi moratur illa monialis ſi eſt laicus, & hoc tam de iure ciuili. per tex. in Auth. de ſanctiſ. Epiſc. §. penult. & habetur in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler. quam etiam de iure canonico. in c. ſi quis rapere. 27. q. 1. & per Hipp. in d. l. vnic. C. de rapt. virg. nu. 4. Et filius monialis dicitur ſpurius, & non ſuccedit matri. per Hipp. in d. l. vnic. nu. 40. per Bart. in l. fin. ff. de his qui. vt ind. & per alia iura alleg. per Hipp. ibi. Si vero raptor ſit clericus, deponitur, & detruditur in monaſterium. vt per Hipp. ibi, & per iura per eum allegata. Inſuper rapiens ſponſam propriam de futuro, punitur poenis d. l. vnic. C. de rapt. virg. ſcilicet de iure ciuili. ſed de iure canonico non punitur. per tex. in d. c. cum cauſa. de rapt. & ibi Abb. ſicut non punitur rapiens ſponſam de præſenti. per c. fin. de rapt. & per Hipp. in d. l. vnic. nu. 68. quia ius canonicum conſiderat libertatem contrahendi matrimonium, vt dictum eſt ſupra. Sed vt ſupradictum fuit hodie

ius canonicum non excuſat, cum Sac. Conc. Trid. talia matrimonia reijcit & annullat. Dicas tamen quod in tali caſu raptor non punitur poena ordinaria etiam de iure ciuili, quia raptus non fuit libidinis cauſa, ſed cauſa matrimonij. per d. deciſ. Boer. 306. & per Viu. comm. opin. verb. raptor. & per alia allegata per eum ibi. Item raptor punitur alia poena, quia efficitur infamis & repellitur a teſtimonio. per tex. in c. conſanguineo. 5. q. 4. & cap. conſtitutus. 4. q. 5. & Bar. in l. Marcellus. ff. de verb. ſignif. & l. 1. §. furti. ff. de infam. & per Hipp. in d. l. vnic. nu. 245. Item rapiens viduam, punitur eiſdem poenis quibus rapiens virginem, ſi vidua honeſte viuat. per d. l. vnic. Vbi dicitur honeſtarum mulierum. Item vltra ſupradictas poenas, raptor ſi ſit paterfamilias, priuatur omnibus bonis, & fiſco applicantur. ſi ſit filiusfamilias priuatur omni hæreditate paterna. vt per Iſern. & Affl. in d. conſt. Si quis rapere. Inſuper raptor punitur alia poena, quia ſi rapta non nubit raptori, omnia bona raptoris applicantur mulieri raptæ ipſo iure. vt per Auth. de rapt. mul. in princ. Et hoc intellige in terris Eccleſiæ, vbi Eccleſia vtitur maiori æquitate ſecundum ius canonicum, quod vult vt raptor poſſit ducere in vxorem raptam, & ſi nolit ducere eius bona applicantur raptæ vltra alias ſupradictas poenas. ſecus autem in terris imperij, quia bona raptoris potius applicantur fiſco ſi raptor non contrahat matrimonium cum rapta. per ſupradicta. ſi autem contrahit matrimonium non applicantur, neque fiſco, neque raptæ, vt dicetur infra in quinto membro. Et ſi inter raptorem & raptam ſequatur matrimonium, de iure canonico non punitur raptor in foro contentioſo, ſed in foro poenitentiali. vt per Iſern. in d. conſt. ſi quis rapere. per iura allegata per eum ibi. ſed de iure ciuili punitur etiam quod ſequatur matrimonium. & ſecundum opinionem Salic. ſi rapuit libidinis cauſa, punitur poena mortis naturalis. ſed ſecundum opinionem Ioan. de Lign. non punitur morte naturali, ſed medietate bonorum. Tu dic ſecundũ Affl. in d. conſt. ſi quis rapere. quod inter nobiles, & potentes, ſit poena mortis naturalis; inter populares ſit priuatio medietatis bonorum. vt per Affl. ibi col. 6. Item parentes raptæ non poſſunt facere pacem & tranſactionem de raptu. Et ſi per pretium remiſerint querelam

Digitized by Google

ſam & actionem, puniuntur. per text. in l. de crimine. C. de adulter. per gloſ. & Doct. in l. tranſigere. C. de tranſact. & per gloſ. Hippol. & Doct. in d. l. vnic. num. 242. Sed de iure canonico ſecus, vt dicetur infra in quinto membro. Inſuper ſi mulier rapiat maſculum, etiam proprium ſponſum, punitur pœnis d. l. vnic. vt per Hippol. ibi num. 223. Intellige tamen ſi libidinis cauſa vt dictum eſt ſupra. Et ſupradictæ pœnæ habent locum in raptore. In ſtupratore vero per vim, eſt etiam pœna mortis de iure ciuili. per d. l. vnic. C. de rapt. virg. per text. in §. ſi per vim. inſtit. de publ. iud. Stuprum vero cum maſculo, vel à tutore cum pupilla, vel à ſeruo cum domina, etiam quod fuerit ſine vi, punitur pœna mortis naturalis. per gloſ. in d. §. 2. de publ. iud. Et ſi quis ſtuprat puellam, & poſtea retinet domi, & perſeuerat illam carnaliter cognoſcere non tollit vitium ſtupri. Intelligendo tamen quod ſit de conſenſu puellæ. quia ſi per vim, puniretur pœna mortis, vt ſupra. Sed ſi ſtuprum ſit ſine vi in alijs caſibus ſi eſt nobilis, punitur medietate bonorum & applicatur fiſco, ſi eſt ignobilis fuſtigatur & relegatur, etiam quod puella voluerit: Si vero fuerit ſeruus, mortis pœna punitur. & ratio eſt, quia vir diſcretus non debet conſentire inconſtantiæ mulieris. vt per eundem Grammat. d. vot. 4. Si vero commiſerit plura ſtupra punitur pœna mortis. per Grammat. vot. 13. num. 15. ſiue ſit ſtuprator virginis, ſiue viduæ, ſiue ſit nobilis, ſiue ignobilis. per text. in d. §. lege Iulia. inſtit. de publ. iud. & per Sil. nupt. in verb. Eſt nubendum. in tractat. de ſtupr. Et ſupradicta habent locum de iure ciuili communi. & de iure regni ſtuprator punitur pœna mortis. per conſtit. regni capitalem. quod ſeruatur in ſtupro violento tantum. ſed de iure canonico antiquo ſtuprum cum vi punitur pœna capitali. per text. in cap. 2. 36. quæſt. 1. quia de iure canonico raptus & ſtuprum cum vi, idem ſunt. per iura vero moderna, raptor ſiue ſtuprator cum vi, verberatus mittitur in monaſterium perpetuo. vt per Abb. in cap. peruenit. de rapt. Sed ſi raptor ſiue ſtuprator cum vi,

ducat ſtupratam in vxorem non punitur in foro contentioſo, ſed in foro pœnitentiali, vt dictum eſt ſupra. Si vero ſtuprum ſit ſine vi, ſtuprator tenetur ducere in vxorem ſtupratam ſine dote, ſi eſt laicus qui poſſit ducere. ſi vere ſit laicus qui habet vxorem, tenetur dotare ſtupratam: & vltra ſi eſt ignobilis ſtuprator, laicus verberatur & mittitur in monaſterium ad tempus ad agendum pœnitentiam. per text. in cap. 1. & 2. de adulter. & Hoſt. in ſumma. in tit. de adult. clericus vero ſtuprator dotabit ſtupratam, & verberatus mittitur in monaſterium, ac etiam poteſt deponi. vt habetur in d. cap. 2. de adulter. & cap. at ſi clerici. de iud. Et licet de iure ciuili, per dictam conſtit. reg. capitalem. raptor, ſeu ſtuprator violentus non admittitur contrahere matrimonium cum rapta, ſeu ſtuprata, tamen de iure canonico raptor etiam cum vi, poteſt contrahere matrimonium cum rapta, poſtquam reſtituta fuerit parentibus, & ipſe egerit pœnitentiam, & interuenit vtriuſque conſenſus, & etiam parentum raptæ. per text. in cap. apud omnipotentem. 36. quæſt. 1. & cap. fin. de rapt. ſed ſi eſt ſtuprator ſine vi, non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili poterit contrahere matrimonium cum ſtuprata, quia hoc non reperitur prohibitum, nec de iure ciuili nec de iure canonico. Et in talibus ſeruatur ius canonicum. maxime quando eſt contrarium iuri ciuili. Sed hodie obſeruatur Sac. Conc. Trid. c. 6. 24. ſeſſ. vt ſupra dixi in ſecundo membro. num. 43. & in primo membro huius tituli. num. 42. circa finem. ibi vide. Inſuper eſt ſciendum quod ſtuprum violentum dicitur non ſolum quando interuenit vis vera, ſed etiam quando interuenit vis interpretatiua, ſcilicet blanditiæ, allicitationes, & doloſæ promiſſiones. vt per Afflict. in d. conſtit. regn. ſi quis rapere. 2. notab. 3. quæſt. & Foller. in practic. crimin. in verb. ſi confitebuntur. Et ſi ſit factum diuortium inter maritum & vxorem, quo facto vxor rapiatur, puniuntur tam maritus quam raptor. per Hippol. in d. l. vnic. num. 258. Et ſupradictis pœnis punitur ſtuprum non ſolum cum virgine,

ſed

Digitized by Google

ſed etiam cum vidua honeſta. vt per Bald. in l. quicumque. de ſeru. fugit. per text. in d. §. lege Iulia. inſtit. de publ. iud. per Afflict. in d. conſtit. ſi quis rapere. colum.4. vt etiam dictum fuit ſupra de rapiente viduam. Si vero quis ſtuprat virginem, vel viduam ſine vi, ſine blandicijs, vel allicitationibus, & promiſſionibus, ſcilicet quando virgo, vel vidua accedit ad domum, vel ad lectum viri, non punitur dictis poenis; licet non ſit in totum abſolutus, & per iudicem Eccleſiaſticum concubinarij poſſunt excommunicari, & alijs poenis puniri. vide Concil. Trident. Inſuper ſtuprator vltra ſupradictas poenas, ſi procedatur ordinarie ad querelam efficitur infamis, ſecus ſi ex officio. vt per Afflict. in d. conſtit. ſi quis rapere. Item ſtuprator tenetur alere prolem quam facit cum ſtuprata donec peruenerit ad ætatem qua ipſa ſe poterit alere, tamen poſt triennium, infra quod tenetur mater alere, niſi mater ſit tam infirma, vel pauper. Item tenetur ſatisfacere omne damnum paſſum, vt de omnibus per Sil. nupt. in d. loco. Inſuper ſi neceſſe eſt ſtupratam in plus dotare propter deflorationem, tenetur ad illud plus. vt per Bernard. Diaz in practic. crimin. in verb. ſtupratores. licet virginitas non poſſit emendari, nec reſtitui, quia facta pro infectis haberi non poſſunt. per gloſ. in d. l. vnic. per text. in l. in bello. §. facta. ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. Item ſi quis deflorauit puellam immaturam, ſecundum opinionem Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcopis & cler. punitur poena mortis. ſed ſecundum opinionem Guidonis Papæ deciſ. 555. quæ eſt magis communis, non punitur poena mortis. ſed humiliores damnantur in metallum, in cuius locum hodie ſucceſſit condemnatio ad remigandum in triremibus, honeſtiores vero relegantur in inſulam. per text. in l. ſi quis aliquid. §. qui nondum. ff. de poen. Et ita obſeruatum fuit, & obſeruatur in ſac. regio conſ. vt per deciſ. Grammat. 22. Et adeo hoc verum eſt, vt ſi quis propriam ſponſam immaturam ſtuprauerit, tenetur eadem ſupradicta poena. & ita obſeruatur de conſuetudine. vt per Neapod. in conſuetud. Nea-

pol.

pol. & refert Afflict. in d. conſtit. ſi quis rapere. Item deoſculans virginem innuptam, & non cognoſcens illam carnaliter, punitur arbitrarie. vt per deciſ. Afflict. 276. vbi qui deoſculatus eſt virginem inuita fuit relegatus, & condemnatus in pœnam pecuniariam iuxta facultates. Item impubes ſtuprans debet puniri, licet extraordinarie. quia malitia ſupplet ætatem. vt per Abb. in cap. puberes. de deſponſ. impub. Et ſupradictæ pœnæ tam de iure ciuili habent locum in raptore, & ſtupratore, quam etiam de iure canonico, vt dictum eſt ſupra de ſingulis. Quantum vero ad raptam, & ſtupratam, ſunt ſtatutæ pœnæ quæ ſequuntur. videlicet prima eſt quod ſi ipſa conſentit raptui, nullum ius habet accuſandi. & quando non competit ius ipſi raptæ, nec etiam competit ius rei publicæ. per Salyc. in l. eos. C. de furt. per Bart. conſ. 100. quia volenti & conſentienti non fit iniuria. per l. nemo videtur. ff. de regul. iur. Item alia pœna eſt, vt non poſſit contrahere matrimonium cum raptore de iure ciuili. per text. in d. l. vnic. C. de rapt. virg. & Auth. de rapt. mulier. licet ſecus de iure canonico. & per Sac. Conc. Trident. ſupradicto loco allegato cui ſtandum eſt. Inſuper mulier conſentiens raptui, & fugiens cum raptore, amittit dotem, & paraphernalia, & dotis actionem, & priuatur omni hæreditate & ſucceſſione, & omnibus remanet ſpoliata. vt per Hipp. in d. l. vnic. & per Thom. Gramm. conſ. 4 Similiter ſi ſit vidua. quia quemadmodum ſi in matrimonio adulterat perdit dotem & alia priuilegia, ita & vidua. quia donec eſt vidua, dicitur eſſe in eodem matrimonio, & dicitur facere iniuriam conſanguineis viri ac ſi maritus viueret. vt per Hipp. in d. l. vnic. nu. 47. cum ſequentibus. Monialis vero ſi conſentit raptui, vel ſtupro, tollitur ab illo monaſterio vbi morabatur, & mittitur in aliud, & ibi cautius cuſtodiatur. per text. in §. penult. Auth. de ſant. Epiſc. & per ſcribentes in c. ſi quis rapuerit. 27. q. 1. Quantum vero ad auxiliatores raptorum, dicitur quod puniuntur eadem pœna ſicut raptores. per d. l. vnic. quod tamen eſt correctum de iure canonico.

vt per

Digitized by Google

vt per Affl. in d.conſt.ſi quis rapere.Item aſſocians raptorem,qui a principio principaliter ad hoc ſe vniuit cum raptore, punitur eadem pœna qua raptor. per d. l. vnic. Si vero poſt ſe vniuit, & non principaliter ad hoc, punitur extraordinarie. niſi probetur quod ignorabat factum vt dicetur infra. vt per Hipp.in d.l.vnic. nu. 179. Si vero præſtitit auxilium non ad raptũ, ſed tantum ad euadendum, tenetur ex titulo de his qui latro. l. 1. vt per Hipp. in d. l. vnic. nu. 186. In dubio tamen ſi quis inueniatur tempore raptus cum raptore, non punitur pœna ordinaria raptus, niſi probetur quod ad hoc principaliter venerit. quia eſſe potuit quod ex improuiſo venerit, & non cadit hoc eſſe, ſi ab hoc contingit abeſſe.l. neque natales. C.de probat. vt per Hipp. in d. l. vnic.nu.81.tamen punitur extraordinarie arbitrio iudicis. Et ſicut quantum ad auxiliatores non eſſet correcta d. l. vnic. de iure canonico, nec tamen inuenitur confirmata, & propterea clerici item & laici in terris Eccleſiæ auxiliatores, non puniuntur dictis pœnis, ſcilicet mortis naturalis, & amiſsionis omnium bonorum. & Eccleſia vtitur æquitate in omnibus ita & in hoc. & ſic puniuntur extraordinarie. vt per Bal.in l. priuilegia. C.de ſacroſanct.Eccleſ. Carrer.in pract.crim.§.circa.nu.299.Bal.in l. 1. C. vnde vi. penul. col.& Hipp. in d. l. vnic. C. de rapt. Sed in terris imperij, auxiliatores puniuntur dictis pœnis mortis naturalis, & amiſsionis omnium bonorum, quemadmodum raptores. per d. l. vnic. vt dictum eſt. etiam vltra alleg. per Anchar. conſ. 117. Bal. conſ.226.3.vol. Marſ.in l.nihil intereſt. nu.20.& 28.col.fin. ff.de ſicar.Bal.conſ.171.vol.4.Cepol.conſ.56.vt per Iac.Nouell. in ſua pract.crim.ad defenſam. nu. 133. Et non ſolum auxiliatores ſed etiam receptantes raptorem & raptam, puniuntur pari pœna cum raptore. per d. l. vnic. Intellige tamen cum diſtinctione ſupradicta. limita tamen, niſi receptatores ſint coniuncti & affines raptorum. quia tunc mitiori pœna puniuntur. Item limita,niſi coacte receptauerunt, quia raptores erant plures & potentes, receptantes vero timebant ne dicti raptores comburerent eorum domum. item quia ignorabant eſſe raptores, quia in talibus caſibus veniendo.

46 Quintum membrum nulla pœna puniuntur ipſi receptatores.

per

per Hipp.in d.l.vnic. nu.205. Item qui inueniuntur cum raptore tempore raptus, ſi probatur quod ignorabant factum,ſed ex caſu ſe vniuerunt cum raptore, & nullum dederunt auxilium raptori non puniuntur aliqua pœna. vt per Hipp. in l. vnic. num. 179. Quantum vero ad raptores principales, dicitur quod illi excuſantur qui rapiunt mulierem inhoneſtam, vt non puniantur dictis poenis ordinarijs, licet puniantur poena extraordinaria arbitrio iudicis. vt per Hipp. in d.l. vnic. num. 19. Item cognoſcens carnaliter puellam, quæ ab alio fuit cognita, non punitur pœna ſtupri, cum non ſit virgo nec vidua. quinimo ſi ſit meretrix quæ nunc accedit ad vnum nunc ad alium, non punitur. quia concubinatus cum meretrice non eſt punibilis de iure ciuili, licet ſecus de iure canonico, quia punitur arbitrarie. per Sil. nupt. eſt nubendum. num. 2. & per Affl. in conſt. ſi quis rapere. & per beatum Thom. ſecunda 2. quæſt. 154. Similiter concubitus non violentus cum muliere inhoneſta ſoluta, licet non ſit publica meretrix, non eſt punibilis de iure ciuili. per tex. in l. ſi vxor. ff. de adult. & ibi Angel. & l. ſi adulterium. §. ſi ea. C. de adult. Et ideo acceſſus ad mulieres inhoneſtas quæ dicuntur Fantiſchæ, non eſt punibilis. vt per Angel. in d. l. ſi vxor. Item rapiens mulierem quæ paſſa fuit ab alio rapi & cognoſci carnaliter & oſculari de eius conſenſu, non punitur pœna ordinaria raptus. per Paul. de Caſtr. conſ. 305. incip. Viſo ſtatuto. per l. ſtuprum.ff.de ritu nupt. & Alb. de Roſa.in 2.par.ſtat.q. 92. incipiente. ſed pone aliquis. & per alia iura alleg. per Hipp. in d.l.vnic. n. 13. Et ratio eſt quia præſumitur conſenſiſſe. Licet tamen non puniatur vt raptor violentus, tamen punitur poena extraordinaria. per ſupradicta. Item ſi inter raptorem,& raptam præceſſerit tractatus matrimonij,ſi poſtea ſequitur matrimonium inter eos, nulla pœna ſequitur de iure canonico. quia ſi ſequeretur poena, fruſtra per ius canonicum concederetur contrahi matrimonium. vt per Affl.in d. conſt. ſi quis rapere. col. 5. licet ſecus de iure ciuili vt dictum eſt. Item non ſolum ſi præceſſerit tractatus matrimonij, ſed etiam ſi nullus tractatus præceſsit, ſi poſtea ſequatur matrimonium, non ſequitur aliqua poena de iure canonico. per Abb.in d.c. peruenit.de rapt. ſed ſecus per Sac.

Conc.

Digitized by Google

Conc. Trid.d.c.6.ſeſſ.24. vt ſupradictum eſt. Item quando virgo fuit corrupta per vim, cum non conſenſerit, mens eius non dicitur corrupta apud Deum, & non perdit aureolam, quæ eſt præmium virginitatis. per c.de prudentia. 32.q.5. Item licet de iure canonico bona raptoris applicentur raptæ ſi non ſequatur matrimonium, vt dictum eſt ſupra per iura allegata, ſi tamen ſequatur matrimonium inter eos, dicta bona raptoris non applicantur.per glo.in c.ſecundum legem.de hæret.in 6. & vltra alias rationes, quæ ponuntur per Doct. hoc tenentes. & eſt ratio quia ſi mulier conſentit matrimonio raptoris, videtur remittere, & condonare bona viro, quia non vult eius virum punitum, ſed liberum ab omni pœna. & ſat eſt mulieri quod habeat alimenta de fructibus bonorum viri, & quod habeat dotem hodie ex bonis viri. per d. Concil.Trid. Item ſi mulier per vim rapta graui detur, ſeu concipiat, natus ex ea non eſt ſpurius. vt per Hipp. in d.l.vnic.num.205. Item ſi mulier accedit ad domum clerici, & ſtupratur ab eo, clericus ſtuprator non punitur pœna deportationis, & alijs vt violentus, ſed mitiori. nec tunc tenetur præſtare dotem puellæ, nec in foro contentioſo, nec in foro pœnitentiali. vt Bernar.Diaz in verb.ſtupratores. vt per Silu. & alios. Item licet ſtuprator teneatur patri puellæ ad intereſſe in illud plus quod ſoluit pro dote propter deflorationem virginis, ſi tamen pater fuit leno, & conſentit ſtupro, ſtuprator non tenetur. per Bernar.Diaz in verb. ſtupratores.& ſi fit conuentio cum puella, & cum patre puellæ ſimul de pretio propter ſtuprum, ſoluto pretio ſtuprator liberatur. ſed ſi puella ſine patre, vel pater ſine puella, conuenerit de pretio cum ſtupratore, non liberatur ſtuprator. Item ſi per puellam, & patrem puellæ ſimul fiat remiſsio ſtupri, liberatur ſtuprator a dote, dummodo non vi, metu, vel dolo fuerit facta, licet non abſoluitur a pœna criminali. & ſi puella inuenerit virum æque nobilem idoneũ, ac ſi non eſſet ſtuprata, ſtuprator non tenetur ad dotem. Et in caſu quo teneretur, propter deflorationem eſſet ſoluenda maior dos, debet præſtari arbitrio iudicis, attenta qualitate & facultate ſtupratoris & ſtupratæ, vel in totum ſi pater eſt valde pauper, & ſtuprator diues, vel pro parte ſtuprator, & pro parte pater, iuxta facultates

vtriuſ-

vtriuſque arbitrio iudicis. vt per Bernar. Diaz loco ſupra alleg. Et prædicta de conuentione inter ſtupratorem, & ſtupratam, & patrem ſtupratę, non habent locum in raptu de iure ciuili, vt dictum eſt ſupra, cum non poſſit eſſe aliqua conuentio, ſeu tranſactio. per tex. in l. de crimine. C. de adult. & gloſ. & Doct. in l. traſigere. C. de tranſact. ſed de iure canonico poteſt fieri, & in raptu, & in ſtupro. per prædicta. Item ſi inquiratur de raptu ſiue ſtupro, ſi ſtuprator, & ſtuprata, in iudicio confiteantur inter eos fuiſſe contractum matrimonium ante raptum & ſtuprum, abſoluuntur ambo. vt per Affl. in d. conſt. ſi quis rapere. col. 5. niſi appareat doloſe, & ſimulate hoc dicere. ſed hoc de iure ciuili, & canonico antiquo. hodie vero, quia tale matrimonium eſſet clandeſtinum, & nullum. per d. Conc. Trid. non euaderent pœnas inſtitutas per leges, & ſacros Canones. & Sac. Conc. Trid. ſi appareat per violentiam, & libidinis cauſa fuiſſe commiſſum raptum. & ſi non ſit commiſſum per violentiam, punirentur ſtupro voluntario. per ſupradicta. Poterit etiam ſtuprator ſe defendere probando impotentiam coeundi, & alias vt dictum fuit ſupra de inceſtu. & ex his ſit finis de raptu, & ſtupro.

De concubinatu, & fornicatione.

POſtquam tractatum fuit de grauioribus delictis in coeundo, ſucceſſiue & poſtremo loco venit tractandum de leuioribus, ſcilicet de concubinatu, & fornicatione. qui tractatus more ſolito etiam diuidetur in quinque membra, Primo, quid ſit concubinatus, & fornicatio, & quomodo differant inter ſe, & quibus modis committatur concubinatus, & quibus modis fornicatio. Secundo quomodo procedatur in dictis criminibus & quolibet ipſorum, & per quem iudicem. Tertio, quæ probationes requirantur in dictis criminibus. Quarto quibus pœnis puniantur. Quinto ex quibus quis excuſetur, & defendatur in dictis criminibus.

47 Quo ad primum dicitur quod concubinarius eſt, qui ſolutam, & corruptam, nulloq. ſibi ſpiritualis vel carnalis cognationis vinculo coniunctam, domi retinet, cum qua conſueuit carnaliter

Digitized by Google

Digitized by Google

liter commiſceri. Et vt ſit concubinatus requiruntur plura, ſcilicet. primo, quod ſit ſoluta cum qua poſſit conſiſtere matrimonium. Item quod ſit vnica retenta in domo. Itẽ quod ſit retenta in ſchemate concubinæ. & tunc dicitur in ſchemate concubinæ, quando animo deſtinato quis tenet, vel proteſtatur, quod illam tenet in concubinam. per l. penul. ff. de concub. & etiam ſine proteſtatione ſi continuo tempore tenet domi mulierem inæqualem, & inferioris condicionis. per tex. in l. donationes in concubinam. ff. de donat. l. libere. ff. de ritu nupt. Item quod ducatur a viro in domum ſuam, & publice cum ea cohabitet. Item quod non ſit virgo, vel nupta, vel vidua honeſta. Item quod non ſit conſanguinea, vel affinis, carnalis vel ſpiritualis in quibus poſſit cadere ſtuprum, vel adulterium, vel inceſtus. Item quod conſenſus vtriuſque ſit manifeſtus in concubinatu. vt per Iſern. in conſt. ſi quis rapere. per iura per eum alleg. ibi per Gramm. vot. 4. per Bernar. Diaz. in pract. crim. in verb. concubinarij. Item committitur concubinatus non ſolum quando mulier retinetur domi vt ſupra, & tractatur vt concubina, ſed etiam quando retinetur domi vt pediſſequa matris, vel ſororis, & conſtat quod eam carnaliter cognoſcit, & tenet eam in concubinam. Item etiam ſi tenet in domo ſeparata, & conſtat de conſuetudine, & eſt diffamatus in vicinia, vt per Bernar. Diaz loco ſupra allegato. & clerici non debent conuerſari cum mulieribus ſuſpectis, nec debent viſitare monaſteria monialium ad euitandum turpem ſuſpicionem. cap. monaſteria. de vit. & honeſt. cler. & tot. tit. & Hoſt. in ſum. eod. tit. §. vſum. Similiter & Monachi. vt per Io. Andr. in c. ſicut. de hom. Et non debent habere concubinas. c. non debent. 32. diſt. & c. nullus. & c. veſtra. de cohab. mul. & cler. & Auth. de mon. §. ſi quis autem. col. l. 1. Et licet concubinatus non ſit prohibitus de iure ciuili, tamen de iure canonico eſt illicitus. c. 1. 32. q. 4. per Bar. in l. in concubinatu. n. 2. ff. de concub. Et continetur interpretatiue ſub præcepto, Non mœchaberis. vt per Abb. in rub. ext. de adul. & dicitur etiam prohibitus de iure ciuili, ex quo imperator in concernentibus animam ſe ſummittit canonibus, & ſi canones prohibent, ergo dicitur etiam

prohibitus per leges imperiales, vt Auth. de Eccleſiaſticis. tit. & Aut. vt determ. ſit num. cler. vt per Abb. in c. cum veniſſet. nu. 26. de inſtit. Vnde cognito quid ſit concubinatus, eſt videndum quid ſit fornicatio, vt ſciatur in quo differant. & dicitur quod fornicatio eſt vnus concubitus cum ſoluta, non virgine, non coniuncta aliquo vinculo conſanguinitatis, vel carnalis, vel ſpiritualis. & ſic differt a concubinatu in hoc, quia fornicatio committitur per vnam ſolam carnalem coniunctionem, concubinatus vero requirit perſeuerantiam, & quod in ſchemate concubinatus, prout dictum fuit ſupra. Et dicitur aliqua ſimplex fornicatio, quando commmittitur per laicum ſolutum, vel per clericum in minoribus. ſi vero per Sacerdotem, ſeu Presbyterum, dicitur triplex. & ſi per laicum coniugatum dicitur duplex. vt per Abb. in c. quia circa. nu. 3. cum ſequentibus. ext. de bigam. Sed melius dicendum quod ſimplex fornicatio eſt, quando ſolutus cum ſoluta ſimul ſe coniungit, vt non poſſit tranſire in concubinam, vel aliud nomen delicti. quando vero reiterant fornicationem, poteſt dici & duplex fornicator, & triplex, iuxta numerum, dummodo quod non teneat in ſchemate concubinatus. Sed ſi ſit clericus in ſacris tanto maior eſt fornicatio, quanto maior eſt in ordine, & quanto plus reiterat. & fornicatio eſt nomen generale, & poteſt compræhendere omnem illicitum coitum. 36. q. 1. cap. 1. per Abb. in cap. plerumque. nu. 2. de donat. inter vir. & vxor. & in cap. cum ſit generale. de for. compet. Et licet apud antiquos paganos non fuiſſet peccatum, hodie tamen eſt peccatum mortale, licet minus quam alia peccata carnis. vt Bauer. in §. eſt autem. col. 2. inſt. de hæred. inſtit. Et dicere quod non eſt peccatum, eſt hæreſis. vt per Abb. in clem. ad noſtram. de hæret. Et omnis coitus præter vxorium, eſt prohibitus, & eſt peccatum mortale, & aſſerere contrarium pertinaciter, eſt hæreticum. per D. Thom. 2. 2. quæſt. 154. vt per Affl. in conſt. ſi quis rapere. 2. notabi. 3. quæſt. & Caccial. in repet. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orph. col. 11. Et etiam oſculum libidinoſum eſt peccatum mortale. vt per Capp. Tholoſ. deciſ. 346. Et fornicatio

Digitized by Google

catio conſumat facultates, & ſubſtantiam. & per Caccial. in d.l.ſi qua illuſtris.& per Affl. in d.conſt.ſi quis rapere.& conſt. inconſutilem. & ſemper clerici, & laici peccant mortaliter quotieſcunque exercent actum libidinoſum, & incidunt contra præceptum diuinum, Non mœchaberis, præterquam cum vxore deſiderio procreandi filios. vt per Abb. in c. vt clericorum. num. 2. & 3. de vit. & honeſt. cler. Et ſi coeunt cum vxore per libidinem ſine deſiderio procreandi filios, peccant venialiter. per gloſ. in c. vnum. §. quæ autem. in verb. exceptio. 25. diſt. Et ſi mulier ſecundo nubat deſiderio procreandi filios non peccat, quia ſecundo nubens dicitur caſte viuere. per c. Nicena. 31. diſt.

48 Quo ad ſecundum dicitur, quod antequam procedatur ad puniendum concubinatum, clerici debent moneri per iudicem ne teneant in domo mulieres ſuſpectas nominandas: vt in c. 1. & 2. de cohab. mulier. & cler. per Abb. in c. veſtra. & c. tua nos. eod. tit. & c. at ſi clerici. de iud. & per Præpoſ. in c. nullus. 32. diſt. & per Innocentium ibi. Et hoc niſi concubinatus ſit notorius; quia tunc non debet præcedere monitio. vt per Præpoſ. ibi. Et quod debet prius moneri, vltra dicta iura eſt Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 14. Et poteſt procedi ex officio ſummarie ſimpliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta. vt per d. Conc. Trid. Et poteſt tam concubinarius, quam concubina accuſari per parochianos. vt per deciſ. Boer. 72. Et ſi non accuſantur poteſt contra eos procedi ex officio, vt dictum eſt per iura ſupra allegata, per d. Concil. Trident. Et poteſt iudex Eccleſiaſticus procedere contra concubinarios etiam laicos, cum ſit crimen mere Eccleſiaſticum. vt per Abb. in c. cum ſit generale. num. 25. de for. compet. per tex. & gloſ. in c. eos. 32. diſt. cap. virginibus. 27. quæſt. 1. & Abb. in cap. 2. de cohabit. mulier. & cler. & d. cap. vt clericorum. de vit. & honeſt. cler. Et concubina clerici debet puniri per Epiſcopum, & non per iudicem laicum, ſecundum opinionem gl. in d. c. eos. 32. diſt. & ibi etiam Arch. & Card. Item per Alex. Salic. &

alios in l. cum quædam puella. de iuriſd. omnium iud. & per Abb. Fel. & Doct. in c. ſi concubinæ. de ſent. excomm. & in d. c. cum ſit generale. de for. compet. Et quod puniatur per iudicem Eccleſiaſticum eſt Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 18.

49 Quo ad tertium dicitur quod concubinatus probatur ſi conſtat quod clericus habet filios cum meretrice, quia redarguitur incontinentiæ paternæ. per c. propoſuiſti. 82. diſt. Item quando habet eam in concubinam publice, taliter quod non eſt locus tergiuerſationi. vt per Abb. in d. cap. tua nos. de cohab. mul. & cler. Item ſi conſtat quod tenet in concubinam, licet mater habeat vt pediſſequam. Item ſi probatur de conſuetudine, & quod in vicinia eſt publice diffamatus. vt per Bernard. Diaz in verb. concubinarij. Item ſi conſtat per ſententiam, vel per confeſſionem ipſius concubinarij, vel per rei euidentiam, quæ nulla poteſt tergiuerſatione celari, & ipſe non audet diffiteri, quia tunc dicitur concubinatus notorius. vt per Bernar. Diaz in d. loco ſupra allegat. Item ſi conſtat quod quis tenet mulierem vt vxorem, & proteſtatus eſt, quod tenet illam in concubinam probatur concubinatus. per ſupradicta. Item ſi probatur quod quis continuato tempore tenet domi mulierem inæqualem, & inferioris condicionis, etiam quod non conſtat de proteſtatione prædicta, præſumitur concubinatus. l. donationes in concubinas. ff. de don. l. liberi. ff. de rit. nupt. Item ſi non apparet, nec conſtat de ſolemnitate matrimonij, magis præſumitur concubinatus quam matrimoninum. Item ſi quis ſtuprauerit virginem humili loco natam, & perſeuerat in cohabitatione cum ea conſentiente, ſi hoc probatur præſumitur concubinatus. per Grammat. vot. 4. per Iſern. in conſtit. ſi quis rapere. Si vero probetur tenere mulierem libere honeſte natam perſeueranter per multos annos, præſumitur matrimonium tam de iure ciuili quam de iure canonico. per c. illud. de præſumpt. per Bar. in l. in concubinatu. ff. de concub. Et hoc per iura antiqua. Sed hodie

per

per Concil. Trid. annullatur, & non tenet matrimonium non ſeruata ſolemnitate d. Conc. nec præſumitur matrimonium niſi probetur dicta ſolemnitas. Et quæ dicta ſunt ad probationem concubinatus, faciunt etiam ad probationem fornicationis. & multo magis cum ſint delicta occulta, & difficilis probationis, ſufficiunt ſupradictæ præſumptiones. & etiam teſtes inhabiles admittuntur, vt dictum fuit in alijs delictis, in coeundo in tertio membro. vide ibi.

50 Quod ad quartum dicitur quod Deus imprimis punit delictum fornicationis, ſeu concubinatus. Etenim propter fornicationes Deus miſit diluuium, prout in Geneſ. cap. 6. Et propter peccatum libidinis Deus miſit ægritudinem lepræ, ſcilicet morbi Gallici per Ioannem Ilmenac in tract. de morbo Gallico cap. 6. per Sil. nupt. in verb. eſt nubendum. lib. 4. num. 24. & 25. Et de iure canonico ſecundum vnam opinionem pœna concubinatus eſt depoſitio. per gloſ. in c. Maximianus. 81. diſt. & cap. lator. 2. q. 7. & cap. presbyter. 82. diſt. ſcilicet in clerico in ſacris conſtituto, ac etiam in Epiſcopis, & alijs Prælatis. ſed ſecundum opinionem quam elicit Decius ex dictis Abb. in cap. at ſi clerici. de iud. eſt pœna arbitraria in omnibus, conſideratis circumſtantijs. ſcilicet ſcandalo ſurgente, & patriæ conſuetudine, & alijs. quandoque. priuationis beneficij, aliquando ſuſpenſionis, aliquando depoſitionis, aliquando præcedente monitione, aliquando ſine monitione. vt per dictum Abb. in d. cap. at ſi clerici. col. 1. & per gloſ. in c. fraternitatis. 34. diſt. & in cap. a crapula. de vit. & honeſt. cler. quam ſequitur ibi Felin. & dicit eſſe communem. quam ſequitur etiam Anan. in cap. ſignificaſti. col. 2. de adult. & per Bernar. Diaz in ſua pract. crimin. in verb. fornicarij. Et hæc ſæcundum iura decretalia. ſed hodie per Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformatione. cap. 8. in clericis beneficiatis pœna concubinatus eſt, vt prima vice moneantur, & ſi poſt monitionem incurrant, priuantur tertia parte fructuum, & prouentuum. & ſi ſecunda vice incurrant, priuantur omnibus fructibus, ac etiam penſio-

nibus, applicandis locis pijs, ac etiam adminiſtratione. pro tertia vero vice priuantur in perpetuum, ac etiam excommunicantur. non tenentes vero beneficia puniuntur arbitrarie. ſi vero ſint Epiſcopi ad Summi Pontificem deferantur. ſi vero ſunt laici, ſiue ſunt vxorati ſiue ſoluti, ſi moniti non dimiſerint concubinas, excommunicantur, & non abſoluantur donec dimiſerint. ſi vero perſeuerauerint per annum, puniuntur per Ordinarium ſeuere pœna arbitraria.& ſi concubinatus eſt notorius, taliter quod non audet diffiteri, ſi eſt clericus eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officio & beneficio, & ſi celebrat incurrit irregularitatem. per Abb. in cap. veſtra. in 3. colum. de cohabit. mul. & cler. Et non ſolum eſt ſuſpenſus quo ad ſe, ſed etiam quo ad alios, & audientes diuina ab eo peccant mortaliter. per Abb. in cap. qua circa. num. 3. 4. & 5. de bigam. Et non ſolum Sacerdos, & clericus in ſacris, ſed etiam in minoribus, ſi eſt notorius concubinarius eſt ſuſpenſus in actibus ordinum ipſo iure, quamdiu perſeuerauerit in delicto concubinatus. & ſi interim exercet officium, eſt irregularis, & eget diſpenſatione Papæ. vt Floren. 3. part. cap. titul. 27. ad quod allegat Innocen. Archid. Hoſt. & Anton. quod etiam ſequitur Siueſtr. in ſumma verb.concubinarius. Et in tantum punitur concubinarius, quod etiam ſi habet vxorem leproſam, ſi admittit concubinam, per Eccleſiam excommunicatur. per Abb. in cap. 1. num. 6. de coniug. leproſ. Inſuper filij presbyterorum non poſſunt aliquid habere ex perſona & ſubſtantia parentum. vt Auth. qui. mod. nat. effic. ſui. & per Campan. in cap. regni. porrecta. num. 60. Inſuper terræ, ſeu prædia per filios clericorum, vel per matres concubinas empta, non ſunt immunia & exempta a collectis & æſtimo, quia prohibitum eſt a iure tenere concubinas, & filios procreare, quia ſi delinquunt non debent ex delicto immunitatem habere. per tex. in l. auxilium. ff. de minor. Et filij presbyterorum non ſunt filij nominandi cum ſint ex damnato coitu. per Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Et eſt bulla felicis recordationis Pij Papæ V. an-

no-

Digitized by Google

no 1571. anno ſexto ſui Pontificatus, per quam filij clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum non poſſunt aliquid acquirere, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam ex bonis paternis, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, nec quouis titulo, etiam ex pia cauſa, etiam per eleemoſynam, quæ annullat omnes contractus factos, & faciendes, & quæcumque teſtamenta facta, & facienda in contrarium. Et ſic cautelæ datæ per Cæpoll. prout in eius cautel. 38. nihil proſunt, ſtante dicta bulla. Inſuper eſt alia pœna concubinarij, ſeu fornicatoris, quia ſi eſt laicus & contraxit ſponſalia de futuro etiam iurata & poſtea cõmiſit fornicationem cum aliqua coniuncta, ſiue ſpõſus, ſiue ſponſa, per dictã fornicationẽ ſoluuntur ſponſalia prædicta in odium fornicatoris, & non in eius commoditatem, ſeu fauorem. taliter quod ſi vnus ex ſponſis non fornicans noluerit ſoluit ſponſalia, & ipſe fornicans voluerit ſolui, non erunt ſoluta in odium fornicatoris, quia delictum ſuum non debet ſibi prodeſſe. per Abb. in c. quemadmodum. nu. 4. de iureiur. per c. 2. de tranſ. præſ. Item non ſolum punitur ſi quis committit concubinatum cum muliere antea honeſta, ſed etiam ſi cum meretrice, quæ ſit concubina alterius, vel cum illa quæ habet nomen honeſtæ mulieris, vel cum illa quæ non habet nomen honeſtæ mulieris, & etiam quod ſit publica meretrix, ſi coitus eſt violentus punitur etiam de iure ciuili. per Bar. in l. vxor. ff. de adult. & per conſt. regn. punitur pœna mortis naturalis. & ſi quis fornicat cum concubina patroni ſui tanto magis punitur. vt per Bar. ibi. Et ſi quis fornicatus eſt cum concubina patris, pater ex illa cauſa poteſt illum exhæredare. per tex. in §. aliud quoque. Auth. vt cum, de appell. cogn. & c. quintauallis. de iureiur. Item committens fornicationem cum ſerua, ſi non eſt libera punitur extraordinarie, ſi vero eſt libera punitur pœna ordinaria. per Bar. in l. inter liberas. ff. de adult. Item patronus cognoſcens carnaliter ſeruam, videtur ei dare libertatem. per Bar. & Doct. in l. ſed hac. §. ſi liberta. ff. de in ius vocan. Quæ ſupradictæ habent locum in concubinarios, &

Digitized by Google

fornicarios. concubina vero clerici poteſt excommunicari per iudicem Eccleſiaſticum. per tex. in c. eos. & ibi gloſ. & c. cum multæ. 15. q. vltimã. & Abb. in c. concubinæ. de ſent. excomm. Inſuper cognoſcens carnaliter excommunicatam ex delicto fornicationis, eſt excommunicatus. per Abb. in d. c. concubinæ. Inſuper concubina clerici poteſt expelli tam per iudicem laicum quam per iudicem Eccleſiaſticum. vt per deciſ. Boer. 72. Sed hodie. per Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reformatione matrim. c. 8. concubinę, ſiue ſolutæ ſiue vxoratæ, ſi ter monitæ non obediunt puniuntur per ordinarium pro modo culpæ, & expelluntur extra oppidum, vel diœceſim, inuocato ſi opus fuerit brachio ſeculari. Item licet concubina transferatur per concubinarium, non propterea mutat domicilium, vt efficiatur de foro concubinarij, & gaudeat priuilegijs loci concubinarij, niſi ipſa ex ſuo animo transferat ſuam ſedem, & maiorem partem patrimonij, ſed ſponſa aſſumit ſibi domicilium ſponſi etiã nondum ducta ad locum, & domum ſponſi. per Bar. in l. imperatores. §. idem reſcripſerunt. nu. 2. ff. ad municip. Item concubina non eſt in dignitate concubinarij, ſicut vxor in dignitate viri, cum concubinatus etiã de iure ciuili non approbatur, licet non reprobetur, ſed matrimonium approbatur non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili. vt per Bart. in l. item legato. §. parui. ff. de leg. 3. Et vide triginta pœnas concubinatus, per Bern. Diaz in ver. concubinarij.

Quo ad quintum dicitur quod licet concubinatus ſit reprobatus, & punibilis de iure canonico, de iure tamen ciuili non eſt approbatus, nec reprobatus ſicut ſunt reprobati alij coitus prout eſt inceſtus, adulterium, ſtuprum, ſacrilegium, in quibus nati ſunt illegitimi, & non poſſunt legitimari per ſubſequens matrimonium; ſed filij nati ex concubina dicuntur naturales, quia remanent in primæuo iure naturæ: & licet non dicantur legitimi, tamen inſpecto primæuo iure naturæ, quia non ſunt ex coitu illegitimo, & reprobato, non dicuntur illegitimi, & poſſunt ſuccedere in teſtamento in totum, non exiſtentibus legitimis, & ab inteſtato ad duas vncias,

exi-

exiſtentibus vero legitimis in teſtamento ſuccedunt ad vnam vnciam. ab inteſtato ali debent, per tex. gl. 2. Ang. in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. vlt. Item poſſunt legitimari per ſubſequens matrimonium. per Bar. in l. in concubinatu. nu. 5. ff. de concub. Et proinde clericus in minoribus conſtitutus poteſt concubinam ſuam in vxorem ſumere, ſi modo tempore quo filios cum ea procreauerit non habebat beneficium, filij cum ea procreati legitimantur per ſubſequens matrimonium, quia rebus ſic ſtantibus procreauit filios tempore quo illam in vxorem poterat ducere. ſecus ſi tempore quo procreauit filios habebat beneficium, quia illam in vxorem ducere non poterat, & ſic dicti filij non legitimantur per ſubſequens matrimonium. vt per Bar. in d. l. in concubinatu. Inſuper licet concubinario defendere concubinam quam tenet domi loco vxoris, quia parum videtur diſtare ab vxore. per l. 1. C. de concub. per Affl. in conſt. regn. iuriſgentium. 8. notab. Item ſi quis habuerit mulierem domi, & illam tenuerit loco vxoris per quadraginta annos, filij ex ea geniti ſuccedunt vt alij legitimi & naturales, licet non probetur ſollemnitas matrimonij. per Afflict. in conſt. ſancimus. ſuper glo. Sed hodie hoc non habet locum. per Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reformatione matrimonij, per quod annullantur omnia matrimonia clandeſtina non ſeruata forma dicti Conc. & ſollemnitas non præſumitur niſi probetur, & propterea matrimonia ſcribuntur per parochum in libro matrimoniali; vt diſponit Sac. Conc. Inſuper quando concubinatus clerici non eſt notorius, quia poteſt aliqua tergiuerſatione ſe excuſare, non debet euitari vt audiantur ab eo diuina, ſed debet ex-
51 pectari admonitio, ſeu mandatum ſuperioris. vt per Abb. in cap. veſtra. col. 3. de cohabitatione muli. & cler. prout per Silueſt. in verb. clericus. el. 2. Et ſi concubinatus, ſeu fornicatio eſt occulta tollitur per ſolam pœnitentiam. ſed ſi eſt notoria, vltra pœnitentiam requiritur diſpenſatio. vt per Abb. in d. c. at ſi clerici. de iud. & in c. quia circa. de bigamis. Item ſi clericus habet concubinam, poſt longam continen-

tiam poteſt in Epiſcopum aſſumi quemadmodum vxoratus, ſi vxor vouit religionem, & continentiam, ex magna tamen cauſa. vt per Abb. in cap. Iane. de conuerſ. coniug. Item ſi quis in teſtamento legat aliquid vxori ſi caſte viuat, & e contra vxor marito, licet ſi ſecundo nubat regulariter dicatur caſte viuere, tamen ſi ſecundo nubat non habebit legatum, quia in hoc caſu voluntas teſtatoris fuit vt non nubat ſecundo. & propterea ad maiorem cautelam ſolet apponi in teſtamento ſi caſte viuat, & in viduitate remanſerit. vt per Abb. in c. vt clericorum. nu. 5. de vit. & honeſt. cler. Item ſi clericus etiam in minoribus exercuerit eadem officia, & ſic inciderit in irregularitatem, poteſt cum eo per ſolum Papam diſpenſari. vt Card. Floren. 3. part. tit. 2. & per Silueſt. in d. verb. concubinarij. Et in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ad forum contentioſum deductis, & in homicidio voluntario, etiam occulto ſolus Papa diſpenſat; in irregularitatibus vero, & ſuſpenſionibus occultis non deductis in foro contentioſo, nec prouenientibus ex dicto homicidio voluntario, diſpenſat Epiſcopus, vel eius Vicarius. in crimine vero hæreſis in foro conſcientiæ tantum diſpenſat Epiſcopus, non eius Vicarius, vt per Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 6. Et ex his imponitur finis præſenti tractatui de concubinatu, & fornicatione, & conſequenter ſecundo libro de delictis in coeundo, ad laudem omnipotentis Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ.

LIBER

LIBER TERTIVS DE DELICTIS IN PERCVTIENDO.

De Aſſaſsinio.

QVIA iuxta ordinem quo noſtri primi parentes deliquerunt initium noſtri libelli ſumpſimus, & ſucceſſiue iuxta eundem ordinem ſecundum librum conſcripſimus, cum tractauerimus
2 rimus in Primo de mentalibus, in Secundo de delictis in coeundo, quia poſt dicta delicta per Caim fuit commiſſum homicidium in perſonam fratris Abel, prout deſcribitur in libro Geneſis capite quarto; ideo opportune venit deſcribendum poſt delicta in coeundo, Tertio loco de delictis in Percutiendo, de quibus in hoc præſenti Tertio libro tractabimus. Et quia ex delictis in percutiendo peſſimum omnium eſt aſſaſſinium, prout ſacra iura
53 deſcripſerunt, & illud crimini læſæ maieſtatis aſſimilauerunt. vt per text. in cap. pro humani. & ibi Geminian. de homicid. in 6. ideo primo loco de crimine aſſaſſinij deſcribemus. Præmittentes tamen aliqua prius, de crimine læſæ maieſtatis, cui aſſimilatur. Hinc dicimus, quod dicti criminis læſæ maieſtatis duo ſunt capita, in primo capite committunt qui principaliter offendunt, vel machinantur in perſonam Papæ, vel Cardinalium, vel in perſonam Imperatoris, vel Regis, vel contra eius Collaterales, vel contra Rempublicam Romanam, vel alicuius ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem; in ſecundo capite committunt qui offendunt, vel machinantur contra Magiſtratus ipſius Papæ, vel Imperatoris, vel Regis, vel Reipublicæ principaliter, quod ſecundario redundat in perſonam ipſius

Digitized by Google

ipſius Papæ, vel Imper atoris, vel Regis, vel Reipublicæ. ſcilicet dare operam vt Magiſtratus Regis occidantur, & hoc non ex inimicitia quam habent cum Magiſtratibus, ſed intuitu & in odium imperij, ſeu officij. vt occidens Conſiliarium Regis eundo per viam committit crimen læſæ maieſtatis. vt per Afflict. in conſtitut. regn. vt participatio. Item ſi priuatus gerat ſe pro magiſtratu, committit crimen læſæ maieſtatis in ſecundo capite, & in multis alijs caſibus, quos numerat Capicius in deciſione 130. & Foller. in ſua pract. crimin. in verb. Item quod commiſit crimen læſæ maieſtatis. Pœna vero committentibus in primo capite, eſt mors naturalis, & damnatur eius memoria etiam poſt mortem. per l. iura. ff. ad l. Iuliam maieſt. nec poteſt habere hæredem, ſed ſuccedit fiſcus. per text. in §. per contrarium. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. & filij efficiuntur incapaces, & inhabiles bonorum, & ſucceſſionum, dignitatum, & honorum. per text. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. Committentibus vero ſecundo capite, pœna eſt mors naturalis; & publicatio omnium bonorum, & non deletur memoria rei, & eius delictum morte extinguitur, vt de omnibus plene per dictum Capicium in dicta deciſione 130. & Foller. in loco ſupra allegat. Nec eſt opus dicto crimine longius tractare, quia in locis ſupra allegatis ſufficienter eſt tractatum. & per Afflict. etiam poſt Iſern. in capite primo, §. contrahentium crimen læſæ maieſtatis, ponuntur triginta ſpecialia. Veniendo propterea ad tractatum de aſſaſinio diuido in quinque membra. & Primo videndum eſt, quid ſit aſſaſſinium, & vnde dicatur, & quot requirantur, vt dicatur commiſſum aſſaſſinium. Secundo quomodo procedatur in dicto crimine, & per quem iudicem. Tertio quæ probationes requirantur. Quarto quibus pœnis debet puniri, & quæ ſint ſpecialia dicti criminis. Quinto ex quibus quis excuſetur, & defendatur.

54 Quo ad primum dicitur, quod ille proprie dicitur aſſaſſinus; qui pecunia, vel alterius rei pretio conductus, hominem occidit, vel percutit, nihil tale ab eo præcauentem. ſecundum

dum Domin. Ancharan. Imol. in cap. pro humani. de homicid. in 6. Et plures interueniunt ad committendum aſſaſſinium, ſcilicet ſoluens, vel promittens pecuniam, vel plures ſoluentes, vel promittentes. Item accipiens pecuniam, vel acceptans oblationem, vel plures accipientes, vel acceptantes oblationem. Taliter quod numquam vnus ſolus interuenit ad committendum aſſaſſinium. per ſupradicta. ac etiam ſi ſit data, vel promiſſa pecunia, accepta, vel acceptata, ad occidendum Chriſtianos, etiam homicidiarios, dicitur aſſaſsinium. per Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. num. 14. ff. de iniur. & in l. Cicero. ff. de pœn. per Paul. de Caſt. in l. 1. §. fin. ff. de eo. per quem factum fu. per Bald. & Salicetum in l. non ideo minus. col. penult. C. de accuſ. argumento l. qui ſepulcra. C. de ſepulcr. violato. Alex. conſil. 166. vt per Capicium deciſione 155. & eſt communis opinio. per Viu. in ſuis commun. opinion. in verb. aſſaſſini. Et non ſolum ſi ſit data, vel promiſſa pecunia, ſed etiam ſi ſit data, vel promiſſa alia res pro pretio eſt aſſaſſinium. per text. in l. pecuniæ appellatione. ff. de verborum ſignificat. & per Capicium in dicta deciſione 155. num. 22. & etiam quod non ſit data pecunia, vel alia res, ſed tantum mandatum factum ad occidendum, & acceptatum, vt complaceat, ſecundum opinionem quorundam. vt per Grammat. vot. 9. num. 123. Sed ſecundum aliam veriorem, & magis communem opinionem non dicitur aſſaſſinium per acceptationem ſolam ad complacentiam. quia ſi hoc eſſet, ſi pater mandaret filio vt occideret aliquem, & filius committeret homicidium propter obedientiam, & complacentiam patris, eſſet aſſaſsinus, quod dicendum non eſt. quare dicendum eſt, quod neceſſe eſt, quod detur, vel promittatur pecunia, vel aliqua res. vt per Camp. in cap. regni frequens. & per adducta per eum ibi num. 7. Requiritur etiam quod ſit acceptata. quia ſi non fuit acceptata, nuda promiſsio non ſufficit ad qualitatem aſſaſsinij. per ſupradicta. Item quod fuit quantitas certa, & ſpecificata. quia ſi quis dixerit ego ſoluam tibi pecuniam, non ſufficit, vt

per

per Camp. in dicto cap. frequens. num. 71. cum ſequentibus. per Baldum conſil. 383. & per iura per eum ibi allegata. Et aſſaſsinium eſt ſi committatur per quemlibet in omni genere hominum. nec d. cap. pro humani. intelligitur ſolum de genere infidelium, ſed de omni genere, vt dictum eſt. & hæc eſt communis opinio. vt per Camp. in d. cap. frequens. Et dicitur aſſaſsinium ab aſſe & m. ſi ha videlicet de quadam ſpecie pecuniæ cũ debeat interuenire pecunia, vel res, quæ contineatur ſub nomine pecuniæ, vt per Scribentes in d. c. pro humani.

55 Quo ad ſecundum dicitur, quod in crimine aſſaſsinij poteſt procedi de facto, & iuris ordine non ſeruato, & procedi ex officio. vt per Parid. de Put. in verb. inquiſitio. verſ. an in percuſsione facta cum aſſaſsinio. column. penult. & per Grammat. vot. 8. num. 5. & 6. & vot. 9. num. 17. & 18. & per Hippol. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſt. Item aſſaſsinus poteſt renunciare defenſionibus. vt per dictum Hipp. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſtion. num. 77. & per eundem Hippol. in ſua pract. crimin. in §. examinanda. num. 21. & Capicius deciſione 155. Item ad puniendum aſſaſsinium non requiritur ſententia niſi declaratoria. per Domin. in dicto cap. pro humani. & per Hippol. in loco ſupra allegato. columna ſecunda, & Capicius dicta deciſione 155. Item in crimine aſſaſsinij non admittitur appellatio. vt per textum, iuncta gloſſa in dicto cap. pro humani. & Ioannes Andreas ibi, & in dicta deciſione cap. 155. Item ſi quis ſit ciuis Aſsiſius, & committit aſſaſsinium in ciuitate Peruſiæ, ſi in dicta ciuitate Peruſiæ procedatur contra ipſum, prout procedi poteſt ratione loci delicti. per Authent. qua in prouincia. cap. vbi. de crimin. agi oportet. & ibi Paulus de Caſtr. & Scribentes, tunc ponitur ſecundum ſtatuta ciuitatis Peruſiæ. per Bart. in Anthen. vt omn. obed. iud. num. 6. Et inſuper in odium dicti aſſaſsinij poteſt per iudicem procedi contra eum, & puniri etiam in diebus Paſchæ, & alia contra ipſum ſeruari, quæ continentur in cap. de treg. & pac. quæ ſunt ſpecialia in crimine aſſaſsinij.

Quo

56 Quo ad tertium dicitur, quod in crimine aſſaſsinij non requiritur plena probatio, ſed probatur per probabilia argumenta. vt per Paridem de Puteo in loco ſupra allegato; & etiam per Grammat. in d. vot. alleg. Ita tamen quod ſint argumenta, & indicia indubitata. vt per Felinum in cap. afferte. in tertia limitatione de præſumptionibus. & per Gramm. vot. 11. in fin. & Capic. in dicta deciſione centeſima quinquageſimaquinta. Et quod non poſsit aliqua tergiuerſatione excuſari, ſcilicet vt ſufficiant ad condemnandum. vt per Abbatem in dicto cap. at ſi clerici. de iud. Sed contra mandantem vnus teſtis facit indicium ad torturam. per Baldum conſ. 129. volum. 3. incipien. ſi mandatarius. per text. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & Hippol. in l. 1. §. diuus. columna tertia. ff. de quæſtion. & idem Hippol. in conſilio vigeſimoſecundo, incipien. cunctis igitur. & Grammat. conſilio tertio, incipiente, in cauſa magn. Maxime ſi concurrant aliæ veriſimilitudines, & adminicula, ſcilicet quia mandans erat inimicus capitalis offenſi, & erat aliqua cauſa odij, vel ſi commiſſo homicidio homicidam receptauit, vel mandatarius homicida erat familiaris ipſius mandantis, & ſtatim poſt mandatum fuit ſecutum homicidium, & ſi interuenit fuga, & habita conſideratione loci, & attenta qualitate mandantis, & mandatarij. vt per Baldum in dicto conſilio 429. volum. 3. Inſuper mandatarius poteſt torqueri etiam ſine indicijs contra mandantem, quia tenetur nominare mandantem. & hoc eſt vnum de ſpecialibus, ſecundum Capicium dicta deciſione 155. Et ex his dicitur, quod ſi mandatarius in iudicio dicit fuiſſe tentatum, & ſibi fuiſſe factam promiſſionem pecuniæ per aliquem, & per ipſum non acceptatam, tunc creditur depoſitioni ipſius mandatarij contra mandantem, cum non ſit ſocius criminis in tali caſu, ſed teſtis, qui facit indicium ad torturam contra mandantem. per Baldum in dicto conſilio 429. per text. iuncta gloſſ. in verb. conuictus. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. Et hoc intelligitur concurrentibus alijs, ſcilicet attenta qualitate mandantis, & mandatarij, & alijs, vt di-

ctum eſt ſupra. Et in tali caſu vnus teſtis iunctus cum depoſitione mandatarij, ſufficit ad condemnandum mandantem, cum ſint duo teſtes. per d. conſ. Bald. maxime concurrentibus alijs ſupradictis adminiculis. Et quod dictum fuit ſupra, quod mandatarius poteſt torqueri, & cogi, vt indicet mandantem, hoc intelligitur ſi conſtat contra mandatarium, & ſunt indicia ſufficientia quod commiſerit homicidium. per Hippol. in ſua pract. crimin. §. diligenter. num. 156. per Bart. in l. repeti. ff. de quæſt. & per dictam deciſionem Capic. 155. Item ad hoc vt quis puniatur de aſſaſsinio, debet probari occiſum, fuiſſe Chriſtianum tempore ſuæ mortis, alias ſi non interfecerit Chriſtianum, ſed Iudæum, & infidelem, non punitur vt aſſaſſinus. & in dubio præſumitur fuiſſe Chriſtianum. vt per Afflict. in conſtit. ſi damna. not. 15. per Ioannem de Anan. caut. 25. Item vt quis puniatur vt mandator, debet probari mandaſſe modo quo ſupra, & ita debet pronunciari, ſcilicet mandaſſe. nec requiritur pronunciari ipſum incurriſſe in pœnam d. cap. pro humani, quia non requiritur ſententia niſi declaratoria, vt dictum eſt ſupra in ſecundo membro, & per ea quæ habentur in cap. inquiſitionis, poſt principium. & cap. cum ſecundum. de hæret. per conſilium prædictum Grammat. in materia foriudicationis num. 60. & 66. quod eſt ſpeciale in crimine aſſaſſinij. Item in crimine aſſaſſinij poſſunt recipi teſtes lite non conteſtata, & parte non citata, etiam abſente, & probant. per Domin. & Hoſtienſ. in dicto cap. pro humani. & in dicta deciſione 155. & eſt etiam hoc ſpeciale.

57 Quo ad quartum dicitur, quod vna pœna eſt aſſaſſini, vt poſſit impune occidi à quocumque, non ſolum iudice, ſed etiam priuato, & etiam à parte, quando tamen conſtat eſſe aſſaſsinum. per Afflict. in conſt. terminum vitæ. num. 23. & per Bart. in l. in laqueo. ff. de acquir. rer. domin. cum ſit à lege & populo diffidatus. per Ang. conſ. 13. Grammat. vot. 5. num. 3. & vot. 9. num. 4. Item eſt alia pœna, quod licet ipſe poſsit impune occidi, tamen ipſe non poteſt occidere foriudi-

catum

catum per pecuniam, quia factum illicitum magis vituperatur cum pecunia, quam ſine pecunia. per Afflict. in conſtitut. pœnam eorum. columna tertia, per l. ſi qui pecuniam. ff. de cond. ob cauſ. per Bald. in l. ſi in fraudem. in fin. cap. ſi quis caut. Item non ſolum aſſaſsinus poteſt a quocunque occidi, vt dictum eſt, ſed etiam eius bona poſſunt à quocumque inuadi. per Hoſtienſ. Ioann. Andr. & Domin. in dicto cap. pro humani. & per dictam deciſionem Capic. 155. Quæ etiam ſunt ſpecialia in dicto crimine. vt per dictam deciſionem Capic. Item pœna aſſaſsini eſt, vt in fruſtra ſcindatur. per Abb. in cap. at ſi clerici. num. 4. de iud. & ordinaria eius pœna eſt mortis naturalis, & inſuper vt eius bona publicentur. per tex. in dicto cap. pro humani. & ibi per Scribentes, & quia aſsimilatur crimini læſæ maieſtatis in ſecundo capite, in quo venit imponenda pœna mortis, & bonorum, & morte rei extinguitur, vt dictum eſt. Et clericus aſſaſsinus, item receptans, & occultans aſſaſsinum, eſt excommunicatus ipſo iure, & ſpoliatur omni honore, dignitate, officio, & beneficio, non tamen eſt puniendus ſupradictis pœnis, quibus laicus punitur. vt Bernard. Diaz in ſua pract. crim. in verb. aſſaſsini. Et imponitur dicta pœna aſſaſsino, non ſolum quando cum effectu patrauit, ſed etiam quando fecit ſuum vltimum poſſe, & per eum non ſtetit quin occidat, licet cum effectu non occideret. Item qui venit ad actum proximum, quia in tali caſu delictum non conſumatum habetur pro conſumato. per Baldum in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler. Afflict. in conſt. ſi quis aliquem. colum. 5. & Gramm. vot. 9. Et hoc etiam eſt ſpeciale in aſſaſsinio, vt puniatur affectus, non ſecuto effectu. vt per dictam deciſionem Capic. & vltra ſupradicta iura voluit etiam Bald. in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſ. iur. Angel. conſil. 14. Et idem Angel. in tract. maleſ. in verb. ex interuallo. qui dicit aſſaſsinium non conſumatum, puniri ac ſi eſſet conſumatum. & conſuetudo Italiæ, quæ eſt quod non punitur affectus niſi ſequatur effectus, habet locum in alijs delictis etiam enormibus, ſed non in delicto aſſaſsinij. ſcilicet

Digitized by Google

cet quando aſſaſsinus venit ad actum proximum, & fecit quidquid potuit. & ita intelligitur quod dicit Grammat. vot. 9. num. 22. Inſuper intelliguntur ſupradicta in mandatario mediante pecunia, non autem in mandante etiam mediante pecunia. quia etiam quod mandans venit ad actum proximum, & etiam quod fecit quidquid potuit, ſi tamen non perfecte fuit conſumatum homicidium, non punitur dictis pœnis, ſcilicet mortis naturalis, & publicationis bonorum, ſed mitiori. vt per Angelum in tractatu maleficiorum. cap. Sempronium. & per Angelum in l. Item apud labeonem. §. ſi neſcierit. ff. de iniur. & conſilio decimoquarto. quia mandatarius dicitur vere facere, mandans vero dicitur ficte facere. & per Grammat. in vot. 8. vbi dicit non imponi pœnam mortis pro aſſaſsinio non conſumato, intelligitur de mandante. in voto vero nono, vbi tenet contrarium, ſcilicet imponi pœnam mortis, intelligitur de mandatario, vt ipſe teſtatur in vot. 9. in fine. & intelligit non ſolum quando venit ad actum proximum, ſed quando fecit quidquid potuit, & non defuit per ipſum mandatarium quin aſſaſsinium efficiat. Item quod acceptauit mandatum mediante pecunia, non autem per complacentiam. quia ſi aſſaſsinium non fuit conſumatum, item non fecit quidquid potuit, licet venerit ad actum proximum, & etiam fecit quidquid potuit, tamen non fuit mandatum mediante pecunia, non punitur pœna mortis, ſed alia pœna extraordinaria arbitrio iudicis, attenta qualitate perſonæ, negocij, actus, vel proximioris, vel longioris, & etiam bonorum. & ita habebit locum conſuetudo, vt non puniatur affectus non ſecuto effectu, ſcilicet pœna ordinaria, ſed bene pœna extraordinaria punitur mandatarius in talibus caſibus. Et hæc eſt opinio magis communis, & magis æqua, & eſt tenenda. per ſupradicta. quia licet aſſaſsinus, qui non conſumauit, punitur eadem lege qua & ille qui conſumauit, non tamen eadem pœna. vt dicit Grammat. in dicto vot. octauo, numero ſecundo cum ſequentibus. & per Bal. & Salic. in d. l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler. & per Iſer. in cap. 1. §. ſi vero. de capit.

Digitized by Google

de capit. qui cur. vend. mandans vero ſine pecunia, ſi non fuit delictum conſumatum, punitur pœna extraordinaria infra relegationem. vt per Camp. in d. cap. regni frequens. & per iura per eum ibi adducta. Quinimo in mandante etiam mediante pecunia, ſi homicidium non fuit conſumatum, etiam quod fuerit deuentum ad actum proximum poteſt pœna commutari in pecuniariam, prout fuit alias commutata, & ita obſeruatum. vt in deciſ. Gramm. 2. num. 25. & deciſ. 74. num. 15. & per eundem Gramm. in vot. 8. nu. 20. & 21. per Ang. in d. conſ. 14. incipiente, nos Carolus. & Arned. in tract. ſind. colum. 4. Sed quantum ad commutationem pœnarum hodie prohibetur per regiam Nouellam pragm. 5. poſtquam eſt lata ſententia: hodie inſuper delicta non puniuntur pœnis contentis in conſt. regn. niſi ſint conſumata & perfecta. vt per Gramm. in d. vot. 8. num. 19. & vot. 9. num. 7. Et de prædictis pœnis, vide Bernar. Diaz in ſua pract. crim. in verb. per aſſaſs. Et ſupradicta habent locum in vno ſolo aſſaſſinio, ſed ſi quis plura aſſaſſinia commiſit, etiam quod non conſumauerit perfecte, ſed fecit quidquid potuit, punitur pœna ordinaria. vt per Grammat. in d. vot. 9. in fine. Item ſi ſit ſtatutum, quod dicat, quod aſſaſſinus puniatur pœna mortis, etiam quod non conſumauerit homicidium, quia tunc etiam quod non conſumauerit punitur d. pœna mortis. per Gramm. d. vot. 8. num. 9. & vot. 9. num. 13. per l. 1. C. ſi quacum. præd. poteſt. & per l. 1. ff. de extraord. crimin. Et ad hoc facit, quia contra aſſaſſinos ſemper pœna debet augeri. per Afflict. in d. conſtit. ſi quis aliquem. col. 5. & Gramm. d. vot. 9. num. 21. & per Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. Item aſſaſſinus tenetur reſtituere pecuniam quam accepit pro aſſaſſinio, quæ erit confiſcanda. per Bal. in l. 1. §. fin. ff. de eo per quem fact. fuc. & per d. deciſ. Capic. 155. Item hæres aſſaſſini tenetur reſtituere pecuniam, & omnia quæ recepit aſſaſſinus pro aſſaſſinio, etiam lite non conteſtata per dictum aſſaſſinum. licet in alijs delictis hæres non tenetur reſtituere niſi per defunctum lis fuerit conteſtata de delicto. vt per dictam deciſ. Capic. 155. per Angel. in l. 1. §. fin. ff. de eo per quem factum fuer. & per Auguſt. in addit.

Digitized by Google

ad Ang. in tract. malef. in verb. Semproniam. Quæ ſupradicta ſunt ſpecialia in aſſaſſinio. vt per d. deciſ. Capic. Item ſecundum d. deciſ. Capic. ſunt treſdecim ſpecialia aſſaſſinij, quæ ibi numerantur, & dicta fuerunt ſupra. Eſt etiam aliud ſpeciale, vt aſſaſsinus non poſſit occidere foriudicatum, licet alij homicidæ, & delinquentes poſsint. per Afflict. in conſtit. pœnam eorum. colum. 3. Eſt inſuper aliud ſpeciale, vt poſtquam aſſaſsinus deliberauerit committere aſſaſsinium, licet poeniteat, tamen non excuſatur, ſecundum Gemin. in d. capit. pro humani. & Grammat. vot. 9. num. 6. quod tamen intelligitur ſi peruenit ad actum proximum ordinatum ad dictum delictum, per ſupradicta. Item ſi poeniteat ſuperueniente aliquo impedimento facti, & ſic poenituit, malum ſucceſſum timens, quia videt non poſſe efficere, non autem quod defuerit ſua ſponte, quia ſi ſua ſponte poeniteret excuſaretur, vt modo dicitur. & ſic veniendo

58 Ad quintum membrum dicitur, quod ſi probetur aſſaſsinum non commiſiſſe aſſaſsinium, quia vere, ſponte, & nullo ſuperueniente impedimento poenituit, quia ſi voluiſſet effeciſſet, in tali caſu poenitentia excuſat, etiam quod venerit ad actum proximum ordinatum ad delictum. vt per d. deciſ. Capic. 155. num. 2. per text. in l. qui ea mente. & ibi gloſ. ff. de fur. Item ſolus tractatus in aſſaſsinio prout etiam in quibuſdam alijs atrociſsimis delictis, non punitur ſi non fuerit deuentum ad aliquem actum determinatum ad ipſum factum. per Bald. in l. non ideo minus. colum. 7. verſ. ſexto quæro. C. de accuſ. & refert & ſequitur Hipp. in l. qui falſam. num. 16. ff. de falſ. & Grammat. in vot. 8. nu. 17. & Felin. in ſuo tract. conat. colum 2. Inſuper licet mandans offerat pecuniam pro delicto committendo, & ille non acceptat pecuniam, nec mandatum, & ſic mandatum non habuit effectum ex quo conſtat per alium fuiſſe occiſum, vel non fuiſſe occiſum, mandatum non eſt in conſideratione, & mandans non tenetur. per Bal. in cap. 1. §. iniuria. de pac. iur. firm. & Barthol. Cæpoll. caut. 89. & Grammat. vot. 11. num. 20 Item ſi mandatum non ſit acce-

ptatum

Digitized by Google

ptatum per mandatarium, per dictam tentationem non infertur indicium ad torturam contra mandantem, maxime hodie in regno. cum in tali caſu mandans eſſet puniendus pœna infra relegationem, & in regno non poteſt inferri tortura niſi in delictis ingerentibus pœnam vltra relegationem. per c. regni, tormenta. per Camp. in cap. regn. frequens. num. 64. cum ſequent. Item aſſertio mandatarij contra mandantem, non facit indicium ad torturam niſi alia concurrant adminicula. ſcilicet inimcitia fama publica, & alia, cum mandatarius ſit ſocius criminis. per Salic. in l. fin. C. de accuſat. Ioan. de Imol. in cap. 1. extra. de confeſſ. Gramm. vot. 34. num. 2. Bald. conſ. 330. num. 4. volum. 5. & conſil. 439. volum. 3. Hippol. in ſua pract. crimin. §. diligenter. num. 37. verſ. quæro igitur. & idem conſ. 22. Quinimo aſſertio mandatarij, etiam cum tortura, non facit indicium contra mandantem, niſi concurrant alia adminicula, & concurrente mala qualitate, & vita infamati, & quando concurrunt adminicula ſufficientia. nec creditur ipſi mandatario ſine tortura cum ſit ſocius criminis, vt dictum fuit. vt per Camp. in d. cap. frequens. num. 68. per Alb. & Salic. in l. fin. C. de accuſat. Imol. in cap. 1. de confeſſ. Guidon. de Socc. in tract. de tormen. colum. 8. Grammat. vot. 34. & eſt communis opinio, licet aliqui teneant contrarium. vt per Camp. & Gramm. in locis ſupra allegatis. Item ſi mandans homicidium reuocat mandatum, & diſſuadet mandatario, & notificet illi, qui eſt offendendus non expreſſo nomine mandantis, nec mandatarij, ipſe mandans excuſatur, nec punitur conſtito de prædictis, etiam quod mandatarius commiſerit homicidium. per caut. Cæpoll. 255. Item quando mandatarius deponit contra mandantem vt ſupra, dicta depoſitio mandatarij poteſt tolli, & purgari, ſi probetur mandantem eſſe bonæ conditionis, vitæ, & famæ, non ſolitum delicta committere. per Bald. d. conſ. 338. vol. 5. & 439. vol. 3. Item ſi poſtea per mandatarium exculpetur mandans. dicentem ſe feciſſe ex odio, & inimicitia, & non ad mandatum prædicti mandantis, cum vere non fuerit mandatũ. vt per Hipp. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſt. & in ſingular. ſuo incip. in ore duorum. nu. 1. & 12. & in ſuo conſ. 50. & Cæpoll. caut. 39. incip. vidi-

Digitized by Google

mus quam plures. per Canoniſtas in c. ad audientiam. extra de homic. & Bal. in l. ſi mandatum. in fin. C. mand & Iacob. Nouell. in ſua pract. crim. ad defen. nu. 87. & 88. Item aſſaſſinus non debet puniri per ſolam cogitationem, quia nemo ex cogitatione punitur. per tex. in l. cogitationis pœnam. ff. de pœn. & c. cogitationis. de pœnit. diſt. 1. nec per ſolam allocutionem de committendo aſſaſſinio puniri debet. per tex. in l. fugitiuus. ff. de verb. ſignif. per l. ſæpe. in fin. eod. tit. de verb. ſignif. maxime de conſuetudine totius Italiæ, per quam non punitur affectus niſi ſecuto effectu, modo quo ſupra. per Speculat. in tit. de accuſ. per Hipp. in l. ſi falſam. nu. 3. ff. de falſ. per Bar. & Hipp. in l. 1. §. 1. ff. de ſicar. vltra alia ſupra alleg. Et ex his ſit expeditus tractatus de aſſaſsinio.

De Homicidio.

POſt tractatum de aſſaſsinio ſucceſsiue venit deſcribendum de homicidio. ad cuius cognitionem ordine conſueto diuidendo per ſex membra. Primo videndum eſt, quam ſit execrabile homicidium, & quibus iuribus prohibitum, quid ſit, quotuplex ſit, & quibus modis committatur. Secundo quomodo procedatur in dicto delicto. Tertio quæ probationes requirantur. Quarto quibus pœnis puniatur quilibet ſeu quælibet ſpecies ipſius. Quinto quibus excuſatur modis, & defendatur, in qualibet ſpecie. Sexto quando & a quo diſpenſetur in d. crimine.

59 Quo ad primum dicitur quod homicidium eſt adeo execrabile, vt merito homicida aſsimiletur diabolo, qui ab initio fuit homicida, vt in Euangelio Ioan. cap. 8. quia induxit Adam & per eum omne genus humanum incurrere ad mortem, quod potuiſſet conſeruari in immortalitatem. vt Geneſ. cap. 3. Et induxit poſtea Iudam, & Iudæos ad occidendum Chriſtum, vt dicitur in Euangelio, intrauit Diabolus in cor Iudæ. & propterea homicida non habet partem in regno Dei. per tex. in c. homicidium. de pœnit. diſt. 1. Et qui occidit hominem, dicitur occidere filium Dei, quia omnes ſumus Filij Dei per creationem, fidē, & Baptiſmum. vt dicitur in Sal. Dauid, filij eccelſi omnes. & in Euangelio Ioannis

Ioannis ibi. dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Item homicida dicitur facere iniuriam Angelo qui illum cuſtodit,& dicitur incidere in manus Dei, quia Deus faciet de illo vltionem, & ſicut ipſe effudit ſanguinem humanum, ita eius ſanguis effundetur. vt Geneſ. cap.9. & per Nicolaum de Lira in Epiſtola Pauli ad Hæbreos. vt per Afflict. in conſt.regn. ſi damna. 3.notab. Et quod fecit,ſemper expectet. per tex.in l.3. C. de Epiſc.audien. & ſanguis, & animæ occiſorum ſemper clamant apud Deum, vt vendicetur eorum ſanguis. vt dicitur in Apoc.c.5.Item qui gladio ferit gladio peribit,vt in Euangelio Matt.c.26. Et qui committit homicidium infringit mandatum Dei de dilectione Dei & proximi,in quo tota lex pendet, & Prophetæ. vt per Bernard. Diaz in ſua pract.crim.in verb.venefici. & qui hominem occidit lædit diuinam maieſtatem, item hominem quem occidit, item eius agnatos, & cognatos. vt in l.lex Cornelia.ff.de iniur. & offendit etiam Regem, qui eſt Dominus rerum & perſonarum. vt in conſt.regn. quia frequenter. offendit etiam Summum Pontificem, Rex enim habet gubernationem a Summo Pontifice, qui eſt Vicarius Dei,& ſic habet a Deo. & a celeſti Maieſtate traditum eſt regnum.per tex.in l.1.C.de vet.iure enucl.per Bar. in l.1. C.ad l.Iuliam maieſt. & vt dicitur in libro primo prouer. c.8. per me Reges regnant. & ex hoc Reges,& eorum Magiſtratus debent bene regere, & gubernare,& iuſtitiam miniſtrare maxime contra homicidas iuxta verbum Dauid in Pſalmo: Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. & quando creatura interficit creaturam, omnes virtutes cælorum clamant ad diuinam Maieſtatem dicentes,Domine Domine ſeruus tuus vult eſſe ſimilis tibi.& Dominus reſpondet,mihi vindictam,& ego retribuam, ipſe interfecit,& interficietur, vt dicit Hermogenes Philoſophus & Ariſt.in lib. de regim. princ. in c.de regimine iuſtitiæ. vt per Gramm.vot.3.nu.2. Et homicidium eſt omni iure prohibitum. Primo per ius diuinũ,ſub illo præcepto. Non occiſor eris.Secundo de iure canonico. per tex. in c.homicidium. de pœnit.diſt.1. & toto tit.de homic. Tertio per ius ciuile. per tex.in l.1. & toto tit.ff.ad l.Corn.de ſicar. Quarto per ius regni.vt per conſt.regn. terminum vitæ.& conſt. ſi damna.& per alias conſt. quia homi-

cidium omni iure eſt horribile crimen. vt per Abb. in c. cum contingat. col.8.de for.compet.& per tex.in cap.quæſitum.de temp.ord. & per alia iura.vt per Bernar.Diaz in ſua pract.crim. in verb.homicidium. Et non ſolum occidere alios,ſed etiam occidere ſe ipſum eſt omni iure prohibitum. per tex.in cap.non eſt noſtrum. 23.q.5. & per tex. in l.omne delictum. §.qui ſe vulnerat. ff.de re milit. quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum. l.liber homo. ff. ad l.aquiliam. & facit tex. in c.ſi non licet. 23. q.5.vbi dicit,qui ſe ipſum occidit homicida eſt. vt per Affl.in conſt. regni.inconſutilem. 12.notab. & per alia iura per eum allegata ibi. Differt autem ius canonicum a iure ciuili, item ius regni a iure communi, in menſura & modo pœnarum, vt dicetur infra.

60 In quarto membro, & homicidium eſt exanimatio corporis humani. vt diffinit Bald.in l.ea quæ.C.de cond.indeb.num.6.vt per Blanc.in ſua pract.crim.in verb.viſis indicijs.nu.58.& 59.& cum ea per tranſeundum eſt, nec eſt multum laborandum ſuper dicta diffinitione,quidquid dicat Blanc. in d.loco,cum non ſit in hoc vis facienda,quia ſubtilitates circa diffinitiones,nihil adducunt vtilitatis,ideo ſunt logicis relinquendæ. Dicitur autem homicidium ab homine & cede,& idem eſt,quod hominis cedes.Et ſecundum principalem diſtinctionem homicidium eſt duplex ſcicilicet ſpirituale,& corporale.Spirituale eſt quando quis ſpiritualiter ex quadam iuris fictione occidit, quod fit quinque modis. ſcilicet odiendo, detrahendo, male conſulendo, nocendo,& victum ſubtrahendo. vt habetur.6.q.1.cap.in ſumma. ibi omnis qui detrahit fratri ſuo homicida eſt. & ibi per gloſ. Sed de hoc ſpirituali homicidio non eſt per nos præſenti loco tractandum, ſed recurrendum eſt ad Summiſtas. ideo veniendo ad homicidiũ Corporale dicitur, quod duobus modis principaliter committitur.ſcilicet per ſe ipſum,& ſic facto. & per alium, & ſic conſenſu expreſſo,vel tacito. vt per Blanc.in ſua pract.crim.in verb. Viſis indicijs.nu.120. cum ſequentibus. Et quando per ſe ipſum,ſeptem modis committi ſolet.ſcilicet dolo,culpa,imbecillitate, ludo, ignorantia, caſu, & iuſſu, ſeu permiſſu legis. vt per Blanc. ibi. Item alia diſtinctio fieri ſolet,quia tribus modis,ſcilicet

licet

Digitized by Google

licet animo,facto, lingua. vt per gloſ.not.in c.homicidiorum.de pœnit.diſt.1.Et animo committitur quando quis habet animum occidendi, & non deeſt per ipſum, ſed facit quidquid poteſt, & venit ad actum proximum,licet non occidat.vt in l. 1.& l.diuus. ff.de ſicar. Facto autem dupliciter committitur, ſcilicet vel immediate manu ſua, vel ſolus, vel cum alijs, dando auxilium, & aſſiſtendo homicidio. vel mediate, ſcilicet quando per alium, & facit mandatum, & dat pecuniam alicui, vt committat homicidium,qui dicitur aſſaſſinus, vt dictũ eſt ſuperiori titulo. Lingua inſuper quando quis dat conſilium, perſuadet, & hortatur, vel per ſe, vel per litteras, vel per nuncium, conſulendo, ſollicitando, inſtando. vt per Bald.in l.ob hæc verba. ff.de his qui notan. infam. & Iacob. Nouell. in ſua pract. in verb. quamplurimis. nu.79. cum ſequent. Item alia diſtinctio homicidiorum fieri ſolet,quia aliud dicitur ex propoſito, aliud dicitur impetuoſum, aliud dicitur caſuale. per Alber. in l.etſi amicis domum. ff. de adult.& Blan.in l.fin. ff.de quæſt. Et quantitas vulnerum diſtinguit delictum ex propoſito ab impetuoſo,& caſuali multociens. vt per Blanc. in d. pract.in verb. viſis indicijs. nu.67. Et dicta delicta non differunt inter ſe ſpecie,ſed qualitate. quia ſunt in vna ſpecie, & habent diuerſas qualitates. quia tunc delicta nominata differunt ſpecie, quando per diuerſos effectus tranſeunt in aliud nomen delicti. ſcilicet furtum a rapina habent diuerſa nomina propter diuerſos effectus.non ſic in d. delictis, quia non mutat nomen, ſed ſemper per idem nomen dicitur homicidium licet adiungantur diuerſæ qualitates. vt per Blanc.in loco ſupra allegato. num.114. cum ſequent.Item alia dicitur diſtinctio homicidiorum. quia aliud dicitur qualificatum,ſcilicet quando filius occidit patrem, vel pater filium, vel frater fratrem, & conſanguineus conſanguineum, quod etiam alio nomine ſolet dici parricidium. Item quando quis occidit Epiſcopum, vel ſacerdotem. Item quando occidit cupiditate, vt omnibus bonis vel rebus ſpoliaret. vt per Abb.in c.at ſi clerici.nu.39.de iud.quod quia tranſit in aliud nomen,poteſt dici quod differt ſpecie cum alijs homicidijs. per tex. in l. ſi idem. C.de cod. Aliud dicitur ſimplex, ſcilicet quando occiditur extraneus. ſcilicet ſine di-

Digitized by Google

ctis qualitatibus. & ſic cognitis omnibus ſpectantibus ad primum membrum.

61 Quo ad ſecundum dicitur, quod in crimine homicidij poteſt procedi ad querelam. & tunc per iudicem debent moneri illi ad quos ſpectat ius accuſandi, & debet præfigi terminus ad porrigendum querelam, & proſequendum. quo elapſo ſi non comparuerint non ſunt amplius audiendi, & ita eſt pronunciandum per iudicem.vt per tex.in l.ſi ea.C.qui accuſ.non poſſ.& l.Titia. ff. de accuſ. Et ex inde iudex poterit procedere ex officio, & per inquiſitionem, & hoc de iure communi. ſed de iure regni.per c. ne tuorum. c. ſi temporum. & c. vt delatas. poteſt in cauſa homicidij procedi ex officio,& per inquiſitionem, ſine aliqua monitione partis,cum veniat imponenda pœna vltra relegationem quinimo pœna mortis naturalis per dicta iura, & plene per Maran.in ſuo Spec.aur.in verb.inquiſitio. Similiter poteſt procedi de homicidio ſi quis fuerit lætaliter vulneratus taliter quod ſit certum mori. & eſt procedendum iuxta ſupradicta de iure communi,& etiam de iure regni. ſed ſecundum aliqua ſtatuta Terrarum, ſeu Caſtrorum eſt ſecus. quia licet eſt certum quod moriatur, non tamen eſt certum quando. & hæc eſt communis opinio. vt per Bar.in l.damni. §.Sabini.nu.5.& per ibi addita.ff. de ſicar.Et ex hoc dicitur quod ſi quis accuſat de vulnere lętali, vel ex officio procedatur ex d.vulnere lætali, & poſtea ſequitur mors,ſi in querela petitum fuit quod condemnetur de morte, cum ſit certum eum moriturum, & iudex in procedendo dixerit intendit de morte inquirere, morte ſecuta poſſet ſequi condemnatio de morte ex eodem proceſſu.quia ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, confirmat ius ipſius actoris. vt per Bart.in d. l. damni.§.Sabini.ff.de ſicar.num.6.& 7.& per iura per eum alleg. ibi. Secus autem ſi non ſit proceſſum cũ dictis proteſtationibus & non ſit ſecuta mors ante ſententiam. Et ideo cautela eſt, vt iudices ſuperſedeant in procedendo vſquequo ſecuta fuerit mors, vel ſit certum non moriturum ex ipſo vulnere. Inſuper ſciendum eſt, quod ſi plures homicidium commiſerunt, neceſſe eſt dicere in libello, & capitulis, quod alter alteri aſsiſtebat, vt homicidium facilius committeretur. ſed quando ſunt vltra

duos

Digitized by Google

duos,non dicatur alter alteri, ſed quod alij alijs auxilium dederunt. vt per Foll.in ſua pract.crim.de forma capit.homic.nu.24. & 25. Item ſi inquiratur contra auxiliatorem, vt teneat libellus, vel inquiſitio, neceſſe eſt dicere, quod talis auxiliator ſciebat homicidium eſſe committendum. vt per Gramm.deciſ.25.nu.4. & 5. Item neceſſe eſt dicere, quod per talem fuit præſtitutum auxilium illi tali principali, vt ab illo principali homicidium committeretur. vt per Bald.in l.1.§.ſed in eo.ff.ad Silla. & Bar. in l.qui ſeruo.ff.de furt.& Hipp.poſt Bar.in l.ſi in rixa.num.35. & 36.ff.de ſicar.Et hoc in homicidio ſimplici.in homicidio vero qualificato, & enormi, ſcilicet in parricidio, & contra Epiſcopum, & Sacerdotem,& alijs vt ſupra, poteſt procedi de facto, & ex abrupto iuris ordine non ſeruato. vt per Rebuff. in tract.de pacif.poſſeſſ. pag.48. qui extendit tex. in c.pro humani. de homic. in 6. vt habeat locum contra illos,qui occiderunt patrem, matrem, fratrem,& clericum. vt per Bernar. Diaz in ſua pract.in verb. parricidæ. Inſuper ſi quis capiatur in fragranti crimine in homicidio,etiam poteſt procedi ex abrupto, & iuris ordine non ſeruato.vt per Affl.poſt Iſern.in conſt. iuſtitiarij qui non per calendas. Et in fragranti captus dicitur ſi compræhendatur in ipſo actu delinquendi, vel ſtatim poſt,antequam veniat ad extraneos actus,vel ad locum deſtinatum. vt per Iſern.in d.conſt. In homicidijs vero clandeſtinis, ſi appareat accuſator contra particularem, proceditur contra dictum particularem. & ſi facta publicatione in cauſa,non apparet probatum ſufficienter contra dictum particularem,poteſt procedi contra vniuerſitatem, ſeu communitatem,etiam ex officio.per c.regni.ſi pridem. & ibi per Camp. nu.13. Si vero ex dicto proceſſu de clandeſtino homicidio conſtat contra malefactorem certum,non proceditur vlterius ex illo proceſſu clandeſtino,ſed examinatur principalis. & ſi confitetur, datur ſibi terminus aduerſus eius confeſſionem. ſi vero negat, proceditur legitime, & ordinarie, dando ei capitula, & terminum ordinarium ad probandum. vt per Affl in conſt. ſi damna.9.notab. Sed de iure cõmuni reus conteſtatur litem. & ſi negauerit, datur ſibi terminus ad ſe defendendum, & parti accuſatori, vel fiſco ad probandum. qui terminus eſt vtrique com-

munis. & ita etiam de conſuetudine, & ſtilo tribunalium in regno obſeruari vidi. Et in proceſſu homicidij debet in primis & ante omnia, capi informatio de delicto in genere. per tex. in l. 1. §. illud. ff. ad Silla. Marſ. in ſua pract. crim. §. 1. Blanc. in repet. l. fin. ff. de quæſt. nu. 16. cum ſeq. & Foll. in pract. crim. in verb. capiat informatio. & ſic veniendo.

62 Ad tertium membrum dicitur, quod ad condemnandum de homicidio, requiruntur plenæ probationes, & luce meridiana clariores. per tex. in l. fin. C. de prob. & l. qui accuſare. C. de eden. l. ſinguli. C. de accuſ. Alex. conſ. 15. Angel. in tract. malef. in rubr. de homicid. & per Affl. in d. conſt. terminum vitæ. & per alia iura adducta per eum ibi. Si vero non poſſunt haberi tales probationes, tunc recurrendum eſt ad indicia. & habita informatione, & cõſtito de delicto in genere, vt dictum eſt, videlicet quod talis fuit occiſus ex tot vulneribus, mortuus, & ſepultus, veniendum eſt ad indicia in ſpecie. Et ad hoc capienda eſt informatio, videlicet ſi quis reperiatur fugere cum gladio ſanguinolento, a loco vbi quis fuit repertus occiſus, eſt indicium manifeſtum quod ille interfecit. per Bar. in l. fur eſt. nu. 1. ff. de furt. Bal. in l. neque natales. in fin. penul. col. C. de probat. Et poterit talis condemnari abſque alia probatione, licet non pœna mortis, nec ordinaria, ſed extraordinaria, & mitiori, cum ex præſumptionibus etiam violentis non ſequitur pœna ordinaria. vt per Grām. deciſ. 42. per iura per eum allegat. ibi. Item ſi quis alloquitur ad aurem cum eo qui ſtatim poſt occidit, ſi eſt fama publica contra ipſum, præſumitur quod fuerit occiſus de conſilio alloquentis ad aurem, quia ex breuitate ſpatij præſumitur dediſſe conſilium. vt per Bar. poſt gloſ. in l. ſi ventri. §. eorum. ff. de priuil. cred. per Bal. in l. 1. C. de ſeru. fug. per Innoc. in c. audientiam. de homic. Quod tamen intellige verum, ſi inſuper conſtat inter alloquentem & occiſum præceſsiſſe inimicitias capitales, alias ſecus. vt per Bald. in l. ſi quis mihi. §. ſed quid ſi. ff. de acquir. hæred. & Bal. in c. contingit. de dol. & contum. vt per And. Barb. in additionibus ad Bar. in d. §. eorum. Item ſi conſtat quod Seius & Sempronius rixabantur, & ſtatim poſtea dictum Sempronium fuiſſe occiſum, præſumitur dictum Sempronium fuiſſe occiſum a

dicto

Digitized by Google

dicto Seio. per Salic.in l.fin.C.de prob.& per Socin.conſ.54.incipien. viſis teſtibus.penul. col.3.vol. Et ſi propter talem indicium condemnaretur, non debet condemnari pœna ordinaria, ſed extraordinaria, & mitiori. per ſupradicta. Inſuper eſt aduertendum quod licet conſtet de ſupradictis vulneribus per ſupradictas probationes, vel violentas præſumptiones contra aliquem, ſi vulneratus non fuerit mortuus ſtatim, ſed ex interuallo, debet intentio curiæ fundari quod poſt illata vulnera, vulneratus ſemper in peiorem partem annihilatus eſt, & ſic dicitur mortuus ex dictis vulneribus per quodcumque tempus poſtea fuerit mortuus. vt per Abb.in c.2.de cler.percuſſ.& per Hipp.in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. quia non attenditur ſpatium temporis etiam quod moriatur poſt octo menſes.iuxta tex. in c.contingebat. de homic. & c.2. de cler.percuſſ.& gloſ.in l.1. C.de emendat.ſeru. Et quando eſt incertitudo taliter, quod non poteſt deueniri ad cōdemnationem ex probatis, debent quæri indicia ſufficientia ad torturam, vt ſupra. Et erunt indicia ſufficientia ad torturam, ſi quis viſus fuit prope occiſum cum gladio. per Ang. in tract. malef. in verb. fama publica. Item ſi reperiatur occiſus ante domum alicuius, facit aliquam præſumptionem contra dominum domus. per Bar.in l.certis.ff.de vi publ. Roma.in l.1.§.ſi quis in villa. in princ.ff.ad Silla. Quod tamen intellige ſi dominus ibi habitabat.quia aliter non faceret aliquod indicium contra dominum, ſed contra habitantem in illa domo. Et hoc intellige ſi cōcurrant aliqua adminicula, ideſt inimicitia, fama publica, & alia.quia aliter non eſſet ſufficiens indicium ad torturam. Et ſi concurrant palliditas, & trepidatio, faciunt indiciū contra trepidantem. per Decium in c.quoniam contra.de prob. Item occiſi depoſitio traditur pro indicio. per Bar.Bal. & Roma. in l.ſi quis in graui. §. ſi quis moriens.ad Sill. non tamen eſt ſufficiens ad torturam, ſed ad inquirendum. Item inimicitia capitalis ex aliqua graui cauſa & famoſa, facit indicium. per Bart.& Hipp. in l.1.§.præterea.ff.de quæſt. & per eundem Hipp.in pract.crim. §.diligenter. Quæ etiam nec ſola ſufficit ad torturā niſi concurrant aliqua adminicula. per ſupradicta. Item indicia alia contra inculpatum ſumuntur ex cauſa, & perſona imputati. Item ex verbis,

Digitized by Google

verbis, & confeſſione, & contumacia. Item ex teſtibus. vt per Blanc.in l.fin.ff.de quæſt.num. 240.cum ſequent. Et animus cognoſcitur ex coniecturis.vt per Abb.in c.1.de iniur. Et homicidium an fuerit appenſatum an ſimplex in rixa,debet attendi initium rixæ. & ſi probata fuerint aliqua indicia de præparatione, ſcilicet de inimicitia, & de minis, & ex modo percutiendi, & qualitate vulnerum. vt per Blanc.in l.fin.ff.de quæſt.nu.188. & per Bar.in l.reſpiciendum.§.delinquunt. ff.de pœn.& per eund. Blanc.in ſua pract.crimin.in verb.ſecunda pars. Defenſio,& aggreſſio nullis verbis dictis, facit indicium præparationis, & appenſamenti. vt per Anchar.conſ.117.per Doct.in d.l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn. Et qualitas loci aggrauat delictum & præcognitionem oſtendit l.aut facta.§.locus. ff.de pœn. Item multitudo vulnerum facit appenſamenti indicium. per Alber.in l.etſi amici domum.ff.de adult.l. aut facta.§.qualitas.ff.de pœn. Item tempus noctis facit indicium præcognitionis,cum lex male præſumat de his quæ fiunt nocte. per gloſ.in l.furem. ff.de ſicar. Bar.& Doct.in l.more Romano.ff.de ferijs.Et quomodo homicidium cognoſcatur eſſe præmeditatum,& quod fuerit animus occidendi,vide abunde per Hipp.in l.1.nu.27.cum ſequent. C.ad l.Cornel.de ſicar. Item indicia contra auxiliatorem ſunt videlicet, ſi conſtat dediſſe ferramenta, arma vel equos ad occidendum, & ſi præſtiterit domum vt ſe occultet ne videatur, & ſi armatus aſtitit vt inferat timorem,licet ipſe non extraxerit arma & nihil fecerit.vt per Hipp.in d.l.ſi in rixa. nu.41.per Bar.in l.is qui opera.ff.de furt.& Innoc.in c.continentiam.de cler.percuſſ. Item indicia contra auxiliatorem ſunt per teſtes. Item per ſententiam, qua condemnatus fuit principalis. Item per confeſſionem principalis. concurrentibus tamen alijs, videlicet fama publica, & quod auxiliator ſit homo malæ vitæ, condicionis, & famæ, & alijs. quia ſola confeſſio principalis, vel ſententia non faceret indicium contra auxiliatorem. vt per Bart. in l. is qui rem. §. ſententiam. in fin. ff. de furt. per Bald. in conſ. incipien. aſſeſſores delicto. per Petr. de Anchar. conſ. 117. & per Hipp. in d.l. ſi in rixa. num.37. ff. de ſicar. Et circa indicia de auxilio præſtito & ante homicidium, & in ipſo homici-

micidio, & poſt homicidium, vide Blan. in d. l. fin. num. 201. cum ſequent. ff. de quæſt. Et in dubio, aſſiſtens homicidio non praeſumitur data opera, ſed caſualiter. oritur tamen quædam præſumptio per quam aſſiſtens cogitur probare contrarium. per Fel. in c. ſicut dignum. col. 3. de homi. per Bal. in l. 1. in lect. antiqua. ff. de ſer. corru. & per alia iura alleg. per Hipp. in d. l. ſi in rixa. num. 32. ff. de ſicar. Item eſt ſciendum, quod ſi apparet de cauſa odij, ſemper delictum præſumitur appenſatum, etiam in perſonam conſanguinei, vel affinis, vel amici antea. ſi non conſtaret de cauſa odij in perſonam conſanguinei, affinis, vel antea amici, non præſumeretur appenſatum nec doloſum. per glo. & Doct. in l. 1. C. de ſicar. Bald. in l. fin. C. de hære. inſti. Fel. in c. fin. de homic. Affl. in conſt. terminum vitæ. & Blanc. in ſua pract. crim. in uerb. his ſic præmiſſis. num. 19. & 20. Et ſi quis alienat bona ante commiſſum homicidium, eſt indicium quod homicidium fuit appenſatum. per Bar. in l. poſt contractum. ff. de dona. & per Blan. in l. fin. ff. de quæſt. nu. 188. per Bar. in l. reſpiciendū. §. qui delinquunt. ff. de pœn. Et ſi prætendatur quod delictum fuit appenſatum, illa qualitas appenſamenti ſemper debet probari. quia alias nō præſumeretur appenſatum. per Blan. in d. l. fin. ff. de quæſt. nu. 54. per Inno. in c. inter alia. de immu. Eccleſ. & ibi etiam Hoſt. & Ioan. Andr. Et ſi homicidium committatur tempore noctis, vel intus aliquam domum, & occulte, vbi veritas aliter haberi non poteſt, ad probationem homicidij poſſunt examinari impuberes & inhabiles, qui ſaltem faciunt indicium ad torturam. per Foll. in ſua pract. crim. in verb. capiatur informatio. num. 65. per iura per eum alleg. ibi. Et plura indicia ad torturam in cauſa homicidij. vide per Gram. deciſ. 34. & Blan. in d. l. fin. de quæſt. Inſuper ſciendum eſt, quod aliqua indicia ſunt ad inquirendum, & tunc ſufficiunt teſtes non integri, & aliqualis informatio ſufficit ad inquirendum & capiendum inquiſitum. aliqua ſunt indicia ad torturam, & tunc requiruntur teſtes integri, & indicia ſufficientia. & propterea in probationibus dantur gradus vt per Iac. Nouell. in ſua pract. in verb. indicia. & Hippo. in ſua pract. crim. in §. conſtante. nu. 4. & 5. Et habitis indicijs ad torturam ſufficientibus, facta publicatione, & ſeruatis ſeruandis,

uandis,deuenitur ad torturam .& de modo procedendi ad torturam vide Cauenſem ſuper prag.regni.Inoleuit.& Campa.in c.regni.Si iuſte.Et de genere tormentorum vide Hipp.in l.1.in prin. ff. de quæſt. nec opus eſt referre,cũ per prædictos ſit ſufficienter dictũ, & noſtræ intentionis non eſt ponere paſſim ordinem procedendi,cum per multos Scribentes in practica fuerit datus omnis ordo & omnis tela iudicij. nobis cordi eſt non ordinem,ſed ſubſtantiam, & theoricam ponere in omnibus cauſis criminalibus, quare veniendo

63 Ad quartum membrum dicitur quod graues ſunt pęnæ ſtatutæ per leges contra homicidas, ſed grauiores contra committentes homicidium qualificatum . & vt a grauioribus incipiamus, dicitur quod occidentes patrem , vel matrem, auum, vel auiam,dicuntur parricidæ,& puniuntur pœna l.Pompeiæ de parricidijs. ſcilicet vt virgis ſanguineis verberati, aculeo incluſi cum cane,vipera, ſimia, & gallo gallinaceo, proijciantur in profundum maris.iuxta tex.in l.penul.ad l.Pompe.ff.de parri.Occidentes vero filios & alios deſcendẽtes vel collaterales,puniuntur pœna l.Cornel.de ſicar.ſcilicet pœna mortis naturalis,iuxta tex. in l.lege Cornelia.ff.de ſicar. & volũtas pro facto habetur,vt per Hipp.in l.1.in princ. & in fin. ff. ad l.Pompe.de parri. Sed pater occidens filium adulterantẽ nouercam,non punitur pęna mortis naturalis, ſed deportationis in inſulam , etiam repertum in fraganti crimine.per tex.in l.diuus. & ibi Hipp.ff.ad l.Pompe. de parri. quia mitigatur pęna ex illa iniuria,& ex illo dolore. & inſuper filius adulterans nouercam , perdit priuilegium filiationis, & poteſt exhęredari.item perdit ius petendi alimenta.per tex.in l.ſi quis a liberis.§.ſi quis ex his.C.de liber.agno.vt per Hipp.in d.l.diuus.nu.15.& 16.Et eodẽ modo ſi pater adulterat nurum, perdet priuilegium paternum,& poſſet a filio exhęredari.& ſi filius ipſum interfecit nõ punitur pęna mortis naturalis,ſed pęna deportationis,ex illo iuſto dolore vt dictum eſt ſupra in patre.& hoc procedit quando fuit pater deprenſus in fraganti crimine a filio,& ſtatim fuit occiſus ex illo iuſto dolore.ſecus ſi ex interuallo,quia tunc puniretur pęna ordinaria ſupradicta l.Pompe. & ita etiam in collateralibus,ſcilicet vt puniantur pęna deportationis

Digitized by Google

& non ordinaria ſi in fraganti crimine deprenderint,& ſtatim in eodē actu occiderint. vt per d.Hipp. in d.l.diuus. nu. 16. & 17. item occidens patrem ſpiritualem, punitur eiſdem pęnis quibus occidens patrem naturalem.vt per Hipp.& Alex. in apoſtillis in d.l.diuus. in fin. & eiſdem pęnis punitur participans in parricidio, quibus punitur parricida, & etiam conſcius & auxiliator. Item illi quibus dictum fuit coram teſtibus & non reuelauerunt parricidium.ſcilicet quando per alios teſtes poſſit probare fuiſſe ſibi dictum.& idem de vaſſalo qui ſcit de morte domini,& de ciue qui ſcit de turbatione ciuitatis, & non reuelat. per tex. in l. vtrum. & ibi Hipp. ff. ad l.Pompe. de parri. Seruus vero ſciens tractatum de morte domini, etiam ex ſimplici ſcientia in ſecreto ſine teſtibus,tenetur reuelare,& non reuelans punitur de parricidio. per tex. in d. l.2.ff. ad l.Pompe. de parri. & per Hipp. in d.l.vtrum. Item attētans parricidium punitur vt parricida etiam ſi non perfecerit, quia in talibus atrocioribus attentatum habetur pro facto.per Card.in clem.paſtoralis.in uerb.tractauerit. de re iud.per l.quiſquis. C.ad l.Iul. maieſt. & per d.l.1.in fin.ff. ad l.Pompe.de parri.Et adminiſtrans pecuniam vt poſſit parricidium conſumari, tenetur de parricidio. l. ſciente. & ibi Ang. & Hipp. ff.ad l.Pompe.de parri.Et in parricidio pręſtans auxilium etiam in remotis a maleficio, punitur vt parricida, licet in alijs delictis præſtans opem non per actum proximum,ſed a remotis, non puniatur pęna ordinaria ſed mitiori.vt per Bal.in l.iudices. C. ad l.Iul.pecul. & per Hipp.in d.l.ſciente.ff. ad l.Iul. de parri. Inſuper emens venenum vt patri daret, licet non dederit, punitur ac ſi dediſſet, quia in talibus delictis tractatus habetur pro facto.per tex.& ibi Card.in d.clem.paſtoralis.de re iud.& per d. l.quiſquis.C. ad l.Iul.maieſt. Et hæc in laico. Clericus vero qui occidit patrem aut matrem, auum vel auiam, debet degradari per Epiſcopum & tradi curiæ ſeculari. per Abb.in c. at ſi clerici. de iudi. num. 39. etiam non expectata incorrigibilitate. vt per Abb. ibi col. antepen. & Anchar. in ſua quadam diſput. & in repe.l.ea quæ.quæſt.19. de regul. iur. & conſ.158. & Decius in d.c.at ſi clerici.de iud. & Abb.in c.cum non ab homine.de iudi. & per eundem Abb.& Bal.in c.1.in fin.de hom.& Ange.in tract.

malefi.

malef.12.col.in parte ibi.caput a ſpatulis amputetur.qui dicit nõ tandam eſſe opinionem Anch. & videtur eam ſeruari de facto & per Gugliel.de Bene.in c. Rainutius. de teſt.in quęſt.de homic. qui dicit dictam opinionem eſſe communem,& magis tenendam per Bernar. Diaz in ſua pract.crim. in verb.parricidium.quia filius tenetur ad reuerentiam & obedientiam patri,cum ſit in eius poteſtate.vt inſt. de patr.poteſt.& c.eodem tit. & magna eſt poteſtas patris contra filium.vt per glo.& Doct.in dictis locis de patria poteſtate. Et ſi filius verberat patrem nõ pręſumitur quod ſit eius filius.per Hipp.in l.1.§.in auditũ.ff.de ſicar.& Alb.de Roſa.in l.eum qui probabili.C.de Epiſ.& cler.Et de iure diuino inuenitur quod pater in virtute obedientię poterat occidere filium vt Exod.cap.33. & Abraham vt obediret domino obtulit filium ſuum primogenitum Iſac in holocauſtum.vt Geneſ.c.22. vt per Camp. in c.regni.in nomine domini. nu.21. & olim licebat patri occidere filium, hodie vero non. vt per Bar.in l. in ſuis.nu.6. ff.de lib.& poſt.per tex. in §.fin.inſt.de his qui ſunt ſui. vel alie. iur. qui textus hoc non dicit,ſed eſt glo. in §.1.in d.tit.in verb. eſſe.per iura ibi.Item ſi frater occidit ſororem,item auus neptem. punitur dictis pœnis.ſcilicet parricidij,ſcilicet mortis naturalis, & voluntas pro facto habetur,vt dictum eſt ſupra.tamen ſi frater inueniat ſororem adulterantem,& auus neptem , imo & ſi filius matrem adulterãtem non puniuntur dictis pœnis ordinarijs, ſed mitiori pœna,quia ex iuſto dolore fecerunt.vt per Hipp.in d.l.1. §. diuus num.3. ff.de ſicar. per Angel.in verb. *che mi hai adulterato la mia donna*.in verſ.an patri liceat.Item frater non reuelans de morte fratris punitur pęna relegationis,quẽadmodum vaſſallus non reuelans tractatum de morte domini. vt per Hipp. in l. pater.per illum tex. ff. ad l.Pomp.de parric. Monahus vero non reuelans tractatum de morte Abbatis,& ſeruus de morte domini,non puniuntur pœna relegationis.ex cauſa ſcilicet quia punitio redundaret in damnum monaſterij ſi cogeretur ab eo exire , & etiam in damnum hæredum domini, quia diſtraheretur ſeruitium ſeruorum.& ideo puniuntur alia pœna arbitraria.Qui vero non reuelant tractatum contra Papam,vel contra Imperium,vel contra Principem,vel contra Eccleſiam,puniuntur pœna capita-

li.vt

li. vt per Hipp.in d. l. frater. Et non ſolum parricidæ puniuntur ſupradictis pœnis homicidij, ſed etiam occidentes Epiſcopum, vel Sacerdotem. & qui interfecit proditorie per aſſaſſinũ,& qui occidit cupiditate,vt rebus,& bonis ſpoliaret. Item qui incendit Eccleſiam, vel illam rebus ad cultũ diuinum pertinentibus ſpoliauerit,& patriam prodire iuſſerit. vt per Abb. in d. c.at ſi clerici. de iud. Et ſi clericus fuerit qui talia commiſerit, non expectata incorrigibilitate debet deponi, & tradi curiæ ſeculari. vt per Bernar.Diaz in ſua pract. crimin.in verb.parricidium. per iura ſupra allegat. qui dicit Epiſcopum Pariſienſem degradaſſe ad valuas Eccleſiæ quendam Sacerdotem,& tradidiſſe curiæ ſeculari,qui occiderat Rectorem cuiuſdam oppidi animo prædandi & ſeruare hanc opinionem in practica non eſt ponere os in Cælum,& hanc opinionem etiam ſeruaſſe Cardinalem Archiepiſcopum Hiſpalen. iudicem a Sede Apoſtolica delegatum, qui quatuor religioſos Ordinis S. Auguſtini publice degradatos tradidit curiæ ſeculari, qui fuerunt furca ſuſpenſi, quia occiderunt fratrem Ioannem de las Caſas Prouincialem ſuũ in Sacra Theologia Magiſtrum. licet Aret.in d.c.cum non ab homine.col.9.de iud. teneat contrarium. ſcilicet quod clericus non degradetur ſine incorrigibilitate, & tradatur curiæ ſeculari propter homicidium qualificatum enorme quantumcumque. quam opinionem dicit eſſe magis communem. & Decius vbi ſupra,dicit eſſe errorem, vt videre eſt per Bernar. Diaz in loco ſupra allegat. qui concordat has opiniones. ſcilicet vt prima habeat locum in clerico in minoribus conſtituto,ſecunda vero in clerico in ſacris conſtituto. tamen concludit,quod ſi iudex videat delictum adeo enorme, & ſcandaloſum, quod debet degradare Sacerdotem, & tradere curiæ ſeculari, vt clericorum inſolentia timore refrenetur.per tex.in c.pro humani.de homic.in 6.Qui inſuper dicit ſecundum Rebuff. in tract. de pacif.poſſeſſ.pag.48. quod tex.in d. c.pro humani.ſe extendit ad parricidas,& occidentes clericum, & vt clerici in dictis delictis ſint ipſo iure priuati beneficijs. quod vltimum dicit non diſponi per d. tex. quia per illum text. ſoli clerici aſſaſsini priuantur beneficijs ipſo iure, vt videri poteſt. quæ vltima opinio Bernar. videtur verior. & magis conue-

Digitized by Google

nire illi textui. Inſuper qui plura homicidia committit, debet puniri dictis pœnis atrocioribus, & ſi fuerit clericus tradi curiæ ſeculari. per ſupradicta. Item ſi quis inuenitur in fragranti crimine homicidij, punitur grauiori pœna. per Iſer.& Affl.in conſt. iuſtitiarij qui per Calendas. Item qui occidit veneno carceratum ſuſpendendum, punitur vt parricida. vt per Hipp. in l.1. ff. de ſicar. nu.6. Sed eſt aduertendum, quod quando iura dicunt quod quis puniatur vt parricida, intelligitur in alijs quam occidentibus patrem, matrem, auum, auiam, non illa pœna aculei, ſed illa alia pœna parricidij, qua puniuntur occidentes deſcendentes, & collaterales, vt ſupra dictum eſt. quia in poenis debet fieri benigna interpretatio.l.ſancimus.C.de poen.& c.in poenis. de regul.iur.in 6. Item ſi quis occidit hominem incendio doloſo viuus comburatur. idem ſi dolo & ex odio mittit ignem in aliquam domum. per tex.in l.capitalium.§.incendiarij. ff.de poen. ſed per regni conſt. mitigatur. De iure vero canonico incendiarij non abſoluuntur niſi a Papa, poſt refectionem omnium damnorum. per tex. & gloſ.in cap.in litteris. de rapt. & per Bernar. Diaz in tit. de incend. Quod tamen intellige in foro poenitentiali, ſed in foro contentioſo clerici talia committentes eſſent deponendi imo degradandi. per ſupradicta. vt per d. Bern.Diaz in d.loco. Et hæc de parricidijs, & homicidijs qualificatis. Qui vero cōmittit ſimplex homicidium, vltra quod per Deum damnatur in æternum, per ſupradicta in primo membro, & terra dabit ſibi paruos fructus, & efficitur inops, item erit infirmus corpore, & omnis viuens appetit quod moriatur, vt Nicolaus de Lira ſuper Epiſtola Pauli ad Hebræos c.9. Et de iure diuino eſt poena mortis naturalis. vt Exod. cap.21. de iure vero humano, ſcilicet de iure communi antiquo, homicida doloſus ſi erat vilis, puniebatur poena mortis naturalis, ſi miles ſeu nobilis, deportabatur. per tex.in l.3.§.penul.ff.de ſicar. dummodo interuenerit dolus, vel culpa. vt per Socc.conſ.16. in prima parte. Sed hodie indiſtincte eſt poena mortis naturalis. per tex. inſt. de publ. iud. §. item lex Iulia. & ff.de ſicar.l.1.& l.3. C.de Epiſcop.aud. Item de iure canonico. per tex.in c.omnis. 3. diſt. quod intelligitur etiam quando occiderit cum baculo, percutiendo in capite,

pite,

pite, quia præſumitur habuiſſe animum occidendi. per Salic. in l. is qui cum telo. col. fin. C. eod. tit. de ſicar. per l. qui cædem. §. fin. ff. eod. tit. de ſicar. per Afflict. in conſt. regni, terminum vitæ. per Cæpoll. conſ. 38. Grammat. vot. 23. num. 25. Item per conſt. terminum vitæ. eſt etiam pœna mortis naturalis, cum diſtinctione. ſcilicet ſi eſt miles, vel nobilis, decapitetur, ſi eſt vilis, furca ſuſpendatur. & hoc quando homicidium eſt voluntarium, & ex propoſito, & ita intelligitur dicta conſt. & prædicta iura communia. Eſt tamen differentia inter ius commune, & d. conſt, quia ius commune conſiderat animum occidendi. quia ſi quis habuerit animum occidendi, & non occidit, de iure communi puniebatur vt homicida, ſed per dicta conſt. conſideratur effectus. quia licet quis habuerit animum occidendi, ſi tamen non occidit, non punitur pœna homicidij. cōcordant tamen in fallentijs. vt per Affl. in d. conſt. terminum vitæ in gl. 1. & plenius dicetur infra ſuo loco. Item ſi quis voluerit occidere Titium, & non occidit ipſum ſed Sempronium, punitur pęna mortis naturalis. quia licet non fuerit eius intentio occidendi Sempronium, tamen fuit intentio occidendi hominem, & ſic dicitur homicida doloſus. arg. tex. in c. cum quærebatur. circa finem. C. vnde vi. per Iſer. in d. conſt. terminum vitæ. & etiam Affl. ibi quæſt. 1. Et ſi ſunt plures qui vulnerauerunt, & neſcitur quis occiderit, ſi fuit inter eos prius tractatus de occidendo illum, omnes tenentur de occiſo pœna mortis naturalis. per Hipp. ſingul. 217. ſi vero non fuerit inter eos tractatus, & non apparet quis læthaliter vulnerauerit, & interfecerit, ſi vnus ex eis fuerit male conditionis, vitæ, & famæ, ille tenetur de occiſo pœna mortis naturalis. vt per Hippol. in d. ſingul. 217. Item qui committit plura homicidia etiam ex improuiſo, & non ex propoſito, ex pluralitate punitur poena mortis naturalis. quinimo ſi fuerit gratia facta de homicidio, ſi non fuerit facta mentio de vtroque homicidio, non prodeſt ſibi dicta gratia. per Gugliel. de Cun. in l. 3. C. de Epiſc. aud. & ſequitur Andr. Barb. in cap. ſuper litteris. 24. col. extr. de reſcript. vt per Thom. Gramm. vot. 10. Inſuper iudex ſi propter indebitam & immoderatam torturam, occidit hominem, tenetur poena mortis. vt per Hippol. in l. quæſtio eſt. ff. de

quæſt. Item non ſolum qui hominem nolentem, ſed etiam qui volentem occidit punitur poena mortis naturalis. ſi tamen homicida ſit in dignitate aliqua, in locum poenæ vltimi ſupplicij ſubrogatur deportatio. per Hipp.in l.1.nu.1.ff.de ſicar.per l.3. §. penul.& fin.ff.eod.tit.de ſicar. & inſt.de publ.iud. §.item lex Cornelia. Et hęc in homicida principali laico.ſi vero homicida ſit clericus doloſus, & ex propoſito, eſt deponendus, & detrudendus in monaſterium. per tex. in c.ſicut dignum.de homic.& c.cum non ab homine.de iud.& c.tuæ.de pœn.Et ſi clericus occidat veneno,grauius delinquit,& eſt dignus grauiore intruſione.& ſi venenum in calicem poſuit ad occidendũ in celebratione Miſſæ,eo grauius deliquit,& eſt tradendus curiæ ſeculari.& qui dat venenum ad occidendum,licet non occidat,punitur eadem poena mortis naturalis, ac ſi occidiſſet.& alia ſpecialia in occidente veneno ponuntur per Dec. in d.c. quæ in Eccleſiarum.de conſt.col.5. vt per Bern.Diaz in ſua pract.crim.in verb. homicida.Et ſupradicta in homicida principali doloſo laico,& clerico. auxiliator vero in homicidio ſi fuit cauſa committendi homicidium,punitur poena mortis naturalis,vt principalis. per Sal.in l. 1.in vlt.carta. C.de rapt.virg.Bal.in l.iudices. C.ad l.Iul.pecul. per tex.in c.ſicut dignum.de hom.tamen ſi præſtat auxilium pluribus committentibus vnum homicidium,vna pęna punitur. per Bar.in l.ſi in rixa.nu.5.& 6.per Hipp.ibi.Et per alia iura allegata.ff.de ſicar. Intelligendo tamen hoc ſi præſtitit auxiliũ in actu proximo ad homicidium.per Fel.poſt Sal.in d.c.ſicut dignum.& Hipp.in d.l.ſi in rixa.ff.de ſicar.nu.33.& 34. Et ſimiliter ſi quis inſtigat,perſuadet, & conſulit ad homicidium committendum ſi ex his fuiſſet commiſſum quod alias commiſſum non fuiſſet, punitur eadẽ poena mortis naturalis.per Carr.in ſua pract.crim. §. circa quod. ſimiliter punitur eadem poena vt homicida principalis, qui per litteras, & per nuncium, hortatur & inſtigat homicidium committi. Item & nuncius qui litteras ducit ſi doloſe & ſcienter ſit mediator criminis. per Bar. in l. furti. §. opem. ff. de furt. Ancharan. in cap.1. de teſt. Iacob. Nouell. in ſua pract. crimin. in verb. quampluribus. num.79. cum ſequent. Et in ſupradictis caſibus pro homicidio imponitur

poena

Digitized by Google

pœna mortis naturalis. In multis autem caſibus homicida etiam volũtarius excuſatur a poena mortis, & punitur mitiori poena: & primo ille qui iuſto dolore ex iracundia occidit. per tex. in l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. de adult. Hipp. in ſua pract. crim. in §. quoniam. num. 66. Pariſ. de Put. in tract. ſindic. in verb. quidam iudex. verſ. homicidium. Dec. in l. quidquid calore. num. 5. de regul. iur. Gram. deciſ. 5. num. 21. vbi ponit multas cauſas doloris. & deciſ. 23. num. 6. Item homicida non punitur poena mortis, ſi vnum tantum commiſit homicidium, & non ex propoſito, ſed in rixa per importunitatem. vt per Gram. vot. 10. & per iura per eum alleg. ibi. & in tali caſu punitur poena exilij. & ſi ex leui culpa poena relegationis per quinquennium. per eundem Gram. deciſ. 17. num. 4. & deciſ. 98. num. 6. & 7. & Boer. deciſ. 169. Item in alio caſu nõ punitur homicida poena mortis, ſed mitiori, ſi cum baculo percuſſerit, quia non præſumitur animus occidendi, niſi percuſſerit in capite. per Bal. in proem. ff. col. 3. & Ang. in l. 1. §. ſed ſi claua. ff. de ſicar. per Fel. in c. ſignificaſti. de hom. per tex. in l. omne delictum, §. ſi quis commilitonem. ff. de re iud. Item ſiquis occiderit hominem manu vacua punitur mitiori poena. l. qua actione. §. 1. ff. ad l. aquil. & ibi Bal. & idem Bal. in c. 1. §. iniuriam. vlt. col. de pac. iur. firm. Item ſi quis percuſſit animo verberandi, & præter intentionem percuſſum interfecit, percutiens non punitur poena mortis, ſed mitiori, arbitrio iudicis. per Paul. de Caſtr. conſ. 192. incip. in cauſa carceratorum. Hipp. in l. 1. ff. de ſica. & Iacob. Nouell. in verb. ad defenſam. num. 77. & 88. per iura per eum alleg. ibi. Decius conſ. 9. vol. 1. Alexan. conſ. 283. vol. 2. Item ſi quis commiſit homicidium & confitetur commiſiſſe, ſed putabat eſſe bannitum, & ſic quod ſibi licuiſſet interficere, tunc mitigatur poena. per Cæpoll. caut. 22. Blan. caut. 2. Item ſi filius qui commiſit homicidium per patrem offeratur & tradatur iudici puniendus nõ punitur poena mortis ſed mitiori. per Cępoll. caut. 2. per iura per eum alleg. ibi. & Blanc. caut. 2. Item ſi committens homicidium dicat quod fecit votum ingrediendi religionem antequam cõmiſerit homicidium, non punitur poena mortis. & quod fecerit votum ante homicidium commiſſum ſtatur eius iuramento,

Digitized by Google

& tunc venit puniendus per iudicem Eccleſiaſticum. per Bal.in l.1.C.an ſeru. ex ſuo fact.2. per d. Blan. caut. 2. & per iura per eum alleg. ibi. Sed hoc de conſuetudine non video obſeruari quia quilibet ad euadendũ pęnam mortis,diceret doloſe ſic ſemper quod fecit votum ante homicidium commiſſum ingrediendi religionem. Item ſi quis confitetur quod extraxerit arma & percuſſit animo occidendi,ſi tamen non eſt ſecuta mors,non punitur de homicidio, quia in delictis non ſolum ſpectatur voluntas ſed exitus.per Affl.in conſt. regni. Aſperitate. 2.notab.maxime hodie de iure regni, & generalis conſuetudinis.per Affl.in Conſt. terminũ vitæ, prout dictum eſt ſupra. Et ſi quis emiſerit ictum ſcopectæ, ſeu archibuſi, ſi non percuſſit, vel modice percuſſit,& non ſequitur mors,licet per eum non ſtetit,non punitur poena mortis,nec poena manus.ſecundũ Affl.in conſt.Aſperitatem. ſed hodie per pragm. Regis Ferdinandi quæ incipit. ad reſtringendũ. punitur poena mortis. Item ſiquis non dolo,ſed caſu quodam interfecit hominem,non punitur poena mortis, ſed mitiori per ſupradicta iura alleg. Item ſi quis habens arma & ferrum,voluit percutere cum baculo, licet in capite percuſſerit, non pręſumitur voluiſſe occidere,& propterea non punitur poena mortis,licet ex illa percuſſione occiderit. per Hipp.in l. 1. §. diuus Adrianus. ff. de ſicar. col. 5. & Gram. vot. 23. num. 10. Item ſiquis honeſtæ vitæ, non ſolitus delinquere committit homicidium non appenſatum, non punitur poena mortis ſed mitiori.per text.in l. poſt idoneum. C.quib. mod. infam. irrog. & l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de his qui not.infa.& l.reſpiciendum.ff.de poen.& Gram.vot.23.num.24. Item ſi quis confiteatur ſe occidiſſe hominem ex iuſtis cauſis & ad ſuam defenſionem, licet iuſtæ cauſæ non probentur,non punitur poena mortis ſed mitiori. per Gram. deciſ. 5.nu.12.& 14. Hoc tamen intelligo quando homicidium prædictũ non poterat aliter probari per teſtes, nec per vrgentes præſumptiones, niſi per ſolam ſpontaneam confeſſionem ipſius,vel probauerit aſſertam defenſionem. Item,mulier quæ dat cauſam mortis,ſi non habet animum occidendi non punitur poena mortis ſed relegatur. per l.eiuſdem. §. aduerſus.ff.de ſicar. Hipp. in l. nihil intereſt, num.4. ff. eo. tit.

Item

Digitized by Google

Item ſi quis committit homicidium per latam culpam,ſine dolo non punitur poena mortis naturalis, quia in talibus lata culpa non æquiparatur dolo.per tex. in l.1.ff.ad l.Cornel.de ſicar.per Bar. in l. quod Nerua.ff.depoſit. vbi tractatur de poena capitali ſemper intelligitur quod interueniat dolus, alias non ſequitur poena capitalis. per Iaſ.in l.1.col.4.ff.de legi. per Deci. conſ.9. incip.diuina.col.1.& Iacob.Nouell.in pract.crim.in verb.ad defenſ.num.87. ſed punitur poena extraordinaria.vt Blan. in ſua pract. in verb. viſis. num. 33. Item qui tempore quo erat ſanæ mentis committit homicidium, furore ei ſuperueniente in carcere, non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria,arbitrio iudicis. per Bal. in l.furioſi, circa finem. C.qui teſt.face.poſſ. & eſt commu.opi.vt per Iaſo. in l. ſi ſeruum.num.17.ff.ſi ex noxa. cauſ.aga.& Iacob.Nouell. in loco ſupra alleg. num.40.Item homicidium quod punitur ex præſumptionibus,non punitur pœna ordinaria,ſed mitiori.per Affl. in conſt.regn.pœnam eorum.per iura alleg.per eum ibi.Item ſi quis prouocatus,ad ſui defenſam hominem occidit, licet ſine moderamine inculpatæ tutelæ, non puniuntur pœna mortis,ſed alia mitiori.per tex.in l.ſi ex plagis. §. tabernarius.ff.ad l.aquil.l.1.§.cum arietes.ff.ſi quatru.paupe. feciſſ. dica. quia prouocatus, ſemper præſumitur facere ad ſui defenſam, & ſufficit conſtare ſe fuiſſe prouocatum. per d.l.1.§. cum arietes. Et prouocatus quidquid facit, videtur facere calore iracundiæ,& propterea excuſatur, & pœna mitigatur.per l. Graccus. C.de ſicar. & c.ſi quis iratus. 2. q.3. & per alia iura ſupra alleg. Item ſi quis impubes committit homicidium, licet non ad ſui defenſam, tamen non punitur pœna capitali.per tex. in l.cum antea.§.excipiens.ff.de ædil.edict.l.auxilium.§. in delictis. & ibi communiter Doct. ff.de minor.per glo. in l. impunitas. C. de poen. per glo.& communiter Doct. in l.quid ergo. §.poena grauior.ff.de infam.per Canon. in c. 1. de delict. puer. Inſuper homicidium non punitur poena mortis in loco vbi ſit cõſuetudo quod non puniatur poena mortis. quia conſuetudo etiã mala excuſat a poena. vt per Hipp.conſ.83.per glo. in c. cum venerabilem. extr. de conſuet. quod tamen intellige ſi conſuetudo non ſit, quod puniatur pœna pecuniaria. quia in tali caſu

non valeret, nec conſuetudo, nec etiam ſtatutum, nec lex ſuperioris. per Hipp. in d.l.1.num.87. cum ſequent. & per alia iura alleg. per eum ibi. Et licet homicidium puniatur pœna mortis regulariter. per d. l.3. C.de Epiſcop. aud. tamen poteſt iudex ſi ſibi videtur, ex cauſa poenam minorare, per ſupradicta. & ita communiter cōcludunt Doct.in l.hodie.ff.de poen.& in d.l.quid ergo.§.poena grauior.vt per Gramm.vot.24.nu.18.per iura alleg. per eum ibi. & per Affl.in d.conſt. terminum vitæ.6.notab. qui ponit viginti fallentias, quibus homicida non punitur pœna ordinaria homicidij, quas etiam & plures ponit Blanc. in ſua pract.in verb.viſis. Sed ſupradicta habent locum antequam pronunciauerit iudex. quia poſtquam eſt pronunciatum, non poteſt aliquo modo, nec ipſe, nec Barones, & domini Caſtrorum, & Ciuitatum aliquo modo minorare, & commutare poenam inflictam, per eorum Magiſtratus, ſeu officiales. nec officiales regij poſſunt in ſententijs reſeruare commutationem, ſeu minorationem eorum arbitrio, nec officiales Baronum poſſunt ſibi ipſis, vel dictis Baronibus, dictam moderationem, ſeu commutationem reſeruare in ipſis ſententijs. vt per regiam pragm. don Paraſan. de Ribera, editam ſub die 22.menſis Octobris 1567. Inſuper ſciendum eſt, quod ſi plures commiſerunt homicidium, & dederunt plura vulnera, vnum tantum dicuntur commiſiſſe homicidium, quia tendunt ad vnum homicidium. per Bar.in l.ſi in rixa.ff.de ſicar. per Blanc. in d.ſua pract.in verb. viſis indicijs.num.112.& 113. Item quando plures percuſſerunt, & quælibet percuſſio non ſufficit ad occidendum, ſed omnes ſimul ſufficiunt, quilibet tenetur de occiſo. per Innoc.& Abb. in c.ſignificaſti.el 2. de homic. per c. fin. 22. q. vlt. & Bar.in l.fin.de ſicar. Item ſi plures ſimul committunt homicidium, ſcilicet omnes ſimul proijciendo trabem ſuper aliquem, quilibet tenetur vt principalis, & vna poena puniuntur. l.illud.ff.ad l.aquil. Quando vero plures, diuerſos faciunt actus maleficij, videlicet vnus dat vnum vulnus in capite, alius dat in brachio, tunc vnus punitur vt principalis, qui fuit princeps factionis, & alij vt auxiliatores.per tex. in l. ſi ſeruo.§. qui duo.ff.de furt.& Bar.ibi. Si tamē ſunt plures, & apparet quis dedit vulnus mortale, & quis nō læthale, læthaliter vulnerans tenetur

netur

netur de homicidio ſi ſequatur mors,& non lęthaliter vulnerans tenetur de vulnere. ſed ſi eſt dubium quis læthaliter vulnerauerit, omnes tenentur de occiſo, vt ſupra dictum eſt. Et ſi plures interueniant homicidio quilibet tenetur de eo quod fecit, niſi conſtet quod vnus dedit auxilium alteri. & tunc quilibet tenetur de eo quod alij fecerunt, non ſolum de eo quod ipſi fecerunt. vt per Hipp.in l.nihil intereſt.ff.de ſicar.nu.14.per Ang.in tract.malef.in verb.& dicto malef.ſemper aſtitit. Item ſi in rixa plures percuſſerunt, tamen vnus læthaliter, ſi certum erat illum eſſe moriturum per dictum vulnus læthale,& ſciatur quis tale vulnus intulerit, ille ſolus tenetur de occiſo. ſi tamen licet dicatur læthale, non erat certum ex illo moriturum,prout pluries aſſolet, omnes æqualiter tenentur de vulnere, & non de occiſo: quia in poenis mitior via tenenda eſt. l. ſancimus. C. de poen. Hoc tamen intellige ſi procedatur illo adhuc non mortuo. ſed ſi ſuperſedeatur in proceſſu vt expectetur mors, vt ſupra dictum eſt, omnes tenentur de occiſo. Item iudex qui de mandato ſuperioris per iniuſtitiam condemnat aliquem ad mortem, & illum punit poena mortis, tenetur de occiſo, licet non poena ordinaria, & tam in foro contentioſo, quam in foro poenitentiali. & non ſolum ipſe ſed etiam mandans. vt per Hippol.in l.1.ff.de ſicar.num.100. cum ſequent. & per Bart. ibi nec illum in totum excuſat mandatum ſuperioris, quandoquidem eſt miniſter iuſtitiæ. per tex. in l. meminerint. C. vnde vi. quia potius debet relinquere officium, quam facere iniuſtitiam ſecundum theologos.vt per Felin.in c.conſanguineos.de re iud. Item dans poculum vt faciat aliquem dormire ad malum finem, vel facere ſtrigonias, ſi ſequatur mors,tenetur de homicidio, licet non pœna ordinaria. ſi tamen dedit ad bonum finem,non tenetur aliqua pœna. per Hipp.in l.1.ff. de ſicar. nu.4. Dans vero poculum ſeu medicinam, ne qua mulier grauidetur ſeu concipiat, tam ille, qui dat quam illa quæ recipit, tenetur vt homicida.per Hipp. in l.mulierem.nu.3.ff. de ſicar. licet non pœna ordinaria, vt ſupra. Item ſi quis dat poculum, vt aliqua mulier faciat abortum, per quod fit abortus, & ille qui erat in vtero moritur, quia erat animatus, tam ille qui dat quam illa quæ recipit

cipit

Digitized by Google

cipit tenentur vt homicidæ. per Iacob. Butri. & Angel. & Salic. in d.l.1. C.de ſicar.& per Hipp. in l. ſi mulierem. nu.5. ff. de ſicar. quæ opinio eſt vera vt teneatur pœna ordinaria. licet aliqui teneant contrarium. Item dans poculum amatorium, vt concipiat, ſi recipiens moriatur per illud poculum, quia dedit operam rei licitæ, dans non tenetur poena ordinaria, ſed extraordinaria. per Hipp. in l.1.§. aduerſus.ff.de ſicar. nu.4.per illum tex. Item ſi quis dat poculum amaſiæ vt faciat abortum, & non moritur abortus, ſed amaſia, dans poculum tenetur de occiſo, licet non fuerit eius intentio vt moriatur amaſia. vt per Hipp. in l.nihil intereſt. nu.34 de ſicar. per l.ſi quis aliquam.§. abortus. ff. de poen. Item ſi quis ingreditur poſſeſsionem cum comitiua, & facta reſiſtentia ex vna ipſarum partium ſit aliquis occiſus, licet talis ingreſſor non habuerit animum comittendi homicidium, tamen tenetur de homicidio. per Hipp. in d. l. nihil intereſt. num.36. per tex. in l.quoniam multa. C.ad l.Iul. de vi publ. Intellige tamen quod punitur mitiori poena. per ſupradicta.& hoc quia dedit operam rei illicitę.& fuit violentus ingreſſor in rem alienam, & potuit & debuit ſe abſtinere ab ingreſſu pro euitandis ſcandalis. vt per Hipp. ibi nu.39. Item qui occidit bannitum veneno,qui potuiſſet aliter occidere, punitur; ſed non poena ordinaria. quia non licet occidere bannitum veneno, niſi bannitum pro crimine læſæ maieſtatis. per Hipp. in rub. de ſicar. in fin. per Angel. in l.fin. C. de dilat. lib.10. per illum tex. Cæpoll. conſ.34. incipien. ſi vnquam. vol.3. Item ſi quis occidit bannitum carceratum, qui ſi non fuiſſet carceratus potuiſſet impune occidi, punitur poena extraordinaria, quia carcerati ſunt in protectione curiæ. per Hipp. in l.1. nu. 5. ff. de ſicar. per tex. in l.fin. C.de cuſto. reo. per Bart.in l.in laqueum. ff. de acquir. rer. dom. & l. 3. §. fin. de ſicar. Item qui occidit inimicum in bello licito, poſtquam eſt captus, punitur extraordinaria. vt per Hipp. in d.l.1.nu.7. Item qui occidit bannitum, quando bannum eſt nullum,item qui occidit bannitum quando certum eſt quod à banno eſt eximendus obtenta gratia, licet adhuc non ſit cancellatum à banno, punitur póena extraordinaria, & cum temperamento. quia eſt aliqua excuſatione dignus,

Digitized by Google

gnus, quia forte neſciebat talem nullitatem, vel gratiam. Item occidens bannitum abſolutum,& non cancellatum à banno, punitur poena extraordinaria. ſi vero ſit cancellatus à banno, punitur poena ordinaria. nec obſtat ſi dicat ignoraſſe, quia debuit conſulere peritiores. per Blanc. in ſua pract. crim. in verb.ignorantia. Item qui occidit ſcriptum in libro bannitorum ignoranter, vel per errorem, qui non poterat banniri. item qui occidit bannitum toleratum à ſuperiore, vel curia, & ambulat per ciuitatem, item qui occidit bannitum, qui communi eſtimatione habetur per non bannito, punitur poena extraordinaria. vt de omnibus per Hipp. in l. ſup. allega. nu.12. cum ſequent. Et in prædictis caſibus punitur cum æquitate. Item qui occidit illum qui per iuſtitiam ducitur ad mortem,punitur de homicidio,licet extraordinarie. & hoc ſi non ſit in contemptum, & opprobrium iuſtitiæ, quia tunc puniretur poena ordinaria. Et licet in dictis caſibus occiſores debent puniri extraordinarie, & cum temperamento, tamen non poena pecuniaria, ſed corporaliter, vt non poſſit etiam ex ſtatuto imponi poena pecuniaria, vt dictum eſt, cum homicidium ſit prohibitum de iure diuino ſub illo præcepto, Non occiſor eris. vt per Hipp. in d.l.1.nu.19. per Anchar. in c.duo iſta.33. q.4. Item ſicut familia Poteſtatis poſſet impune occidere reſiſtentem, ſi tamen iniuſte exequitur, & occidit punitur poena extraordinaria. per Bart. in l. prohibitum. per illum tex. C. de iure fiſ. lib.10. & per alia iura allega. per Hipp. in d.l.1. num.63. Item ſi duo ſunt in homicidio, & vnus vulnerauit lætaliter, & alius leuiter, ſi leuiter vulnerans opem præſtitit homicidio, tenetur de homicidio, licet non puniatur poena ordinaria in rixa. per tex. in l. ſi in rixa. & ibi Bart. ff. de ſicar. & per Affl. in conſt. terminum vitæ. Item ſi quis inquiritur de homicidio antiquo vltra decem annos, ſi conſtat punitur, non tamen poena ordinaria. per tex. in l. ſi quis diutino.ff.de poen. Item qui ſimplicem fauorem præſtat homicidio, & non in actu proximo, punitur extraordinarie, & non vt principalis. per Card.in clem.1. de poen.quæſt.11. per Felin. in c.ſicut dignum de homi. per Hipp. in l. ſi in rixa. de ſicar. nu.33. & 34. Intellige tamen niſi præſtatio auxilij fuiſſet in opem malefactori ad

fugien-

Digitized by Google

fugiendum, & non ad committendum homicidium, quia tunc non punitur de homicidio, ſed illo tit. de his qui latro. vt per Bart. in l. furti. §. opem. ff. de furt. & Bart. & Bal. in l. raptores. C. de Epiſc. & Cler. & per alia. vt per Hipp. in l. ſi in rixa de ſicar. nu. 38. Item ſi ſtatutũ puniat aliter principalem quam auxiliatorem. iuxta l. 1. C. de rapt. virg. Item ſi quis licet non occiderit, nec opem præſtiterit, ſed ratum habuerit homicidium poſtea: punitur extraordinarie, quia ratihabitio habetur ac ſi præceſſerit mandatum. per glo. in l. 1. §. ſed ſi. in verb. ratihabitionem. ff. de vi, & vi arma. per Ange. in tract. malef. in verb. mandatorem. per Affl. in conſt. terminum vitæ. quæſt. 10. & per alia iura per eum allegat. ibi. & hoc, ſi ratum habens ſit talis ad cuius complacentiam fuerit factum homicidium. Item generaliter auxilium præſtans; non punitur eadem poena ſicut principalis, etiam ſi ſit ſtatutum vt puniatur tamquam principalis. maximè ſi ſunt multi qui auxilium præſtiterunt. per Hipp. in d. l. ſi in rixa. nu. 44. 52. & 53. Item decurio committens homicidium, non debet deportari inconſulto Principe, niſi cauſa euitandi ſcandalũ. in l. qui eidem. ff. de ſicar. Item plures habentes officium publicum, videlicet Commentarienſes ſi cõmittunt homicidium ſimul, quilibet tenetur æqualiter, & non de eo quod quis fecerit. tamen mitius puniuntur. vt per Hipp. in d. l. ſi in rixa. num. 8. Item quilibet homicida voluntarius eſt infamis, vt habetur in Geneſ. c. 4. ibi. maledictus eris. vt per Hipp. in d. l. ſi in rixa. num. 57. Item homicida principalis non poteſt facere teſtamentum, ſed repellitur ab actibus iuris ciuilis, non autem auxiliator, de iure ciuili: ſed de iure canonico etiam auxiliator repellitur, & clericus auxiliator repellitur a miniſterio altaris. per Felin. in cap. ſicut dignum. de homicid. per Bart. in l. ſi quis opem. §. ſtatutum. nu. 2. & 4. ff. de furt. & Hipp. in d. l. ſi in rixa. num. 39. Et ſupradictæ poenæ habent locum in homicidio voluntario, & ſimplici, & contra laicum. ſed contra clericum in talibus eſt poena depoſitionis. vt per Abb. in c. at ſi clerici. de iud. & c. cum non ab homine. eod. tit. ſuper quo non poteſt Epiſcopus diſpenſare. vt per Sac. Conc. Trid. cap. 7. 24. ſeſſ. de reformat. Inſuper ſupradictæ poenæ habent locum, quando con-

conſtat de occiſore. ſi vero homicidium ſit clandeſtinum, ſiue occultum, & non conſtat, tunc ſi occiſus ſit Chriſtianus, vniuerſitas, ſiue communitas in cuius territorio reperitur mortuus, punitur in centum aguſtales, ſi vero fuerit Iudæus in quinquaginta. & ſi occultauerint occiſorem puniuntur alia poena arbitrio iudicijs. vt per conſt. regni. ſi damna. & per Affl. ibi. Et quæ capitula regni puniant damna clandeſtina, vide Affl. in rub. de damn. clandeſt. Et prædictæ poenæ habent locum in homicidio doloſo. Quia tamen aliquando quis non habet animum occidendi, ſed caſualiter occidit ſine dolo, ſcilicet qui proijcit trabem, vel lapidem de feneſtra, per quam tranſiens interficitur, hic poteſt puniri ex titulo de his qui deijciunt, poena quinquaginta aureorum. per gloſ. in c. 1. extr. de iniur. Poteſt etiam puniri poena corporali propter eius latam culpam, licet non poſſit puniri poena capitali. vt per Abb. in d. c. 1. de iniur. nu. 3. & tenetur etiam ad omnia damna, & operas, quas amiſit occiſus, quas erat etiam facturus toto tempore vitæ ſuæ. per l. ex hac. ff. ſi quatr. pauper. fecisſ. dica. & Specul. in tit. de iniur. §. 2. & Abb. in c. 1. de iniur. num. 6. Quia homicidium caſuale eſt punibile ſi culpa præceſsit, non tamen punitur poena mortis, ſed alia mitiori arbitrio iudicis. per Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de ſicar. per Alexan. in l. 1. C. de ſicar. & plene per Angel. in l. 1. §. diuus. in fine. ff. de ſicar. Et in culpa dicitur ſi quis currens cum equo in loco conuerſabili, non acclamauerit caue caue. tamen ſi currens occiderit aliquem, non punitur poena capitali, ſed mitiori arbitrio iudicis. per Salic. in l. non ideo minus. verſ. quæro quinto. C. de accuſ. ſed Bonifacius in rubr. de inſult. in fin. num. 45. diſtinguit, aut currit in loco deputato ad currendum, & tunc ſi dolo, poena capitali eſt puniendus, aut culpa, & tunc mitiori poena, aut non fuit in aliqua culpa, quia acclamauit, & tunc non tenetur in aliquo, niſi ſciuerit vitium equi, quia erat ineffrænatus, & tunc eſſet in aliqua culpa, & puniretur aliqua leui poena arbitrio iudicis. ſi vero non in loco deputato, & tunc aut doloſe, & punitur poena capitali, vt ſupra. ſi non dolo, ſed culpa, & tunc licet non poena mortis, tamen aliqua graui poena arbitrio iudicis. per gloſ. in l. ſi puta-

tor.

Digitized by Google

tor. ff. ad l. Aquil. Salic. in d.l. non ideo minus. Felin. in c. ſignificaſti. el 2. de homic. & latè per Marſ. conſ. 65. & conſ. 91. & etiam quod hoc caſu dixerit caue caue, eſt tamen in culpa, quia cucurrit in loco non deputato, licet non in tanta culpa. & ideo mitiori poena puniendus. per ſupradicta. Sed de iure canonico diſtinguitur hoc modo. aut dabat operā rei illicitæ, & tunc ſiue adhibeat diligentiam quam quilibet vir prudens, ſiue non, tenetur de caſuali non poena mortis, ſed alia mitiori. per c. continebatur. de homic. aut dabat operam rei licitæ. & tunc ſi adhibuit diligentiam quam quilibet prudens vir adhibere ſolet, non tenetur aliqua poena. per tex. in c. lator. & c. Ioannes. de homic. aut nullam adhibuit diligentiam, & tunc tenetur mitiori poena arbitrio iudicis. per l. continebatur. & c. audientiam. de homic. & de his. per Iac. Nouell. in ſua pract. crim. in verſ. pro homic. caſuali. Et quando homicidium eſt caſuale etiam cum culpa, poena debet minorari. vt per Foll. in ſua pract. crim. in verbo. poenis debitis. num. 31. & homicidium caſuale non punitur niſi culpa caſum præcedat. per Iacob. Nouell. in ſua pract. crim. in verb. ad defenſam. nu. 89. Et homicidium improuiſum punitur per modo culpæ. vt ibi per eum. & quando euenit caſus homicidij in perſonam affinis, in dubio præſumitur caſualis, niſi appareat de cauſa odij. per glo. Doct. in l. 1. C. de ſicar. Affl. in conſtit. terminum vitæ. & Blan. in d. pract. in verb. his ſic præmiſſis. per iura allegata per eos. Et ſupradictæ poenæ tam homicidij caſualis, quam voluntarij, habent locum in foro contentioſo. Quantum vero ad forum Poli, quilibet homicida ex animo, etiam lege permittente, & permittentibus ſuperioribus, non euitabit poenam æternam, etiam occidens bannitum qui poſſet impune occidi, quia incidit contra præceptum Dei, ſcilicet, Non occiſor eris. per Hipp. in d. l. ſi in rixa. num. 56. in foro etiam poenitentiali qui homicidium committit, etiam non dolo ſed culpa, illa culpa æquiparatur dolo. & ſi ſit Sacerdos qui culpa homicidium commiſit, debet perpetuo ſe abſtinere ab altaris miniſterio. per Abb. in c. quæ ſolum. nu. 2. de poenit. & remiſſ. Inſuper ſi ſit mulier quæ ex lata culpa, & negligentia homicidium committit, ſcilicet, quando in lecto de nocte ponit infan-

tem

tem in medio inter duas perſonas, ſi poſtea reperitur oppreſſus, in foro pœnitentiali faciet publicã pœnitentiam. vt per Abb. in loco ſupra allegato. & de alijs in foro conſcientiæ remitto me ad Theologos, & Summiſtas.

64 Quo ad quintum dicitur, quod inquiſitus de homicidio, ex multis poterit defendi, & primo elidendo indicia quæ ſunt contra inquiſitum, hoc modo. Si quis inueniatur mortuus prope domum Antonij, poterit articulari & probari, quod ipſe Antonius eſt bonæ famæ, vitæ, & condicionis, & non ſolitus homicidia committere. vt per Alex. in d. l. editis. Item quod dictus nullam habebat inimicitiam cum occiſo. vt per Modernos in l. fi.ff.de quæſt.num. 295. Item ſi occiſus deponat & inculpat aliquem, poteſt inculpatus ſe defendere quod nullam habebat inimicitiam cum occiſo, ſed tractabantur & reputabantur vt amici. vt per Hipp.ſingul. 209. Gram.vot. 69. Iacob. Nouel. in ſua pract. in verb. ad defenſ. Item ſi ſit indicium per alienationem factam ab inquiſito ante commiſſum homicidium, tollitur ſi probetur nullam fuiſſe inimicitiam inter ipſum inquiſitum & occiſum. vt per Bar. in l. poſt contractum. ff. de donat. & l. 2. §. eorum. ff. de bon. damnat. Item ſi probetur dictam alienationem fuiſſe factam ex neceſſitate, cum reo criminis non ſit inter dicta alienatio ſuorum bonorum. per Bar. in l. reo. nu. 1. ff. de ſolut. Item ſi probetur occiſum fuiſſe ex improuiſo in rixa, quia tunc non præſumitur malus animus. vt per Blan. in l. fin. ff. de quęſt. num. 86. Item tollitur ſi conſtet partem bonorum, & non omnia alienaſſe. Item tollitur ſi conſtet quod ſua bona alijs renuntiauit. quia appellatione alienationis non venit renunciatio. vt per Iacob. Nouell. in ſua pract. in verb. ad defenſam. num. 122. cum ſequent. Item ſi prætendatur inditium præmeditatum, & ex propoſito per modum vulnerandi & percutiendi, poterit probari quod percutiens habebat roncam, & noluit cum ferro, ſed cum haſta percutere. Item quod habebat enſem, & noluit cum enſe, ſed cum pomo enſis percutere. Item quod poterat percutere in capite & percuſſit in dorſo. vt per Abb. in c. ſignificaſti. el 2. de homic. per eundem Abb. Felin. & Ioan. Andr. in c. 1. de homi. & ſic quod ex tali percuſſione non venit puniendus pœna ordinaria. l. cum

quis.

quis. ff. de ſicar. vt per Abb. & alios Canon. in c. ſicut dignum de homi. & Iacob. Nouell. in d. pract. in verb. ad defenſam. num. 229. & 230. Et ſi multitudo vulnerum faciat indicium appenſamenti, tollitur quod percuſſit cum bidente, ſeu tridente, & ſic quod non pluries ſed ſemel percutiens, fecit plura vulnera vnico contextu ex qualitate ferri, & non redarguitur animus præmeditatus in tali caſu. per Doct. in l. ſi gemina. ff. arbor. furt. cæſa. Item ſi ex tempore noctis redarguitur animus præcognitionis, & aggrauet delictum, poterit excludi quod per errorem fuit commiſſum tale delictum de nocte, quia non cognouit hominem. vt per Marſ. conſ. 92. & quod fuit commiſſum caſu fortuito extra omnem culpam. vt Pariſ. de Put. in tract. ſindic. in verb. multa. Item homicidium de nocte commiſſum poterit excuſari quod luna non lucebat. per glo. ordinariam in l. ſi cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod met. cauſ. & ibi Bal. & per Foll. in ſua pract. crim. in verb. recipiantur defenſiones. in fin. Item ſi ex loco arguatur homicidium præmeditatum, excluditur ſi probetur quod ex pura rixa, vel caſu fortuito fuit commiſſum, vel culpa ſine dolo. & per Canon. in c. inter alia. de immun. Eccleſ. Item ſi ſumatur indicium præmeditationis ex aggreſſione, excluditur ſi probetur quod per ignorantiam vel caſum fortuitũ. per tex. in l. reſpiciendũ. §. delinquunt. & ibi Alex. in Apoſt. ff. de pœn. Item excluditur ſi probetur quod eo tempore furore agebatur. vt per Doct. in l. negotijs. num. 4. ff. de reg. iur. Item ſi ſit indicium ex trepidatione inquiſiti, excluditur ſi reus conſtitutus in banco audacter loquatur, & non variando. vt per Blan. in l. fin. ff. de quæſt. per c. quoniam contra. de prob. Item ſi ſit indicium contra inquiſitum quod fugerit gladio euaginato, excluditur ſi probetur quod nullam inimicitiam habebat inquiſitus cum occiſo. ſed quod eo tempore alius inſequebatur ipſum fugientem. vt per eundem Blan. in d. l. fin. Item ſi ſit inquiſitus quod fuit viſus cum gladio prope occiſum, excluditur ſi probetur quod ipſe inquiſitus ſit bonæ famæ, vitæ, & cõdicionis, nec habebat inimicitiam cum occiſo. Item quod eius arma non erant apta ad menſuram vulneris illati in perſonam occiſi. vt per Pariſ. de Put. in verb. tortura tertio. verſ. an ſtetur dicto torti. Item quod tale inſtrumen-

ſtrumentum quod ipſe gerebat,erat ad alium finem deſtinatum, ſcilicet ad incidendum panem, ex quo non poteſt præſumi animus occidendi.vt Veron.conſ.21.col.2.Et ſupradictis modis defenditur per excluſionem indiciorum.Solet etiã alijs modis reus defendi. primo ex capite prouocationis,probando quod occiſus primo inſultauit,& extraxit arma,& primo manus eleuauit.quia præſumitur contra occiſum, & in fauorem inquiſiti, quod fecit ad ſui defenſionẽ.per l.1.C.ad l.Corn.de ſicar.gl.in l.ſcientiam. §.qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.per illum tex.& per tex.& gl.in d. l.ſi ex plagiarijs. §.tabernarius.eod.tit. Et ſufficit conſtare ſe inſultatum.per d.l.1. §.cum arietes. & per d.§.tabernarius. & per gl.ord.23.q.1.in ſumma. Et ratio eſt,quia ſi prouocatus aliquid fecerit,calore iracundiæ facere videtur.per l.quidquid calore.ff. de reg.iur.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatores.ff.de adul. l.Gracchus.C.eod.tit.de adul.& c.ſi quis iratus.2.q.3. Intellige tamen quod ſi prouocatus ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ,erit impunis. per ea quæ habentur per Bar.& Doct. in l.vt vim. ff.de iuſt. & iur. Sed ſi abſque moderamine,non erit impunis,ſed punietur mitiori pœna de exceſſu.& poena erit vel pecuniaria,vel relegationis.per Azo.in ſumm.eod.tit.de homic. Et vt probetur,& præſumatur quod occiſus inſultauerit,probetur quod ſe mouit de loco ad locum aduerſus ipſum inquiſitũ tempore inſultus.vt per Bar.in d.§.cum arietes.not.illũ tex.& ſequitur etiã gl.in d.§.dicens hoc venire ex propria verb.ſignificatione.nam aggredi idem eſt quod in alium ire,& inſultus in aliũ ſaltus, vt ibi per eum. Item probetur quod occiſus erat fortior, & robuſtior inquiſito,quia in dubio præſumitur quod ipſe inſultauerit. ita firmat Rayn.in d.§. cum arietes.quem ibi refert, & ſequitur Flor.arg.l.nõ omnes.§.qui a Barbaris.ff.de re mil.& conſuluit Bal. conſ.201.vol.3.incipient. factum ſuper quo. & conſ. 431.in 1.vol.vt notatur.in l.1. C. vnde vi. Item conſuluit Barthol.Cæpoll.conſ.29.verſ.7. Et debilis reſiſtens etiam enſe contra fortiſſimum inſultantem pugno, dicitur ſe defendere cum moderamine. per gloſ. in l.1. C.vnde vi. per Affl.in conſt. pacis cultum.6.not. & in fine. Inſuper probetur quod occiſus erat rixoſus, & ſolitus rixam committere. quia in dubio præſumitur

Digitized by Google

contra ipſum.vt per Card. Zabar. & Do.Maſtr.in clem.vnica.de homic.q.33.& Bar. Veron.in conſ. ſuo incip. nam & alias. Item quod occiſus erat audax, nam audacia alicuius pro mucrone habetur.vt per Bald.conſ.82.incipien. quidam inſultatus, & refert & ſequitur Barthol. Veronen.in d.ſuo conſ. Item probetur quod dictus occiſus tenebat ipſum inquiſitum ſubter ipſum, & in terram proiectum,quo caſu in dubio præſumitur quod ipſe occiſus. vt per Flor.in d.§.cum arietes. arg.l.pen.C.de ſicar.Item ſi probetur quod inquiſitus eſt pacificus,& quietus,bonæ vitę,& famę, quia habet præſumptionem pro ſe.per d.l.omnes.§.a barbaris.ff. de re mil. Et ita concludit Bart. Veron. in ſupradicto conſ.verſ. quinta quia dictus Antonius.Item ſi probetur quod dictus inquiſitus ſit impubes,quia in dubio habet pręſumptionē pro ſe quod ipſe non inſultauerit. per tex.in l.cum autem. §.excipiens. ff.de ædil.edict.& l.auxilium.§.in delictis.& ibi communiter Doct.ff. de min.Et quatenus non ad defenſionē occidatur,tamen non punitur pœna capitali,ſed mitiori.per tex.in d.l.cum autem.§.excipiens.& per alia ſupradicta.Inſuper inquiſitus poteſt ex alijs modis,& cauſis defendi.ſcilicet quia erat ebrius,& commiſit homicidium ebrietate. quia licet per vinum non fuerit alteratus a ratione, & non ſit in totum immunis a pœna,vt dicetur infra ſuo loco,tamen in tali caſu punitur cum temperamento, quēadmodum ille qui occidit iuſto dolo remotus,vt dictum fuit ſupra.per Bal.in l.data opera.col.2.C.qui accuſ.poſſ.& Bart.in l.reſpiciendum.§.delinquunt. ff.de poen. Item ſi per vinū ſit alienus in totum a ratione, & ſciebat quod ſolet in ebrietate delinquere, & tamen noluit ſe abſtinere a vino, licet dicatur voluntarie delinquere, tamen non punitur pœna mortis, quia tunc æquiparatur dormienti, qui ſcit quod dormiendo ſolet delinquere, & debet ſe abſtinere dormire cum alijs,& tamen punitur,ſed non pœna mortis. vt per Angel.in tract.malef.in verb. ſcienter. Et ſi probetur quod in ebrietate non delinquebat, & non fiebat vt leo, ſed vt ouis, tunc licet non ſit impunis, quia non debuit ponere ſe in periculo, tamen punitur extraordinarie, & pœna mitiori, cum non ſit culpa vini,ſed culpa bibentis. per tex.in l.omne delictum.§.peruenit. ff.de re milit.per Salic.in l.ſi quis non dicam rapere.

Digitized by Google

rapere. C. de Epiſc.& cler. Idem etiam quod bibat immoderate ſi putabat poſſe reſiſtere potentiæ vini, licet peccet mortaliter ſecundum Diuum Thomam, tamen in tali caſu punitur mitiori pœna, licet non ſit in totum immunis. Item probetur quod dormiebat, quia licet non immunis, vt dictum eſt, quia debet dormire ſolus clauſo cubiculo, & non cũ alijs, tamen quia non fuit dolus, ſed culpa, punitur pœna extraordinaria, & mitiori, quemadmodũ putator quando proiecit ex alto, & nõ admonet tranſeuntes, & committit homicidiũ. per ſupradicta. per l. ſi putator. ff. ad l. aquil. Item ſi femina committat homicidium, poterit ſe defendi ex ſupradictis, & etiam per imbecillitatem ſexus excuſatur. vt per gloſ. in l. ſi. C. de iuris & fact. & ignor. Item ſi aliquis eſt minor & infra pupillarem ætatem, proximus tamen pubertati, licet in totum non ſit immunis, poterit tamen ſe defendere ex ſupradictis, & etiam propter ætatis fragilitatem. vt per Abb. in c. 1. de delict. puero. per Hipp. in l. infans. ff. de ſicar. & per Clem. 1. de homic. Item poterit defendi quod occiſus fuerit mortuus ex non cura, & non regula ſobrie viuendi, & producantur teſtes, & fides medicorum de hoc, quia tunc inquiſitus non punitur de homicidio. per ea quæ ponit Abb. in c. 2. de cler. percuſſ. & Hipp. in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. Et dictæ defenſiones iuuant ad abſoluendum, vel ad pœnam minorandũ. Sunt etiam aliç ſpecies defenſionum, quæ faciunt ad differendum, & ſuperſedendum executionem contra inquiſitum, videlicet ſi ipſe inquiſitus accuſetur grauiori crimine. per Bal. in l. 2. §. ſi. ff. de cuſtod. reor. per illum tex. & conſuluit. Cæpoll. caut. 3. Item vt petatur ab eo compotum de aliquo negocio pecuniario, vel adminiſtrationis per ipſum factæ. per ſupradicta iura. Item ſi accuſentur teſtes de falſo, quia pendente cauſa falſitatis teſtium in quibus conſiſtit ius cauſæ, ſuperſedetur in executione. per deciſ. Afflict. 229. & deciſ. Capic. 25. Item ſi appellatur a ſententia in caſibus in quibus debet admitti appellatio, ſuperſedetur in executione. vt de omnibus per d. Barthol. Cæpoll. d. caut. 3. Item ſi pater offerat & tradat curiæ filium inquiſitum de homicidio, vel de alio crimine etiam læſæ maieſtatis, etiam quod conſtet de crimine, non punitur pœna mortis, ſed mitiori. per tex. in l. militis agrum. §. deſertorem. ff. de

re mil.& l.quicumque.§.qui filium.eod.tit.& Salic.in l.per inſidias.ff.qui accuſ.non poſſ.vt per d.Cæpoll.caut.1.qui dicit quod ſi inquiratur de crimine læſæ maieſtatis,eſſet periculũ.Idem credo de conſuetudine hodie in alijs delictis ex quibus eſſet imponenda poena mortis naturalis ſi plene de eis conſtat. Item poteſt defendi ſi allegetur excellentia artis, vel fortitudinis,dummodo inquiſitus ſit in dignitate,& non ſit aliquis famoſus latro, & dummodo non fiat tumultus de eius abſolutione,quia nõ obſtantibus ſupradictis propter eius artis excellentiam poſſet ſuperſederi in executione donec conſulatur Princeps. per l.ad beſtias.ff.de poen.& per Cæpoll.caut.2.Et in caſibus prædictis poteſt inquiſitus defendi,vt eius poena minoretur, vel vt executio poenæ ſuperſedeatur. Sed ſunt aliqui caſus in quibus poteſt in totum excuſari,vt pro homicidio commiſſo non teneatur aliquã poena. Et ſic veniendo ad ſextum membrum dicitur quod vnus caſus eſt, quod ſi iudex condemnauerit ad mortem aliquem, ſi non habet miniſtrum executorem, poteſt ipſe manu ſua occidere condemnatum,nec tenetur aliqua poena. per tex.in cap.cum hom.& c.homicida.33.q.6.& Hipp.in l.1.nu.270.de ſicar. Item miniſter iuſtitiæ, vel ſtatutus a iudice carnifex facta ſibi gratia condemnationis ad mortem, ad effectum vt ſit carnifex, quod poteſt, vel vnus ex familia factus per iudicem carnifex, quod etiam poteſt, quando aliter fieri non poteſt, occidens condemnatum pro executione iuſtitiæ, impune occidit. vt per Parid. de Put. in tract. ſind. cart. 63. Item ſi ſit data per iudicem licentia familiæ, quod occidat condemnatum ad mortem, propter timorem ne tollatur a manibus iuſtitiæ, poteſt impune occidere. per Bart. in l. aduerſus. C. de Epiſcop. aud. & per Hippol. in d. l. 1. ff. de ſicar. num.35. & per alia iura allegat. per d. Hippol. ibi. Item quis poteſt impune occidere bannitum pro crimine lęſæ maieſtatis,etiam veneno.per d.Hipp. in rub.ff.de ſicar. in fin.per Ang.in l.fin.C.de dilat.lib.10.per illum tex. & Bart.Cæpoll.conſil.34.vol.3. incip ſi vnquam. Item quilibet poteſt impune occidere rite & legitime bannitum, ſcilicet quo ad poenam, temporalem non autem quo ad pęnam ęternam in foro pol.vt dictum eſt ſupra per Hipp.in d.l.1.nu.56.

Item

Item familia Poteſtatis poteſt impune occidere reſiſtentem ipſi familiæ, impune exequenti. per Bartol. & alios ſcribentes in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad Eccleſ. confug. per deciſ. Grammat. 41. & Parid. de Put. in verb. reſiſtentia. Item ſi ludus fieret per priuatum cum licentia ſuperioris poteſtatem habentis, ſcilicet cum lanceis non ferratis, ſi ſequitur mors, non punitur occidens. per Blanc. in ſua practic. in verb. ludo. num. 7. quo loco ſcribit qui ludi ſunt permiſſi, & qui non. Item ſi iudex torquet moderate exiſtentibus legitimis indicijs ſufficientibus, vel ſi tantum terret non extantibus indicijs, & ille tortus, vel territus moritur, iudex in aliquo non tenetur, quia iudex poteſt excogitare, & fingere ad eruendum veritatem. vt per Hippol. in l. de minore. ff. de quæſt. in princ. colum. 3. per cap. afferte. de præſumpt. Quod tamen intelligendum eſt, ſi ſint aliqualia indicia per quæ iudex poſſit mouere animum ſuum ad terrendum, quia veriſimiliter commiſerat delictum. alias non poſſet terrere ſine aliquibus indicijs, non obſtante d. cap. afferte. quia ibi magna excogitatio fuit, & non ad terrendum, ſed ad cognoſcendum miſericordiam veræ matris. præterea fuit Rex qui fecit talem excogitationem ad diuidendum infantem, qui habebat plenitudinem poteſtatis, quam non habet quilibet iudex, qui debet rimari cuncta. per text. in cap. quoniam contra. de probat. Item ſi quis inculpetur quod inueniatur in loco vbi committitur homicidium, ſi iurat quod eſt inculpabilis, & nullam habet notitiam talis homicidij, non tenetur in aliquo, quia tunc eius ignorantia ſic probata ipſum excuſat niſi in contrarium probetur ſcientia. per Grammat. deciſ. 25. num. 4. & 5. Item ſi dominus occidatur veneno, ſeruus non tenetur in aliquo. per Hippol. in d. l. 1. num. 107. per text. in l. 1. §. occiſo. ff. ad Sill. Item ſi quis occidat aliquem ad mandatum tyranni, qui ſi non occidiſſet non potuiſſet euadere mortem, non punitur. per Bald. in cap. iniuria. in vlt. colum. de pact. iur. fir. per Alexan. in l. libertum. ff. ad l. aquil. Decius in

Digitized by Google

l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Iacob. Nouell. in ſua practic. crim. ad defen. num. 167. Item ſi non vere ſit furioſus, ſed taliter fingat furorem quod non detegatur malitia, non punitur, quia furor excuſat. vt per Cæpoll. caut. 2. per text. in l. tam donantis. C. de Epiſc. aud. Item quis non poteſt puniri de homicidio vt auxiliator ſi non conſtat de principali, quia incertitudo principalis iuuat acceſſorium. per Alexan. conſ. 15. volum. 1. incipient. viſo proceſſu. per Afflict. in conſtit. terminum vitæ. Item licet conſcius parricidij, vel criminis læſæ maieſtatis, non reuelans, regulariter puniatur eadem pœna cum principali tamen ſi ſciat ſimplici ſcientia quia fuit ſibi dictum clam, & occulte, & non poſſit probari quis dixerit, ſi non reuelat non tenetur, quia ſi non probaret ſubijceret ſe torturæ, & carceribus, ad quod nemo tenetur. per l. 3. C. ad leg. Iul. maieſtat. l. fin. C. de accuſat. per conſil. Bald. incipiente. quaque. & Hippol. in l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parric. idem dicas in non reuelante contra principem, & contra ciuitatem. Item ſacerdos ſciens tractatum in confeſſione contra Principem & crimen læſæ maieſtatis vel parricidij non tenetur reuelare. per text. in cap. omnis vtriuſque ſexus. & ibi Doctor. de pœnit. & remiſſ. Item ſi ductus ad patibulum ſit obuiam Cardinali, & Cardinalis ipſum liberat imponendo ei pileum, vel aliter, non poteſt amplius de dicto delicto puniri. quia Cardinales habent hoc ex priuilegio, & conſuetudine. per Bald. in l. addictos. C. de appellat. per Cæpoll. caut. 2. Barba. in tractat. Cardinal. quæſt. 9. & Hippol. in rubr. de falſ. Item fugiens de ſupplicio, ſi accedit ad Sacerdotem portantem Corpus Chriſti. per Glo. in cap. quæſitum. 13. quæſt. 2. quam ſequitur Viui. in commun. opin. in verb. condemnatus. Item ſi quis litigat cum aliquo quem frater litigantis occiderit in agro ipſius litigantis, litigante non auxiliante, nec aliquam opem præſtante, nec ratum habente, ad nihil tenetur litigans, licet frater occiderit amore ipſius. per Bartol. in l. data opera. colum. penult. C. qui accuſ. non poſſ. & Ioan. Anan.

in cap.

in cap. fin. de cler. percuſſ. & Afflict. in d. conſtit. terminum vitæ. quæſt. 10. & Hippol. in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. num. 30. Item qui occidit furem nocturnum cum clamore, quem apprendere non potuit, non punitur. Item infans & furioſus occidentes hominem non puniuntur. per ſupradicta. & per d. conſtit. terminum vitæ. & ibi gloſ. Item qui de alto ſeipſum præcipitat, vel ramum, vel aliquid proijcit, & aliquem occidit in loco campeſtri & non habitabili præſtito illi ſacramento, iuret quod illum non vidit tranſeuntem, non punitur, ſed omni calumnia abſoluitur. per conſt. regni pœnam prǽcidenti. ſi fuerit in loco habitabili ſaltem punitur poena carceris annalis. per d. conſtit. Item qui occidit hominem ob ſuam neceſſariam defenſionem, non punitur. per tex. in l. vt vim. & ibi Bart. & Doct. ff. de iuſt. & iur. & per tex. in cap. ſignificaſti. el 2. & ibi Abb. & Doct. de homic. & per clem. 1. de homic. Et non ſolum quis poteſt occidere aggreſſorem pro ſua defenſione, ſed etiam pro defenſione ſuorum filiorum, etiam naturalium tantum. per Bart. & Bald. in l. 1. verſ. circa perſonas. C. vnde vi. Item propter defenſionem nepotum. vt per Bonif. in tract. ſi quis per aliq. col. 1. in fin. Item frater pro defenſione fratris, quia habent in communione omnia bona & mala. per text. in cap. cum duobus. §. patroni. & l. rerum. ff. pro ſoc. Idem in conſanguineo defendendo conſanguineum. ſecundum comm. opin. Idem in marito defendendo vxorem, & e contra. & in ſponſo defendendo ſponſam, & in ſocio defendendo ſocium, & in amaſio defendendo concubinam. & non ſolum aggreſſorem, ſed etiam ſocium aggreſſoris occidere licet ſe defendendo. vt per Bal. & Ang. in d. l. vt vim. & l. 1. C. de rapt. virg. & l. raptores. C. de Epiſc. & cler. Idem etiam in amico defendendo amicum maxima amicitia coniunctum. per Hipp. in d. l. vni. C. de rapt. virg. Idem in liberto defendendo dominum, & e contra. & in vaſſallo defendendo dominum, & e contra. Idem in aſcriptitio, idem in Abbate defendendo Monachum, & e contra. idem in familiari coniuncta, & in omnibus quibus conſideratur affectio. idem in defendendo patriam, idem defen-

Digitized by Google

dendo fidem Chriſti. idem in defenſione rerum ſuarum, idem etiam in defendendo acclamantem currite currite etiam extraneum. vt de omnibus per Bald. in d. l. 1. C. vnde vi. Floria. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquil. Blan. in pract. crimin. in veb. iuris permiſſio. Sed quoad defendendum concubinam, de iure canonico teneo contrarium, cum non ſit licitum habere affectionem cum ea, & datur opera rei illicitæ. per ſupradicta. maxime hodie per Sacr. Concil. Trident. Item ſi quis occidat furem non ſolum nocturnum, ſed etiam diurnum, ſi aliter euadere non poteſt à manibus eius. per Doct. in d. l. furem. per Bonif. in d. tract. ſi quis alium. Item ſi maritus occidat adulterum deprælienſum cum vxore in adulterio monitum ne loquatur cum vxore, & poſtea inuenit cum ea loquentem. per Auth. ſi quis ei quem. C. de adulter. text. in cap. 2. de cohab. cler. & mul. & Hippol. in d. l. 1. de ſicar. num. 21. Item ſi pater occidat filiam deprælienſam in adulterio: & idem ſi adulterium, dummodo eius filiam ſimul occidat. vt in l. patri. & l. nec in ea. & l. quod ait lex. §. penult. ff. de adulter. & ibi Hippol. num. 21. Item ſi pater occidat volentem ſtuprare filiam. per l. 1. §. penult. ff. de ſicar. & per Bonifac. vbi ſupra. Item ſi filius mandato patris occidat adulterantem vxorem patris. per l. Graccus. C. de adulter. Item ſi quis occidat transfugam, vel hoſtem ciuitatis. per l. 3. §. fin. ff. de ſicar. & Hipp. in d. l. 1. de ſicar. nu. 22. Item ſi quis occidat depopulatorem nocturnum, & aggreſſorem viarum publicarum, & deſertorem militiæ. l. 1. & 2. C. quando lice. ſine iud. ſe vend. & Hippol. in d. l. 1. num. 23. Item ſi tutores vel curatores, parentes vel conſanguinei, virginum vel viduarum, occidant raptores earum, & auxiliatores ad raptum faciendum. l. raptores. C. de Epiſcop. & cleric. Item ſi quis occidit inimicum in duello licito. per text. in cap. 1. §. ſi quis hominem. ibi. niſi in duello. de pac. ten. in vſib. feud. Item ſi quis in rixa occidat authorem rixæ. argumento l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quatr. paup. feciſſ. dica. vt per Gandi. in rubr. de pœn. col. penul. num. 60. Item ſi quis

occidat

Digitized by Google

occidat hominem propter tumultum ſedandum, cum aliter ſedari non poterat. per tex. in l.qui eidem. in fin.ff.de ſicar. quod intelligitur quando ille fuit culpabilis. Item ſi creditor occidat debitorem fugientẽ,& telo ſe defendentem.per Alex.in l.furem. ff.de ſicar.Hipp.in d.l.1.ff.de ſicar.num.106. Item ſi iniuſte pro cauſa capitali carceratus occidat cuſtodes,quia non tenetur.per Pariſ. de Put.in tract.ſind.car.25.per Hipp.in d.l. 1. num. 208. Item ſi dominus occidat ſeruum repertum in concubitu in fragranti crimine cum domina.per tex.in l.qui ſeruum. ff.de verb. obligat.Hipp.in d.l.1.num.112.Item ſi ſeruus occidat vxorẽ domini ad inſtantiam domini, cui comminatum fuit a domino quod ſi non interficeret eſſet periturus. vt per Floria.in l.ſi quis homo.§.quid dicit.in princ.ff.ad l.aquil.& idem Florian.in d. l. ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad l.aquil. & Hipp.in d.l.1. de ſicar. & Blan. in ſua pract. in verb. iuris permiſſio. Item ſi contra auxiliatorem non conſtat, nec per eius confeſſionem,licet conſtet per confeſſionem principalis, & per ſententiam in contumaciã principalis,non punitur auxiliator.per Bar.in l.is qui rem.§. ſi Titium.in fin.ff.de furt.quinimo etiam ſi ſit ſententia contra principalem confeſſum & conuictum, non nocet auxiliatori ſi non conſtat contra auxiliatorem,vt ſupra. per Petr. de Anchar. conſ.217.& Ang.in d.§.ſi Titium.& per Hipp.in d.l.1. de ſicar. nu.37. Item ſi quis per ebrietatem interficit hominem, quæ alterauit ipſum a ratione taliter quod neſcit quidquid agat, & tunc ſi bibit parum vini,ſed vinum tenebat potentiam occultam naturalem, vel mixturam factam a ſocijs, quam ipſe neſciebat, per quam eſt inebriatus, in tali caſu in nullo peccat, quia non habuit voluntatem peccandi,nec eſt in aliqua culpa,ſecundum D.Thomam 2.2. q.150.art.123. vt per Blanc.in pract.crim.in verb.ebrietate,argumento tex. in l. Graccus. C. de adult. Inſuper ſi accuſator exculpat ipſum inquiſitum, vel remittit querelam, & fecit tranſactionem cum ipſo inquiſito.per c.fin.de tranſact.per Bar.in l.tranſigere.C.de tranſact. cum tranſactio ſit permiſſa in delictis, niſi in crimine adulterij. vt per Bart. ibi. & Iſern.in conſt. regn. poſt citationem. vbi dicit, quando liceat tranſigere, in tali caſu ipſe inquiſitus habita remiſſione partis

poterit

poterit componere cum curia pro homicidio etiam per pecuniam. per c.preſbyteri.de pœn.& per Parid.de Put.in verb.compoſitio. Et licet per c.regni.ad peruerſorum. in homicidio non componatur,tamen ſi eſſet tanta cauſa mitigationis pœnæ,poterit componi. vt per Camp.in d.c.ad peruerſorum. & quæ dicta ſunt ad defenſionem laicorum, poſſunt etiam competere ad defenſionem clericorum de iure communi. quinimo poſt condemnationem clerici, qui commiſit homicidium etiam voluntarium poteſt Epiſcopus diſpenſare. & ſtante diſpenſatione poterit euitare pœnam temporalem homicidij, & etiam retinere beneficium, ſi alius pendente inquiſitione in cauſa homicidij non impetrauerit in caſu priuationis per ſententiam.quia tunc non poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt homicida teneat dictum beneficium, cum ſit quæſitum ius impetranti poſt ſententiam. vt per Bernar.Diaz in ſua<u></u>ct.crim.in verb.homicida. ſed hodie per Sac. Conc.Trid. c.liceat. 24.ſeſſ. in homicidio voluntario etiam occulto non poteſt diſpenſare, ſed in caſuali tantum, vel facto ad defenſionem vitæ, tunc committitur ordinario, vel ex cauſa Metropolitano,vel viciniori Epiſcopo, & probatis precibus, & narratis,& non aliter, diſpenſare poſſit, vt Sacrorum Ordinum, & altaris miniſterium,& beneficium, & dignitates obtinere poſſit.vt per d.Conc.cap.7. 14.ſeſſ.de reformatione,& ex his ſumus expediti de tractatu homicidij.

De percuſſionibus cum vulnere, & ſine vulnere.

IN præſenti tractatu more ſolito etiam per quinque membra diuidendo videndum eſt. Primo, quid ſit percuſsio, quid vulnus, quid inſultus, & vnde ipſorum quodlibet dicatur. Item quotuplex eſt quodlibet ipſorum. Secundo quomodo procedatur in prædictis, & quolibet ipſorum. Tertio quomodo probentur dicta delicta. Quarto quibus pœnis puniantur quodlibet ipſorum. Quinto quomodo excuſentur, & defendantur.

65 Quo ad primum dicitur, quod percuſsio eſt cutis tactus, & percutere eſt cutem tangere. per Bar. in l.libellorum. nu.7.ff.de accuſ. ſed ſecundum proprietatem potius debet dici, quod per-

cutere

cutere eſt cutem quatere,quia per eam ſignificatur quædam vehementia. quia qui percutit non ſolum tangit cutem,ſed cum quadam vehementia tangit.vnde Virgilius mihi frigidus horror membra quatit. Eſt autem percuſſio duplex,ſcilicet ſpiritualis, & corporalis. ſpiritualis quæ fit cauſa correctionis,vt illa quam facit ſuperior in ſubditum,paterfamilias in filium,vel in ſeruum, & Magiſter in diſcipulos,quæ poteſt fieri virgis,baculo,ferula,& funiculo.per c.cum beatus.4.diſt. corporalis eſt,quæ afficit corpus non ad corrigendum ſpiritum, ſed ad puniendum. quæ non permittitur niſi ſoli iudici, per quam aliquando iudex infligit pœnam mortis, aliquando truncationis manus, aliquando pœnam verberationis, & fuſtigationis. vt per tot leges tituli de ſicar. & per conſt.regn.terminum vitæ. & per conſt. ſi quis aliquem. & per c.regn. ad hoc. & per alia, ſcilicet infra ſuo loco. Aliquando etiam hæc percuſſio infligitur a Deo propter peccata. quæ tunc poteſt dici ſpiritualis,quia tendit ad corrigendum & ad purgationem peccatorum.vt per c. Anaſtaſius.diſt.19.dum dicitur ibi,nutu diuino percuſſus,& dicit ibi gloſ. quia dum iret ad ſeceſſum emiſit inteſtina.& per tex.in c.cum permiſſio.7.q.1. Item in humanis dicitur omnis qui verberat illicite, & etiam leuiter, quinimo ſi quis ſubditos percuſſit crudeliter, quia illicite,dicitur percuſſor. vt Hoſt. in ſumm. de cler.percuſſ. §.1. Et percuſſio continet ſub ſe tres ſpecies inter ſe differentes,ſcilicet vulnerare, pulſare, & verberare. vulnerare non ſolum eſt cum dolore, ſed etiam cum ſciſſura carnis, ſeu cutis, & ſanguinis effuſione. verberare eſt ſine ſciſſura,tamen cum dolore percutere. pulſare eſt percutere, & ſine ſciſſura, & ſine dolore. per tex.in l. lex Cornelia.ff.de iniur.§.inter verberantem. & ideo qui pugno percutit, vel alapa, non dicitur verberare, ſed potius pulſare cum non inferat dolorem, & ſi infert parum infert. vt inſt. de iniurijs.§.1. & ibi Aegid. & qui percutit ſine vulnere,vel ſi percutat baculo, vel fuſte,vel lapide,vel aliquo vaſe, vel manu, ſcilicet pugno, vel alapa, vel calce, dicitur ſimplex percuſſor. per tex.in §.1.inſt.de iniur.& in l.1.§.iniuriam.ff.de iniur.Et ſemper quando quis percutit quocumque modo ex prædictis percutiat dicitur facere iniuriam in corpus. per tex.in d.l.1. §.omnem.ff. de iniur.

de iniur. Sed more ſolito, vt prius tractemus de atrocioribus, veniendo ad vulnus dicitur, quod vulnus eſt ſciſſura, ſeu ſeparatio carnis in aliquo corpore. per tex. & ibi Bart. & Bal. in l. ſi ſeruus. §. recepiſſe. ff. ad l. aquil. & per Hipp. in ſua pract. crim. §. & quia. inſuper vulnus dicitur tumor factus in corpore per percuſsionem, cuius cauſa oportet quod rumpatur, quia facit ſaniem. per text. in d. §. rupiſſe. & ibi Bart. & Doct. Vulnerum autem quædam ſunt leuia, quædam grauia, quædam grauiora, & quædam grauiſsima. per Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. & per eundem Bar. in l. 1. §. vnde quæritur. ff. de pub. & vect. & plenius. per Blanc. in pract. crim. in verb. viſis. nu. 57. & vulnus aliud dicitur mortale aliud non mortale mortale eſt quando vulneratus non poteſt ex illo euadere mortem, vel cum maxima difficultate euadit. non mortale vero cum facile poteſt euadere mortem, vel facile curatur. per Bald. in c. 1. quibus mod. feud. amitt. Item ex aliquibus vulneribus remanet membrum læſum, ſeu debilitatum, ex aliquibus remanet cicatrix, vel enormis, vel non enormis. & cicatrix enormis eſt, quando poſt ſanatum vulnus remanet, & deturpat. per tex. in c. accuſatus. 3. q. 5. per Bald. in l. ſi quis in metallum. C. de poen. Et quis dicitur facere magnum vulnus, quando per ſe facit vulnus naturaliter aptum ad faciendum magnum damnum, ſeu læſionem. ſecus ſi non de per ſe, ſed vulneratus ipſe produxit illud ad magnam læſionem ex non cura. vt per Gramm. vot. 24. inſultus autem poteſt eſſe & cum percuſſione aliqua ex prędictis; & etiam ſine aliqua percuſſione. & dicitur inſultus impetuoſus aggreſſus contra aliquem ira & impetuoſo animo. per Corn. conſ. 107. per Bar. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & per Iacob. Nouel. in pract. crim. tit. de inſult. & vuln. num. 3. Et eſt differentia inter inſultum, & aſſaltum, quia inſultus eſt quando quis inſultans ſe mouet de loco ad locum ad inſultandum. aſſaltus vero eſt quando non vadit de loco ad locum, ſed vbi reperiuntur ex caſu aſſaltat, ſcilicet in rixa inopinata. vt per Gand. in rubr. de pœn. & inſultans qui habet arma, licet non extraxerit, dicitur inſultaſſe cum armis. per Bar. in l. idē eſt. verſ. qui armatus. ff. de vi & vi arm. Item aliquando quando quis inſultat illum proſternit in terram, tamen

ex hoc non dicitur percutere,nec verberare,nec vulnerare etiam quod è terra recipiat vulnus,ſeu percuſsionem. per Abb.in c.tua nos. §. ad vltimum. de homic. vt dicetur infra. Item ſi quis malo animo ſcindit veſtes alicuius, facit iniuriam realem,quemadmodum ille, qui percutit, & inſultat. per Bart. in l. ſed eſt quæſtionis. ff. de iniur.

66 Quo ad ſecundum dicitur quod illi qui vulnerantur, verberantur, & pulſantur, & quocumque modo realiter iniuriam patiuntur, vt ſupra, actionem habent contra vulnerantes, verberantes, pulſantes, & quocumque modo iniuriam facientes. & ſi eſt graue vulnus competit accuſatio ex l.Cornelia de ſicar. ſi vero eſt leue vulnus, vel verberatio ſine vulnere, vel pulſatio inſultus, & alia iniuria realis vt ſupra, tunc competit accuſatio criminalis ex l.Cornelia. de iniur.ad poenam infligendam arbitrio iudicis. item actio ciuilis ad extimationem iniuriæ quanti iniuriatus extimauerit. vt inſtit. de iniur. §. poena & §. in ſumma. quæ actio naſcitur à principio, ſi iniuriatus ſtatim in ſui animi iniuriam reuocauit.& ſi à principio non reuocat iniuriam, non poteſt amplius agere. per dicta iniuria. vt inſtit. de iniur. §. fin. Sed plures ſunt perſonæ quæ repelluntur ab accuſando, ſcilicet infamis infamia iuris & facti,minor viginti annis de iure commu. Sed hodie per conſtit. regn. minor decem, & octo. Item ſubditus non poteſt accuſare ſuum ſuperiorem, nec ſeruus dominum, nec libertus patronuum ſuum. ſed hoc intellige parte opponente, ſed parte non opponente procederet iudex. Item intellige in criminibus publicis, & non exceptuatis, ſed in exceptuatis bene admittuntur ad perſequendum ſuam iniuriam, & intereſſe. vt per Viui.in ſuis commu.opin.in verb. accuſare. & Foll. in pract.crimin. in verb. audiantur exceptiones. Et iniuria ex dictis percuſſionibus aliquando fit vni, aliquando duobus, aliquando tribus perſonis. fit vni quando fit ſeruo, quia iniuria fit ſoli domino, quia ſeruo non competit actio iniuriarum. l.ſed. ff.alia de iniur. fit duobus quando fit filio, quia fit ipſi filio, & patri, & competit actio vtrique. & per actionem vnius non tollitur actio alterius. per l. 1. §. fin. ff. de iniur. & pater poteſt agere duobus iudicijs, vno ſuo nomine,

alio

67 alio nomine filij.per tex.in l.pater. ff.de iniur. Et ratio eſt quia filius eſt pars viſcerum patris & matris, & commune bonum coniugatorum. l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ. & ſiue ſit legitimus & naturalis, ſiue naturalis tantum, quia natura communis eſt l.hos accuſare.§.fin. ff. de accuſ. & in tantum, quod ſi pater ſit captus ab hoſtibus, filij tenentur redimere, & ſic e contra, alias priuarentur ſucceſſione. per tex. in Auth. captiui. C.de Epiſc. & cler. iuncta l.1. C. de his quib. vt indig. Item ab iniurijs & percuſſionibus filij tenentur defendere parentes, & e contra.l.ſi parentes.ff.de verb. ſign. & ſi filij non defendunt parentes puniũtur.vt per Bal.in l.1. nu. 2. C.vnde vi.ſi tamen patres non defendunt filios,non puniuntur, vt ibi per eum.Inſuper quia pater & filius ſunt vna caro.c. cõtradicimus.§.hac authoritate.35.q. 3. Fit iniuria tribus quando fit iniuria vxori, quia fit
68 vxori,marito, & patri ipſius vxoris. d. l.ſed alia. ff. de iniur. Et ratio eſt, quod fiat marito, quia maritus & vxor ſunt duo in carne vna.vt Geneſ. c. 2. & vxor caro eſt de carne viri, & os de oſſibus viri, vnde dicitur viriſſa. vt in d. c. 2. Geneſ. & in l.1.ff. de ritu nupt. & vxor eſt pars corporis mariti. per c. admonere. 33. q.2.& maritus & vxor ſunt ſocij diuinæ & humanæ ſocietatis.per d.c.admonere.& per glo. inſt.de iure nat.in princ. Quantum vero ad ſeruum cum domino, eſt quia poteſtas domini in ſeruum eſt de iure gent.& olim erat domino poteſtas in ſeruum vitæ & necis. l. aduerſus. C. vbi ex poſſeſſ. hæred. licet hodie ſecus, quia non poſſunt domini in ſeruos vltra modum ſæuire, quia omne malum & bonum quod fit in ſeruum, redundat in dominum. vt Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien.iur. §. 1. Inſuper eſt ſciendum quod ſi aliqua ex dictis perſonis facit libellum de accuſatione iniuriarum, & ex l. Cornel. de ſicar. debet formiter concipere libellum. iuxta formam l. libellorum. ff. de accuſ. & ponere annum & menſem vulneris illati, ſeu percuſſionis factæ. item & locum & conſulem. Sed quantum ad tempus eſt aduertendum, quod ſi percuſſus fuit per aliquos dies ante natiuitatem domini, & libellatur per aliquos dies poſt natiuitatem Domini, non dicatur de pręſenti anno, ſed de anno proximo præterito, cum annus communis incipiat a nati-

uitate

Digitized by Google

uitate Domini, alias libellus non procederet.ſecundum Bar. in l. libellorum. num. 15. ff. de accuſ. licet Bald. in l. diuortio. verſ. item ſi nullus. poſt glo. teneat quod talis libellus poſſet ſubſiſtere: & idem dicit voluiſſe Iacob. Butri. Inſt. de actio. in princ. & per addita ad Bar. ibi. tamen annus legalis intelligitur per ſpatium dierum 363. & ſic ſufficit quod non ſit reuolutus numerus tot dierum a die factę percuſſionis. vt ibi per eum. quæ opinio videtur æquior & magis tenenda, vt actus magis valeat quam pereat, & non tantum attendendum eſt in ſolemnitate, ſed in veritate facti. Hinc eſt quod hodie in regno per c. deteſtantes. eſt ſublata ſolennitas libellorũ in ciuilibus & criminalibus per literas Reginæ Iſabellæ. & Pariſ. de Put. in tract. ſindic. in verb. ſententiam. verſ. an d. c. deteſtantes. vltimo teneat quod per c. deteſtantes, non ſit ſublata forma l. libellorum, ſcilicet circa locum & tempus, quia ex his reus poteſt inſtrui & ſe defendere, dicitur tamen quod ſi conſtat contra reum, putat quod poſſit puniri etiam quod deficiat dicta forma, vt ibi per eum. ſed de conſuetudine ſeruatur in cauſis criminalibus dicta forma l. libellorum. & ſi deficit annullatur proceſſus. & ita ego obſeruari vidi per multos annos hucuſque in curijs prouinciæ Calabriæ. Et licet libellans non tenetur exprimere diem & locum loci, tamen ſi pars aduerſa requirit, tenetur exprimere vt ipſe reus poſſit facere ſuas defenſiones. vt per Viuium in comm. opin. in verb. accuſator. & ius accuſandi durat viginti annis, quo tempore elapſo præſcribitur. per glo. & Doct. in l. querelam. C. de falſ. & per Viu. loco ſupra alleg. Et in ciuilibus ſi libellus eſt ita obſcurus quod non poſſit haberi concluſio, & non narrat factum, non proceditur. vt per Pari. d. loco ſupra alleg. Inſuper ſi quis exiſtens in platea ſagittauit & percuſſit Seium extra plateam, ipſe Seius ſi faciat libellum debet ponere vtrumque locum ad maiorem cautelam. per Bar. in d. l. libellorum. ff. de accuſ. num. 7. Et ſi percutiens fuit punitus ex percuſſione, ſed non ſufficienter, vel fuit punitus ſufficienter, tamẽ nõ ſoluit intereſſe percuſſo, ipſe percuſſus elapſis etiã tribus annis, poteſt agere pro iniuria & intereſſe. per Boer. deciſ. 289. par. 2. & Foll. in pract. crim. in verb. pœnis debitis. num. 16. & hoc intelligitur ſi ipſe vulneratus in primo iudicio

Digitized by Google

cio non fuit auditus, nec legitimè citatus in vnoquoque actu. per tex. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. quia ſi fuit auditus vt ſupra, obſtaret exceptio rei iudicatæ ſi non fuit appellatum infra legitima tempora. vt per conſt. regn. appellationum tempora. & ibi per Affl. per iura per eum ibi adducta. Item ſciendum eſt quod ſi vulneratus propter dictum vulnus non poſſit iniuriam proſequi, nec poſſit adeſſe iudicio, poteſt iudex in d. cauſa procedere ex officio. per c. regn. contingit plerumque. & ibi Campa. Inſuper etiam quod vulneratus poſſit eſſe in iudicio ſed nolit facere partem in iudicio, tamen iudex in vulneribus in quibus venit imponenda pęna abſciſſionis manus, ſcilicet in atrocibus vbi remanet membrum læſum, vel cicatrix deformis, poteſt procedere ex officio. per c. regn. ab illo inchoandum. & per c. ne tuorum. & c. ſi temporum. & c. vt delatas. etiam non requiſito offenſo. licet ſit ſecus de iure comm. per ea quæ dicta ſunt ſupra in tract. de homi. in ſecundo membro. ſecus autem ſi ſit percuſſio cum baſtone vel lapide. vt per Andr. de Iſern. in conſt. ſi quis aliquem. & Camp. in d. c. regn. ab illo inchoandum. num. 40. quia tunc non veniret imponenda pœna manus, ſed extraordinaria, & infra relegationem. per ſupradicta. Quod tamen intelligitur ſi percuſſio cum lapide vel baculo non fuerit in capite, & talis ex qua lædatur membrum, ſcilicet eruatur oculus vel aliud, vel faceret magnam cicatricem in facie. quia tunc poſſet procedi ex officio. per ſupradicta. quia in tali caſu præſumitur animus occidendi, & veniret imponenda pœna vulneris, & vltra relegationem. Item ſi quis verberat vel percutit clericum, uel monachum, poteſt procedi ex officio. per c. regni. de uiolentijs. quod procedit ſi eſt iniuria grauis & atrox. vt per Campa. ibi. Item ſi quis appenſate cum hominibus coadunatis. quia tunc etiam quod percutiat cum baculo & non faciat vulnus, poteſt ex officio procedi, quia committitur crimen publicum, & tenetur de ui publica, vbi venit imponenda pœna mortis ciuilis, ſcilicet deportationis & publicationis bonorum. per l. de ui publ. Item hodie in regno per ritum magnæ curiæ Vicariæ in tit. quibus denuntiationibus procedatur ex officio, poteſt procedi contra eum qui verberat cum baculo, etiam quod non ſit cum hominibus coadunatis,

natis, in quo dicitur, quod non proceditur ex officio contra eum qui percutit cum planello, vel corrigia, vt ibi. & videtur intelligi quod procedatur ex officio, quando percutit cum baculo appenſate, & ex propoſito, non autem ex improuiſo, & in rixa. Item vulnerans, ſeu percutiens, poteſt puniri in loco vbi commiſit delictum. per auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. Item in loco domicilij. & habet locum præuentio. per Abb. in c. cum ſit generale. & c. clerici. de for. compet. Et ſi ſit ſtatutum quod Pariſienſis vulnerans Peruſinum poſſit puniri in quacumque parte mundi, tale ſtatutum non valet, quia non poteſt alibi puniri, niſi vbi deliquit, vel in loco domicilij, vel originis. niſi ibi non reperiatur iuſtitia, quia tunc eſſet accedendum ad ſuperiores. per gloſ. & Bar. in l. nulli. C. de Iudæ. & cælicol. nu. 4. Item inquiſitus de vulnere poteſt carcerari, & non relaxatur fideiuſſoribus, quando vulnus eſt magnum, & venit imponenda pœna abſciſſionis membri. per c. regni, ab illo inchoandum. & in tali caſu eſt locus torturæ per ritum magnæ curiæ. nu. 41. vbi autem vulnus eſt paruum, & alia percuſſio quando eſt talis per quam committitur vis publica, carceratur. ſi vero non committitur vis publica, & per talem percuſſionem venit imponenda poena infra relegationem, vel arbitraria, de iure non debet carcerari, ſed magna Curia, & aliæ Audientiæ regiæ vbi poena eſt arbitraria ſemper carcerant, & non excarcerant ſub fideiuſſoribus. vt Carauit. ſuper dicto ritu. per conſ. Anchar. 276. & conſ. Aimon. 224. De iure vero canonico carceratur inquiſitus, ſed excarceratur, & relaxatur ſub fideiuſſoribus, niſi ſit enormitas delicti, vel aliqua rationabilis cauſa ſuadeat. per tex. & gloſ. in c. ſi clericos. de ſent. excomm. in 6. ſic etiam de iure conſt. regn. per conſt. humanitate. quæ obſeruatur quando venit imponenda poena infra relegationem, vt dictum eſt ſupra.

69 Quo ad tertium dicitur, quod aſſertio, ſeu dictum vulnerati facit indicium ad inquirendum contra aliquem de vulneribus, & percuſſionibus ſibi illatis, etiam ſine iuramento. per Hipp. in ſua pract. crimin. in §. diligenter. colum. 24. verſ. quæro vlterius. & Franc. Brun. in tract. de ind. cart. 3. & Pariſ. de Put. in tract. ſind. in verb. tort. §. officialis. & Camp. in cap. regn. frequens.

num.47. cum ſeqq. & per alios. & eſt communis opinio. vt per d. Hippol. & Camp. vbi ſupra. Item ſi probetur aliquem minatum fuiſſe contra Titium quod vult illum vulnerare, vel percutere, ſi poſt modicum tempus dictus Titius fuit percuſſus, vel vulneratus, & non probatur quis vulnerauerit, vel percuſſerit, præſumitur percuſſus a minante, non tamen vt poſsit condemnari, ſed ſi vulnus fuerit atrox, vt poſsit torqueri. per Abb. in cap. ſcribam. de præſumpt. per Specul. tit. de præſumpt. §.2. circa fin. & per eund. Abb. in cap. litteras. 1. colum. de præſumpt. cum limitatione tamen, ſi minans ſit ſolitus mandare executioni minas. per text. in cap. ſane. & ibi Doct. diſt.9. & a minante poteſt peti fideiuſſoria cautio de non offendendo. per Bal. & Angel. in l. decernimus. C.de Epiſcop. & cler. Et ſi quis minatur quod occidere, vel vulnerare faciet Petrum, ſi poſtea Petrus reperitur occiſus, vel vulneratus, præſumitur quod occidere, vel vulnerare fecerit dictus minans, non autem quod ipſe minans occiderit, vel vulnerauerit. maxime ſi occidens fuerit amicus, vel familiaris minantis. vt per Specul. in tract. de prob. §.3. verſ. ſed pone. vt per add. ad Abb. in d. ſcribam. Item accuſans de percuſsione cum ſanguine, debet probare quod non ſolum fuit percuſſus, ſed quod fuit ſibi vulnus illatum cum ſanguine, vt ſequatur condemnatio de vulnere contra vulnerantem. quia illa qualitas cum ſanguine mutat factum de percuſſione ſimplici in vulnus. quia alia eſt condemnatio vulneris, alia percuſsionis ſine vulnere. vt per Bar. in l. denunciaſſe. §. quod tamen. ff. de adult. Et ſimiliter ſi quis accuſat de vulnere cum cicatrice, debet probare & de vulnere & de cicatrice. quia ſi probat tantum de vulnere ſine cicatrice, ſequitur condemnatio de ſimplici vulnere ſine cicatrice. Et ſi ſtatutum imponat poenam pro vulnere cum cicatrice deformi, ſi tantum probetur vulnus cum cicatrice, & non probetur cicatrix deformis, non imponitur pœna dicti ſtatuti, quia diuerſa eſt cicatrix deformis, a non deformi. per l. fin. & ibi Florian. ff. de his qui deiec. & effreg. & l. locum. §.1. ff. de fideiuſſ. Et ſi quis accuſat de vulnere cum ſanguinis effuſione, ſi probetur de vna gutta ſanguinis, non ſufficit, cum ſanguinis effuſio non intelligatur de vna gutta. vt per gloſ.

Digitized by Google

gloſ. in cap. cum illorum. de ſent.excomm. & ſtatutum loquens de vulnere, non habet locum in vulnuſculo, taliter quod pœna impoſita per ſtatutum de vulnere,non imponitur de vulnuſculo, ſed de magno.per Bal.in l.2.C.de ędil.edict.per Angel.in l.ſi pignore.§.ſi ſurem. ff.de furt. & per add.ad Bart.in l.denunciaſſe. §. quod tamen.ff. de adult. Et quæ probationes requirantur, & quomodo probentur illata vulnera, & percuſſiones vide ſupradicta in tract. homic. in tertio membro. quia ea, quæ ſufficiunt, & faciunt probationem, & indicium homicidij, ſufficiunt & faciunt indicium ad probationem vulneris, ſeu percuſſionis. Item ſi quis poſt paucos dies poſt illatum vulnus moritur, præſumitur mortuus ex dicto vulnere. per Abb.in cap. presbyterum. de homic. num.3.& cap. continebatur. eod.tit. ſi vero longo tempore poſt,tunc ſi ſemper & in dies de malo in peiorem ſe habuit, etiam præſumitur mortuus ex dicto vulnere, vt dictum eſt ſupra in d. tract.de homic. Et hæc quando ſumus in dubio. ſed quando ſumus in claris,quia extat fides medicorum quod vulnus fuerit mortale,tunc ſtatur fidei ipſorum. per tex. in l.1. ff.de ventr. inſpic. & l. ſi ſemel. C. de re milit. lib.12. & per Bald. in cap.1. quib. mod. feud. amitt. & Bart. & Hippol.in l.ſi in rixa.ff.de ſicar. Et ſi medici dicant quod vulnus ſit mortale, quocumque tempore moriatur vulneratus dicitur mortuus ex vulnere: ſi vero dicant, quod non ſit mortale, tunc quocumque tempore moriatur non dicitur mortuus ex vulnere, ſed ex malis medicamentis, & mala cura. vt per Afflict. poſt gloſ. in conſtit. regn. qui de alto. prout etiam dictum fuit ſupra in tract. de homicid. Hoc tamen intelligitur quando fides medici fuit facta de mandato & licentia iudicis. argum. text.in l.3.§.fin.in fin. ff. de ſicar. Et ideo cauti aduocati inquiſitorum de vulnere læthali, quando vulnus non eſt læthale comparent coram iudice, & petunt, quod medici vadant ad videndum vulnus, dato eis iuramento de veritate dicenda. ſi referant quod vulnus non eſt mortale, ſi poſtea vulneratus moritur, dicitur mortuus propter eius culpam, & malam curam. per l. quod ſi nolit. §. mancipium. ff. de ædil. edict. & l.3. ff. de his quib. vt indign. & l. neceſſaria circa fin. ff. ad Silla. & per

Afflict. in d. conſt. qui de alto. ſi vero medici ad partis inſtantiam, & ſine licentia iudicis, faciunt dictam fidem, tunc non adhibetur tanta fides, & poteſt dicta eorum fides infringi per contrarias probationes, & præſumptiones. ſcilicet ſi probetur quod vulneratus ſe curari fecit per dictos medicos, & quod ipſe ſobrie ſub regula & cura vixit, tam tempore vulneris quam poſtea. vt per Felin. in cap. presbyterum. de homic. & Bald. in l. qui occidit. ff. ad l.aquil. Item ſemper præſumitur quod vulnerans vulnerauit in contemptum legis. per conſt. reg. ſi quis aliquem, niſi probetur contrarium. vt per Affl. in d. conſt. col. fin. per Ioan. de Amic. conſ. 26. & 27. Item ſi duo rixantur, & vnus apparet vulneratus, licet non probetur, nec appareat, quis vulnerauerit, tamen præſumitur vulneratus a rixante cum eo. & eſt indicium indubitatum contra dictum rixantem. per Hippol. in ſua pract. crimin. in §. diligenter. num. 30. Salicet. in l. fin. C. de probat. & Franciſc. Brun. in tractat. de ind. Et ex dicto indicio poteſt inferri tortura, ſed ſi velit condemnare non poterit poena ordinaria, ſed extraordinaria, & mitiori. per Abb. in cap. tertio loco. de probat. per Hipp. in l. 1. §. diuus. num. 33. ff. de ſicar. & dicetur latius infra ſuo loco.

70 Quo ad quartum dicitur, quod pœna vulneris, ſeu percuſſionis, aliquando imponitur maior aliquando minor, attenta qualitate vulneris, ſeu percuſſionis, & vulnerati, & vulnerantis. Quinimo aliquando percuſſio continet in ſe crimen læſæ maieſtatis. quia ſi quis percuteret Cardinales committeret crimen læſæ maieſtatis, quemadmodum ſi percuteret Papam, vel Regem, quia Cardinales dicuntur filij Papæ. per Iſern. in conſt. regn. vt participatio. & ibi etiam Afflict. & ſi quis percutiat Epiſcopum eſt puniendus poena capitali tanquam ſi commiſerit crimen læſæ maieſtatis. per tex. in l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & cler. Item amittit omnia bona, & illa applicantur eius Eccleſiæ per text. in cap. ſi quis deinceps. 17. quæſt. 4. quæ bona amittit quocumque modo in Epiſcopum manum iniecit, etiam non enormiter. vt per gloſ. in d. c. ſi quis deinceps. & ſi eſt clericus amittit omnes dignitates

& om-

Digitized by Google

& omnia beneficia. & eius ſucceſſores vſque ad quartam generationem non poſſunt habere nec dignitates, nec Eccleſias, nec beneficia, nec admitti in clericatum niſi ex diſpenſatione Summi Pontificis. per tex. in cap. quibuſdam. de pœn. vltra pœnam excommunicationis. per cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q.4. Item ſi quis percutiat Abb. & non abſoluitur niſi per Papam, quia manum iniectio contra Epiſcopum & Abb. ſemper iudicatur enormis, etiam quod ſit leuis. vt per Abb.in c.1. de iniur. Si vero quis percutiat clericum, ſi inter diuina officia,etiam punitur pœna capitali. per tex.in d.l. ſi quis in hoc genus. & eſt excommunicatus ipſo iure. & non abſoluitur niſi per ſolum Papam in omni caſu. ſi vero non inter diuina officia,& tunc ſi percuſſio eſt magna, & enormis, non abſoluitur niſi per ſolum Papam. per cap.1. & cap. peruenit, & per alia iura de ſent. excommunicat. idem ſi non ſit enormis, ſed fiat in loco publico in frequentia hominum. per cap.cum illorum.& ibi gloſ.de ſent. excommunicat. Si vero percuſſio ſit leuis, & in loco non publico ſed ſecreto, poteſt abſolui per Epiſcopum. per cap. peruenit. & per Abb.in d.cap. & in d.cap. cum illorum. & cap. contingit. eod.tit. Item ſi fiat percuſſio per mulierem, filiumfamilias, infirmum, & pauperem, & ſimiles, abſoluuntur per Epiſcopum. per cap. mulieres. cap. quamuis. & ibi gloſ.eod.tit. & vltra pœnam excommunicationis puniuntur etiam arbitraria pœna. vt etiam dicitur infra de clerico. quia cum ſint delicta extraordinaria,debent puniri pœna extraordinaria. per text. in l. fin. ff. de iniur. & Sebaſt. de Nea. in cap. regn. de iniurijs. num.8. Et quando clericus perſonaliter eſt offenſus dicitur committi ſacrilegium. per Campan. in d. cap. regn. de iniurijs. num.10. & ſi eſt facta iniuria clerico ſeculari, debet fieri ſatisfactio ipſi clerico. vel eius hæredi ſi eſt mortuus. ſi vero fiat monacho, & tunc aut fuit facta intuitu ſuæ perſonæ, & debet fieri ſatisfactio ipſi monacho, vel eius hæredi, vt in clerico ſeculari, ſi vero fiat intuitu monaſterij tunc fiat monaſterio. videlicet Abbati nomine monaſterij. per Felin. Dec. & Pariſ. in cap. in præſentia. de probat.col.48.num.127. & Felin. in cap.cum dilecta. colum.24. cum ſequent. de reſcript. & Camp. in d.c.regn. de iniur. nu.15.

Digitized by Google

Item ſi quis dederit alapam Poteſtati, poteſt per ipſum ſtatim furca ſuſpendi, quia in tali caſu licet iura tranſgredi. per Bald. in cap. 1. §. iniuria. de pac. iur. firm. per Grammat. deciſ. 36. num. 4. quod tamen intelligitur niſi Poteſtas prouocauerit. quia tunc ſi iudex per iniuriam prouocauit, ſi ad defenſionem ſui corporis, vel ſui honoris, ille fecerit, licet poſſit puniri de exceſſu, tamen in aliquo excuſatur. per ea quæ habentur per Bart. & Doct. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. quia tunc officialis eſſet iudex in cauſa propria. & eſſet iudex inimicus, qui eſſe non debet. per text. gloſ. & Doct. in cap. ſecundo requiris. de appellat. & l. cum apertiſſimi. C. de iudic. Item ſi quis vulnerat corpus ægrum, & per dictum vulnus deterioretur, & moriatur, licet vulnus non fuerit mortale in corpore non infirmo, & bene ſe habenti, quia per tale vulnus mors ægri acceleratur, ille vulnerans punitur pœna mortis. per l. qua actione. §. ſi quis ægrum. ff. ad l. Aquil. & per Abb. & Doct. in cap. ſignificaſti. el 2. de homic. & Cæpoll. conſ. 61. Iacob. Nouell. in verb. defor. de ſcrip. vul. num. 45. Item qui percuſſit imaginem Dei, & Glorioſæ Virginis Mariæ, & Sanctorum, dolo, & malo animo, punitur pœna mortis. vt per Angel. in l. ex Senatus conſulto. ff. de ſicar. quia dicitur committere crimen læſæ maieſtatis diuinæ. per text. in cap. ſi canonici. de off. ordin. in 6. vbi eſt pœna mortis, vel arbitraria vt ibi etiam. per gloſ. & Abb. in verb. blaſphemia. & Hippol. in d. l. ex ſenatuſconſulto. & qui tale crimen committit, ſi eſt laicus punitur per iudicem laicum. vt per Hippol. ibi. Item qui facit ſpadonem etiam volentem, punitur vt homicida, & etiam ipſe ſpado volens. per l. 1. §. conſtitutum. & ibi. Hippol. ff. de ſicar. Item qui facit inſtrumentum ad caſtrandum, ſi fuerit ſecutus effectus per dictum inſtrumentum, punitur eadem pœna mortis. per Hippol. in l. 1. §. hi quoque. ff. de ſicar. Item qui dat ſeruum ſuum, vel alium, ad caſtrandum punitur pœna de ſicar. arbitrarie cum amiſſione medietatis bonorum. per d. l. 1. §. is qui ſeruum. ff. de ſicar. & ibi. Hippol. Et ex talibus percuſſionibus propter immanitatem facti imponuntur graues pœnæ, quia tangitur maieſtas, & diuina, & humana. ſed

quando

Digitized by Google

quando non tangitur maieſtas, nec diuina,nec humana,ſed offenduntur particulares perſonæ, tunc eſt aliter ſtatutum per iura.& de iure diuino erat poena talionis,ſcilicet oculum pro oculo,manum pro manu.vt Exod.c.21. & Leuit. c.24. Sed de iure humano eſt conſideranda qualitas percuſſionis. ſcilicet an ſit enormis, vel magna, vel parua. & pro diſcernendis dictis percuſſionibus, eſt animaduertendum ad illa decem prædicamenta quæ ponuntur per philoſophos,ſcilicet conſideretur ſubſtantia, qualitas, quantitas,vbi,quando,ſitum eſſe,ad quid,habere,agere,& pati.vt per Azon.in prooemio in ſūma.per Bal.in l.ea quæ. C.de cond.ind.Blanc.in pract.crim. in verb. viſis.num.57. cum ſequent.ſuper quibus non intendo inſiſtere,ſed ſi quis velit ſubtilius indagare, recurrat ad Philoſophos, & ad iura ſupra allegata. Sed veniendo ad ea quæ afferunt proficuitatem dicitur quod licet dicta poena talionis hodie ſit ſublata, prout erat de omnibus membris, ſcilicet dentē pro dente,oculum pro oculo, pedem pro pede, manum pro manu, & ſic de alijs, prout habetur in d. c. 21. Exod. & Leuit. c. 24. tamen hodie per conſt. regn. incip. Si quis aliquem. eſt ſtatutum quod qui manu vulnerat hominem, puniatur truncatione eiuſdem manus. & etiam in aliquibus alijs caſibus punitur quis poena manus. vt per Affl. in cap. 1. §. ſi quis alium. de pac.iur. firm. vt refert idem Affl. in d.conſt.ſi quis aliquem.Et veniendo ad diſpoſitionem dictæ conſt. dicitur quod dicta conſt. punit vulnerantem cum armis molitis aptis ad vulnerandum,pœna amputationis manus illius cum qua percuſſit & vulnerauit.& ille qui percutit officialem regium degentē in ſeruitijs regiæ curiæ, punitur duplicata pœna. vt per conſt.regn.incip.Vt participatio.ſed poſtea ſuperuenit c.regn.incip.Si quis cum ronca.per quod diſponitur, quod non ſolum punitur truncatione manus ille qui vulnerauit cum dictis armis aptis,ſed ille qui vulnerauit etiam cum ronca,mannaria, & ſecuri,ſeu accepta,& cultello etiam apto ad incidendum panem, & quocumque alio inſtrumento ruſtico, & facto ad aliud exercitium.vt per d.c.ſi quis cum ronca.Et ex diſpoſitione dictorum iurium dicitur quod ſi quis vulnerat cum manu dextera,truncatur ei manus dextera. ſi cum ſiniſtra,trun-

Digitized by Google

catur ei ſiniſtra. vt per d.conſt.& hoc quando conſtat cum qua percuſſit.ſi vero non conſtat,tunc præſumitur cum validiori percuſſiſſe,& truncatur validior.vt per Affl. in d. conſt. Si quis aliquem.col.1. & hoc quando vulnerauit in contemptum legis, vt dicitur in d. conſt. Item vt quis puniatur pœna manus, requiritur vt vulnerans fecerit vulnus graue, ſcilicet quod remanſerit cicatrix,vel mẽbrum læſum,vel debilitatum, & quod percutiens ſit homo malæ famæ,vitæ,& condicionis. alias ſi ſit homo bonæ famæ,vitæ,& conditionis,& non remanſerit cicatrix, nec membrum læſum,nec debilitatum,non punitur poena manus,ſed admittitur ad compoſitionem: per c. regis Roberti incip. Ad peruerſorum.parte tamen concordata.per Affl.in d. conſt.verſ. ſed nota.penul. colum. vel parte requiſita,licet noluerit ſe concordare,vt ibi per eum. Item ſi quis iurauerit aliquem non percutere ſi poſtea vulnerauit manu dextera, de iure debet puniri truncationis duarum manuum, ſcilicet manus dexteræ propter vulnus, & manus ſiniſtræ propter periurium,vigore conſt. eos qui ſcienter.per Affl.in d.Conſt.ſi quis aliquem.Sed quia hodie d. conſt. eos qui ſcienter. non ſeruatur vt dictum fuit ſupra in tract. de periur. ideo puto quod in tali caſu hodie non puniretur niſi poena truncationis vnius manus, & propter periurium imponeretur alia poena, ſcilicet exilij.iuxta tex.in l.fin. ff. de crim. ſtellio. vel alia arbitrio iudicis, vt dictum fuit ſupra in tract. de periur. Item ſi quis manu dextera vulnerauerit magno vulnere, & antequam puniatur eadem manu dextera fecit aliud magnum vulnus alij, debet ex dictis duobus vulneribus puniri vel vtraque manu, vel manu dextera, & alia poena arbitrio iudicis. per Affl. in d.conſt.ſi quis aliquem.col. 2. per Salic. in l. 2. C.vt intra cert.temp. & per alia iura alleg.per Affl.ibi. Item ſi quis cum armis percuſſit in capite vbi erat celata ferrea,& non ex armis, ſed ex dicta celata ferrea percuſſa fuit illatum vulnus graue in capite,tenetur poena manus. per Bar.in l.ſi gemina.ff. arbo.furt. cæſa.& in l.item Mela.ff.ad l. aquil. & per Ang. in tract.maleſi.& Affl.in d. Conſt. Item ſi Titius percuſſit Seium, & illum vulnerauit, & fugit, & Seius ſecutus eſt eum, & ipſum Titium vulnerauit, Titius qui primo percuſſit punitur poena

manus

manus, Seius autem non punitur poena manus, ſed extraordinaria, licet non dicatur percuſſio ad defenſam, ſed ad vindictam. & hoc quia difficile eſt iuſtum dolorem temperare. l. adulterium. §. imperatores. ff. de adul. & per Affl. in d. conſt. q. 9. Item ſi quis volens vulnerare Seium ſequitur illum cũ armis, qui cecidit ſupra petram, & fregit ſibi caput & factũ fuit ſibi magnum vulnus, non punitur poena manus, ſed poena extraordinaria quaſi vulnerare fecerit. per l. qua actione. §. idem. ff. ad l. aquil. per Bart. in d. l. ſi gemina. ff. arb. furt. cæſ. Et ita tenent communiter Doct. vt Afflict. in d. conſt. ſi quis aliquem. quæſt. 7. licet Angel. in d. l. ſi gemina. teneat contrarium. Item qui infert ictum ſcopettæ punitur pœna capitali, licet non vulnerauerit. per regiam pragm. de ictu ſcopettæ. Item ſi ruſticus percutiat cum baculo militem, etiam quod non fecerit graue vulnus, punitur pœna manus. per Rober. Maran. in tract. iud. car. 13. nu. 8. Item vulnerans officialem regium commorantem in regia curia debet puniri duplicata pœna, ſcilicet duarum manuum. per conſt. regn. vt participatio. ſed vulnerans officialem Baronis non debet puniri pœna duarum manuum, quia illa conſtitutio loquitur in magiſtratu regio, & commorante in curia, & non debet fieri extenſio in Magiſtratu Baronis. quinimo nec debet fieri extenſio in Magiſtratu regio commorante extra curiam, quia in pœnalibus non debet fieri extenſio. vt per Affl. in d. conſt. per tex. in c. odia. de regul. iur. in 6. & c. in pœnis. eod. tit. & per alia iura allegat. per Affl. ibi. Item mandans filio, vel ſeruo, vel illi qui de iure ciuili tenetur obedire ei, vt aliquem vulneret, ſi vulnus fuit ſecutum tenetur ipſe mandans pœna manus. per Bart. in l. ſi ſeruus. §. ſeruus. verſ. quæro circa hanc legem. ff. de iniur. & in l. non ideo minus. verſ. quæro quinto. C. de accuſ. & refert & ſequitur Affl. in l. conſt. ſi quis aliquem. col. 5. ſecus autem ſi mandat alij non ſibi ſubdito, quia non tenetur obedire, & ſi vulnerauit magno vulnere punitur poena manus. per ſupradicta, & per iura allegata per Afflict. ibi. Item ſi famulus in præſentia domini vulnerat aliquem, ſi hoc redundat in commodum, & ſeruitium domini, ſi probetur expreſſe quod dominus iuſſit, punitur dominus poena manus, ſi autem non probetur, ſed tantum ex præſumptionibus,

non

Digitized by Google

non punitur poena manus, ſed de vi publica. & ſi dominus prohibere potuit, & non prohibuit, & dictum vulnus redundat in ſeruitium domini, punitur dominus de vi publica, & ſimiliter famulus. & hoc credo, quia excuſatur ex metu reuerentiali domini. vt per Affl. in d.conſt. col.6. Et hoc quia qui poteſt propulſare iniuriam quæ ſit alij, & non propulſat, eſt particeps delicti. per Camp. in c.regn.ad regale.in fin. & per adducta per eum ibi. Item opem præſtans ad vulnus inferendum, non punitur poena manus, ſed arbitraria. vt per Affl. in d.conſt. ſi quis aliquem. per Ant. de Alex. in l.1. C. de ſeru.fug. Et hoc quia præſtans opem non dicitur percutere, tamen tenetur de percuſſione licet non poena ordinaria. vt per gloſ. & Bar. in l.ſi quis opem.num.3.ff.de furt. Item ſi quis propter vulnus illatum punitur poena manus non punitur poena portationis armorum. vt per Affl. in d.conſt. in fin. Item quando ſtatutum punit portantem arma, ſi percutit, punitur de percuſſione, & non deportatione armorum. per Bald. in l.aduerſus.C.de priuat.delict. ſed ſi punitur de violentia cum armis, punitur etiam poena portationis armorum, quia tunc vna non tollitur per aliam. vt per Iſern. in conſt. regn. Intentionis per l. nunquam plura. ff. de priuat. de delict. & vide conſt. per quam imponitur poena portanti & extrahenti enſem, licet non percutiat. Item ſi quis condemnatur ad truncationem manus, quia vulnerauit cum armis, non punitur l.Iulia de vi pub. vt per Iſer. in conſt. ſi quis aliquem. in fin. & in conſt. intentionis. Item licet ſit vnus qui inſultat cum armis, tamen tenetur de vi publica. per gloſ. in d.conſt. ſi quis aliquem. per tex. in l.2.§.hoc edicto. ff. vi bonor. rapt. per Barthol. de Cap. & Affl. in d.conſt. in gloſ.2. & Gramm.conſ.43. & 55. Et qua poena puniatur vis publica, dicitur quod poena vis publicę olim erat interdictio aquæ & ignis, hodie vero eſt deportatio. vt in l. antepenul. in fin. & ibi gloſ. ff. de vi publ. ſed vis priuata punitur poena tertiæ partis bonorum, & priuatur omni hæreditate. per l.1. ff. de vi priuat. Item qui vulnuſculum facit licet non puniatur poena manus, tamen punitur de vi pub. vel iniuriarum. per gloſ. in d. conſt. & Aguſt. in add. ad Angel. in tract. malef. in verb. & ipſum Titium, & poena erit arbitrio iudicis. vt per Ang. in l.1.ff.ad Sill. & l.1.

§.ſcien-

Digitized by Google

§. ſciendum. ff. de ædil. edict. quia pœna iniuriarum eſt arbitraria. per tex. in l. fin. ff. de iniur. Item percutiens cum baculo, ſi cum congregatione hominum, vel cogitate per inſultum, deportatur. per ſupradicta. & poteſt foriudicari, & habet locum tortura. ſi vero ſine congregatione hominum, ſed ſolus, & non excogitate, ſeu appenſate, non deportatur, & non poteſt foriudicari, nec habet locum tortura, quia non punitur vltra relegationem. vt per Grammat. vot. 15. num. 9. Item iniurians per concuſſionem ſeu verbera, poteſt puniri duplici pœna, ſcilicet pecuniaria ad vindictam publicam, & exilij ad ſatisfactionem partis. & non tantum verberans, ſed verberari, faciens. per Gramm. in d. vot. 15. in fin. & Magiſtratus verberans ſubditum, tenetur iniuriarum. l. nec Magiſtratus. ff. de iniur. Et ſi appellantem verberat, tenetur de vi publica. l. lege Iulia. ff. de vi pub. & conſt. regn. de iniurijs. & Paris de Put. in tract. Sind. in verb. ſindicantur de violentia. Qui percutit in capite cum baculo, magis delinquit, quam ſi percutiat in alijs partibus corporis, & videtur percutere animo occidendi. maxime ſi percutiat pluribus ictibus, quia caput eſt membrum principale & eo læſo omnes ſpiritus ab eo deſcendentes deficiunt, & ideo magis punitur quam percutiens in alijs partibus corporis. per c. ſignificaſti. el 2. de homi. per Gramm. vot. 23. Item licet quis habens enſem, vel alia arma haſtilia, & non percutiat cum ferro ſed cum haſta, vel pomo enſis, non videtur habere animum occidendi etiam quod percutiat in capite. tamen ſi pluribus ictibus percutiat in capite, præſumitur habere animum occidendi ex illa iteratione. per Bart. & Bald. in l. licitatio. §. in licitum. ff. de publ. iud. & in Auth. caſſa. num. 10. C. de Sac. San. Eccleſ. & Gramm. vot. 17. num. 8. & 9. & Iac. Nouell. in pract. crimin. in verb. quamplurimis. in rubr. quæ indic. præced. deb. Item qui percutit cum armis & non incidit carnem, ſed pileum, vel veſtem in alijs membris, non punitur pœna manus, ſed alia arbitrio iudicis. Idem ſi modico vulnere incidit parum cutem. per Bart. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſth. quia de paruo vulnere parum eſt curandum. per tex. in l. 2. §. deinde. ff. de ædil. edict. quia vt veniat imponenda pœna manus, requiritur quod

vulnus

Digitized by Google

vulnus lædat perſonam.per conſt.regn. Aſperitatem.& ſic ſi non remanet cicatrix, vel membrum læſum, vel debilitatum, non eſt imponenda pœna manus. Item ſi per percuſſionem fiat liuor in carne, tunc etiam dicitur leue vulnuſculum. per Bal. in l.prædia. C. de ædil.edict.col.2. & per Afflict. in d.conſt. Si quis aliquem. & per alia iura allegata per Affl. ibi. col.1. Si vero per percuſſionem cum armis fiat tumor qui veniat reſcindendus ferro, dicitur vulnus, propter quod imponitur pœna manus. per Affl.in d.conſt. quæſt.2. per l.ſi ſeruus. §.ne poſſis.ff.ad l.Aquil. & per alia iura alleg. per Afflict. ibi. Quod tamen intelligitur ſi per dictam aperturam remaneat cicatrix, vel membrum debilitatum, alias ſecus. ſi vero quis percutiat cum baculo,& non occidit, non imponitur pœna manus. per Iſern. & Afflict.in d.conſtit. argumento text. l.1. §. diuus. ibi. ſed ſi claua. ff. de ſicar. & in tali caſu punitur arbitrarie. & ratio eſt quia, per dicta conſtitut. requiritur quod vulnus fiat cum armis, & appellatione armorum non venit baculus. & ſi non punitur per dictam conſtitut. alia iura non imponunt pœnam manus ſed arbitrariam pro vulnere. & ſi ſequatur mors, eſt pœna mortis ſecundum prædicta. Item ſi quis percutiat vnum volens percutere alium, tenetur de percuſſione, quia licet intentio ſua fuerit percutere illum, tamen fuit percutere hominem. per ſupradicta in tractatu de homicid. Item ſi voluerit percutere vnum percuſſit duos, tenetur de duobus percuſſionibus. quia intentio ſua fuit mala, & propterea conſideratur animus, & ſucceſſus. per Bartol. in l. reſpiciendis. §. delinquunt. num. 7. ff. de pœn. & per eundem Bartol. in l. diuus. ff. de ſicar. per text. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. & per Abb. in cap.1. num.2. de cuſt. vicar. & per ea quæ habentur in regula imputari. de regul. iur. in 6. & per ea quæ dixi in tract. de homic. in 4. membro. Item accuſatus de homicidio, & de vulneribus ex quibus deuenit homicidium, non punitur de vulneribus ſed de homicidio. & ſi accuſatur tantum de vulneribus ex quibus deuenit homicidium, etiam punitur de homicidio, & non de vulneribus. & iudex non debet pati, vt accuſet de vulneribus & homicidio, niſi ſit ſtatutum quod maior pœna imponatur,

:ur pro vulneribus quam per homicidio, quia tunc proceditur, & punitur de vulneribus, & non de homicidio. per Bart. in d. l. numquam. nu. 6. ff. de priuat. delict. Item ſimiliter ſi quis accuſatur de inſultu, & percuſſione deueniente ex dicto inſultu, punitur de percuſſione, & non de inſultu. niſi poena inſultus ex forma ſtatuti ſit maior, quia tunc proceditur, & punitur de inſultu, & non de percuſsione. quia acceſſorium derogat principali quando acceſſorium affert plus vtilitatis quam ipſum principale. per tex. in l. hæres à debitore. §. quid ſi hic ſeruus. ff. de fideiuſſ. hoc tamen intelligitur quando conſtat & de inſultu, & de percuſsione. nam ſi tantum conſtat de inſultu, & non de percuſſione, puniretur de inſultu, & non de percuſsione, etiam quod non ſit ſtatuta maior poena de inſultu, quod poteſt euenire quando fuit percuſſus ſine vulnere, & nulla apparet percuſſio. ſi vero inſultus ſequitur poſt illatam percuſſionem, punitur de vtroque. ſecundum Bald. in l. aduerſus. C. de furt. & per Bart. in d. l. numquam. & ibi addita ad Bart. ff. de priuat. delict. quod mihi videtur idem, ſcilicet inferre vnico contextu percuſsionem, & inſultare eum qui percutit, dicitur inſultare. niſi dicas quod percuſſio fuit illata inſultanti per inſultatum, qui inſultatus poſtea inſultauit inſultantem, & non percuſsit. & ſi primo ſit inſultus, & poſtea ſequatur percuſſio, ſtatim ex inſultu naſcitur actio iniuriarum, & ſequuta percuſſione confunditur. per l. generaliter. ff. de fideiuſſ. & Bart. in d. l. numquam. Item accipiens Ticium in platea, & ipſum percutiens extra plateam, tenetur ac ſi percuſſiſſet extra plateam. ſecundum Bart. in quod ait lex. §. quod ait nu. 4. ff. de adult. quam opinionem confirmo, quia mitius eſt puniendus tamquam habens reſpectum loco honeſtiori. quia vltra quod in poenis attenditur genus armorum, attenditur etiam & qualitas loci. argumento tex. in c. cum illorum de ſent. excommunic. licet Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de accuſat. §. fin. in 3. part. teneat contrariũ. & vide addita ad Bart. in d. §. quod ait. Et ſimiliter ſi quis inſultat in platea, & fugat ipſum inſultatum, & percutit extra plateam, tenetur tamquam percutiens extra plateam. ſed hoc videtur diſtinguendum, quia ſi intentio fuit percutiendi

 in pla-

in platea, & non ſtetit per ipſum quia non potuit, tunc attenditur eius animus & initium malum, & punitur ac ſi percuſiſſet in platea. iuxta opinionem Ioannis Andr. ſupra nominatæ. Item percutiens in finibus plateæ, punitur eadem poena ac ſi percuſſiſſet in platea. per Alber. in tract. ſtatu. part. 2. q. 30. & quæſt. 33. & hoc intelligitur ſi in talibus finibus ſit hominum frequentia. quia ſi non eſſet, ſed eſſet locus ſolitarius, mitius puniretur. per ſupradicta. Item qui inſultat ad portam domus, puniretur ac ac ſi inſultaſſet ad domum. vt per eund. Albert. in d. tract. & Gand. in tract. de percuſſ. & inſul. verſ. item pone. quia attenditur circumſtantia loci per dictum prædicamentum. vbi. per Blan. in pract. crim. in verb. viſis. num. 57. cum ſequen. in hoc etiam vnum addo. quod ſi fuit inſultus ad domum cum aliqua violentia in domum, vel exiſtentem intus domum, acrius punitur quam ſi fiat ad portam domus ſine violentia in domum. quia debet attendi qualitas violentiæ maioris vel minoris, & ideo poena erit arbitraria. Item ſi ſtatutum puniat inſultantem Paduæ. in 20. libri auri, eadem poena punitur ſi inſultaret in diſtrictu Paduano. per Alber. in l. 2. ff. de verb. ſigni. & Blan. in loco ſupra allegat. nu. 34. quod etiam intelligo, vt ſupra attenta frequentia hominum. Item ſi ſit ſtatutum quod qui ſagittauerit puniatur in centum, licet quis ex vno ictu ſagittæ, vel forficis fecit plura vulnera, punitur pro vno ictu in centum. ſed ſi ſtatutum dicat, quod qui percuſſerit aliquem puniatur in centum, tunc quia ſtatutum eſt reſpectu recipientis, & non reſpectu ſagittantis, tunc conſiderantur vulnera, & quot ſunt vulnera tot poenas patitur. & hæc eſt communis opinio. per l. ſi gemina. ff. arbor. furti. cæſa. & ibi. Iacob. de Aret. Flor. in l. 4. ff. ad l. Aquil. & ibi. Salic. Iacob. de Bel. in l. 1. C. vt infra. cert. tempor. in 3. quæſt. princip. licet Bartol. in d. l. ſi gemina. teneat indiſtincte quod tenetur pluribus vulneribus. ſed in hoc etiam teneo quod ſit facienda conſideratio qualitatis vulnerum, & intentionis percutiendi vt poena moderetur. per ſupradicta. Item ſi ex vno ictu fiant plures percuſsiones, & plura vulnera, ſcilicet ictus dedit in capite, poſtea deſcendit ſtatim in pede. tunc ſecundum Bartol. in dicta l. ſi gemina. percutiens tene-

tur

Digitized by Google

tur de pluribus ictibus. argumen. text. in l.Aretuſa. ff. de ſtatu. homin. Similiter qui vulnerauerit in pluribus digitis vno dicatur cum diſtinctione vt ſupra. ſimiliter ſi percuſſit in vno loco & fregit os, & os fractum fecit vulnus in alia parte corporis, ſi agatur de vulneribus, punitur de duobus; ſi uero non de vulneribus, ſed de oſſe fracto, quia vnum eſt os fractum, non poteſt puniri de pluribus, quia vulnera præcedentia tendunt ad eundem effectum. per l.illud. ad l.aquil. & Bar. in d.l.ſi gemina. Sed in tot ſubtilitatibus vnum dico, quod in infligendis poenis ſemper conſideratur qualitas vulneris, & perſonæ tam vulnerantis, quam vulnerati, & aliæ circunſtantię vt ſupra, vt iuxta qualitatem delicti ſit & plagarum modus. & multum adoperatur arbitrium iudicis. Item ſi quis percuſſerit aliquem pluribus alapis vel percuſſionibus, tenetur de pluribus, & non de una. quia ex pluribus percuſſionibus naſcuntur plura delicta, & plures ſequuntur effectus. quia plus dolet & iniuriam facit in duobus, quam in vna, & ideo ſequũtur plures pœnæ. vt per Bar. & Doct. in d.l.numquam. de priuat. delict. Hoc tamen intelligendo ſi diuerſis vicibus quis percutiat, & percuſſiones ſint diuerſis generis, & agat diuerſis iudicijs, tunc imponuntur plures pœnæ ſeparatæ. iuxta glo. in d.l.numquam. Si uero percuſſiones ſint eiuſdem generis & eodem tempore, & agatur eodem iudicio contra eundem, tunc non debent imponi plures diuerſæ pœnæ, ſed vna tantum grauior, attenta pluralitate percuſsionum. ſed poſſet iudex duas imponere pœnas, vnam ad vindictã publicam, & aliam ad ſatisfactionẽ partis. per ſupradictum vot. Gramm. 15. alias pro eodem delicto non debet quis pati plures pœnas, niſi expreſſe lex imponat plures, vt ſupra. & pro iniuria nemo poteſt agere bis, & ciuiliter & criminaliter, ſed ſemel. & ſemper tendit ad vindictam & numquam ad intereſſe principaliter de iure canonico. vt per Abb. in c.tuæ. de procur. ſed per cõſt. regn. poteſt agi criminaliter, & ciuiliter, ſcilicet vt exſtimetur iniuria pecunia, tamen non vtroque vt dicetur infra in tract. de iniur. lib. 6. Item ſi quis duabus percuſsionibus duabus vicibus percutit in una eademque parte corporis, vnum tantum ſit vulnus, ſi ſtatum reſpicit vulnus, dicens, qui facit vnum vulnus, vel vnam

aper-

aperturam,& tunc ponitur pro vno vulnere. ſi vero reſpicit percutientem, & vices quibus percutit,ſcilicet dicens quot vicibus quis percutit,& tunc punitur pro duobus.vt per Bar. in d.l.ſi gemina.num.6.ff.arb.furti cæſ.& d. l. numquam plura. de priuat. delict. Et ſi quis percuſſit duos volens percutere vnum, tenetur de vtroque,quia reſpicitur euentus quando datur opera rei illicitæ. per ſupradicta. Item ſi quis ex vna percuſſione facit iniuriam duobus, vel tribus, ſcilicet quando percutitur vxor, vel filius, vt ſupra dictum fuit, tunc inſpicitur animus. & ſi animus fuit faciendi iniuriam vtrique, tenetur de vtroque, ſi vni tantum, tenetur de vna. in dubio tamen tenetur de vna ſola, quæ ſit illi qui percutitur.per Bar.in l.diuus.num.6. ff.de ſicar. Item ſciendum eſt, quod licet per percuſſionem cum baculo etiam quod fiat vulnus, non puniatur pœna manus, tamen tenetur ad viginti libras auri, ſcilicet vnam partem curiæ, & duas parti, quæ hodie ſunt interpretatæ in viginti ducatos, cum libra accipiatur pro vno ducato. vt per deciſ.Gramm.17.licet ſecundum Bar. in tali vaſu veniat puniendus arbitrarie. & ita obſeruatur & obſeruari vidi.& ita videtur ibi reſidere Gramm.Itē ſi per ſtatutū percutiens puniatur certa pœna, ſi fuit prouocatus,poteſt iudex ex ſuo officio moderare ex illa cauſa.per notata in l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infam.per Abb.in c.1.de iniur.Item qui percuſſit ſine ſanguine,vel barbam expilauit,punitur arbitrarie.vt per Affl.in d.Conſt.ſi quis aliquem.& ſequitur Gramm.in d.deciſ.17.licet Bartol. de Cap. in c. 1. §. ſi quis alium.de pac.tenen.teneat quod tenetur in ducatis viginti curiæ, & decem parti. vt refert Affl. in d. Conſt. percutiens vero cum vnguibus, non punitur poena ſtatuti punientis vulnerantem cum armis & cum ſanguinis effuſione. vt per Angel.in l. ſi pignore.§.qui furem.ff. de furt. Nec etiam comprenditur ſtatuto. Item qui percutit cum lapide, vel cum amphora plena vino, vel cum pera panis. per Angel. in l. armatos. ff. ad l. Iul. de ui publi. & per Camp. in cap. regn. cum inter. num. 20. & 21. nec etiam percutiens cum dentibus. per Bar. conſ. 106. incipiente.ſtatuta caſtri. Item de iure communi nec comprahenditur.percutiēs cum cultello paruo apto ad incidendum panem,

panem; vel adaptandum pennam, vel ad incidendum vngues. per gloſ. in auth. de armis. §. ſin autem. verſ. minoris. vt per Hippol. in pract. crimin. §. pro complimento. num. 15. cum ſequent. ſed per cap. regn. ſi quis cum roncha. percutiens quocumque cultello, ſeu ferro etiam ruſtico continetur ſtatuto, & punitur pœna manus. vt per d. cap. & ibi Camp. Item percutiens & vulnerans ſeipſum punitur, & continetur ſtatuto, ac ſi alium vulneraſſet. per l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauit. ff. de re milit. Bart. in l. quæritur. §. de illo. in princ. ff. de bon. eorum. qui ante ſenten. mort. ſibi conſ. per deciſ. Gramm. 44. Et ſi eſt miles, qui ſe vulnerat non ex impatientia doloris, aut morbo, aut furore, ſed tædio vitæ, capite punitur, vel cum ignominia a militia dimittitur. per d. l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauerit. & ſi quis percutiat fuſte, baculo, vel etiam pugno, dicitur facere iniuriam, & punitur de iniuria. ſi quis autem percutiat cum arundine, vel ferula, vel virga potius ad augendum iniuriam, cum talibus vilibus, & leuibus viminibus, quam ad inferendum dolorem, tanto maiori pœna punitur. quemadmodum ſi quis percuteret cum pulmone, vel interioribus animaliū. quia quanto maiorem intulit iniuriam atrocem, tanto maiori afficitur pœna. per text. in §. atrox. inſt. de iniur. quia iniurijs non attenditur dolor deueniens, ſed ignominia, & ideo pœna iniuriarum eſt arbitraria. per l. fin. ff. de iniur. & infligitur pœna extraordinaria, attenta qualitate perſonarum, locorum, & percuſſionum. & ſerui iniuriam facientes ceduntur virgis, liberi vero humilioris conditionis aliquando virgis, aliquando etiam alia pœna, honeſtioris vero conditionis aliquando exilio temporali, aliquando interdicitur ſibi ſua ars, vel aliqua res, vel alia pœna arbitrio iudicis. per iura prædicta. ſcilicet per l. Cornelia. in princ. C. de iniur. & l. prætor edixit. §. atrocem. & l. vulnerans. ff. eod. tit. Et aliquando quis condemnatur in exilium cum poteſtate redimendi pecunia. per Grammat. deciſ. 37. Et condemnatum de iniuria ſequitur infamia. quod quomodo procedat dicetur ſuo loco in tract. de iniur. verb. vbi etiam dicitur de macriatis prohibitis. per reg. Nouell. pragm. per quas non percutitur per-

ſona, licet fiat iniuria perſonæ, vt videbitur ibi. Inſuper vulneratus poteſt agere ad intereſſe contra percuſſorem, & percuſſor tenetur ad omnes expenſas medicorum, & medicinarum, & ad omne intereſſe, & etiam ad omnes operas amiſſas a vulnerato, & quas eſſet amiſſurus toto tempore vitæ ſuæ propter dictum vulnus, ſeu percuſſionem, ſiue moriatur, ſiue remaneat debilitatus. per Abb. in cap. 1. de iniur. num. 5. & 6. & per Azo. inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. §. de eo vero. & per add. ad Abb. ibi. Et hoc etiam quod vulnerans ſit in leui, vel leuiſſima culpa. per ſupradicta. Et ſupradictæ poenæ habent locum contra laicos. contra clericos vero eſt ſtatutum, quod ſi clericus percuſſit in rixa, & percuſſus non moritur, tenetur ad omnes expenſas, & intereſſe, & punitur arbitrarie, prout dictum fuit in laico. per ſupradicta. Si vero non in rixa, ſed excogitate, & appenſate, ſi ſit in ſacris, vltra dictas expenſas & intereſſe, pro prima vice punitur etiam arbitrarie, ſed maiori poena quam ſi feciſſet in rixa. ſi vero non ſe emendauerit deponitur. per text. in cap. 1. de cler. percuſſ. & ſi percuſſio fuit tam atrox, etiam poteſt pro prima vice deponi. vt per gloſ. fin. in d. cap. 1. & ibi Abb. & clericus truncans membrum ſiue ſententiando, ſiue percutiendo, deponitur. cap. clericus. ne cler. vel monac. non tamen ſi tantum debilitat. vt Bernar. Diaz in ſua pract. crimin. in verb. truncatio membr. Item ſi clericus mutilat aliquem, efficitur irregularis. per Camp. in clemen. de vit. & honeſt. cler. num. 151. & amittit beneficia. vt per Bernard. Diaz in ſupradicto loco. Si vero non ſit in ſacris, poteſt arbitrarie puniri attenta qualitate vulneris, ſeu percuſsionis, & percuſsi, & alijs conſideratis, vt ſupra in laicis, & maiori poena quam ſi fuerit in rixa, & maiori quam clericus in ſacris. tamen non poena truncationis manus, ſeu membri. quia d. conſtitutio regn. ſi quis aliquem. non ligat clericos. per cap. quæ in Eccleſiarum. & cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. de conſtit. Inſuper talis poena clericis eſt valde incongruens, quia non poſſent ſine manu in diuinis miniſtrare. vt habetur toto tit. de cleric. ægrot. & debilit. & maxime cap. 2. & fin.

Quo

71 Quo ad quintum dicitur, quod inquiſitus de vulnere, poteſt ſe defendere, & probare, quod non ſit illatum vulnus, & quod prætenditur ſit vulnuſculum, & vulnuſculum nullum habet in ſe delictum. per Bald. in l. fin. C. de ædil. edict. colum. 1. Quemadmodum febricula non venit appellatione febris. per l. quæſitum. ff. de re iud. & l. 1. §. excuſatur. & ibi Angel. ff. ad Sill. & per Hippol. in pract. crimin. §. & quia. num. 3. & per iura allegat. per eum ibi. & per Camp. in cap. regn. ad hoc de furt. nu. 119. per Bald. in l. ſi præſidium. C. de ædil. edict. & per alia iura allegat. per eum ibi. Inſuper poteſt defendi, quando per fidem medici de mandato, vel licentia iudicis, ſeu ſuperioris factam, probetur quod vulnus non ſit mortale, nec periculoſum, ſed leue. per ſupradicta in tract. de homic. quinto membro. quia in his eſt credendum fidei medicorum, & non aſſertioni vulnerati. quia etiam quod vulneratus dicat, quod vulnus non fuit mortale, vel quod eſt deterioratum culpa medicantis, vel ſua, non releuat niſi probetur aliunde. per Hippol. in l. 1. ff. de ſicar. & in pract. crimin. §. & quia. num. 24. per Anchar. in cap. fin. extr. de ſucc. ab inteſt. Felin. in cap. terras. de præſumpt. Hippol. in ſingul. 22. incipien. confeſſio affertur. Item poteſt defendi ſi probetur quod vulnus fuit deterioratum a medico imperito medicante, vel quod ipſe vulneratus noluit aſſumere medicum, vel quod ipſe inordinate vixit, quia ſi moritur vulneratus, de occiſo non punitur vulnerans, & ſi viuit non punitur de graui vulnere, ſed de leui. per Hippol. in d. §. & quia. num. 20. & 21. & per alia allegata & per eum ibi. Item quod vulneratus ſe curari faciebat per feminas, & femineas incantationes. per Hippol. ibi. Item poteſt ſe defendere, quod vulnus ſit factum caſuale, & ſine ſua culpa. quia tunc non tenetur ad aliquam pœnam, nec ad expenſas vulnerato. per l. hac lege. ff. ſi quad. pauper. feciſſ. dicat. & l. fin. ff. de his qui deiec. & effud. & Afflict. in conſtit. regn. qui de alto. Item poteſt ſe defendere, quod vulnerauerit ad ſuam neceſſariam defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. per l. vt

vim. ff. de iuſt. & iur. & per alia allegat. in tract. de homic. in quinto membro. Item licet exceſſerit, poteſt tamen ſe defendendo excuſare, quia vulnera non dantur ad menſuram, & cum ſtatera in manibus. per Bald. in d. l. vt vim. & percutiens incontinenti percutientem, videtur facere ad ſuam defenſionem, ſi ille qui percuſſit volebat repercutere. per Bart. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. aquil. Et licet percuſſus percutiat percutientem non ad defenſionem neceſſariam, ſed ad vindictam, tamen mitius punitur, quia difficile eſt iuſtum dolorem temperare. per l. Gracchus. C. de adult. Item tunc etiam dicitur facere ad defenſionem, quando percutit illum, qui vult ipſum percutere, & eſt in actu pecutiendi. per Bar. in d. §. tabernarius. per l. ſed & ſi quæcumque. ff. ad l. aquil. Item tunc etiam dicitur facere ad ſuam defenſionem ſi vulnerabat latronem ob defenſionem rerum ſuarum. vt per Abb. in cap. tua nos. §. ad vltimum. num. 2. de homic. Item ſi ſtatutum dicat, quod percutiens ingredientem terram ſuam ſit impunis, ſi inuenit intus eius terram, & incipit, & ſequitur, & ſequendo eodem inſtanti percutit extra terram ſuam, erit impunis, quia initium fuit licitum. per Bart. in l. quod ait lex. §. quod ait. ff. de furt. Item poteſt ſe defendere ſi familia poteſtatis vult iniuſte, & de facto exequi, quia poteſt de facto reſiſtere. & ſi ad effugiendum percutit, excuſatur. ſic etiam ſi contra iudicem volentem exequi indebite contra condemnatum ad mortem non obſtante appellatione. per Hipp. in l. 1. ff. de ſicar. num. 63. & 65. per Bal. in l. addictos. colum. 2. C. de Epiſc. & cler. vbi etiam dicit quod clerici poſſunt tollere a manibus familiæ, iniuſte condemnatum ad mortem. Similiter conſanguinei, & affines condemnati. Et ſimiliter poteſt reſiſti de facto iudici inferenti indebite torturam. vt per Hipp. in d. l. 1. ff. de ſicar. nu. 67. & 68. per Bal. in l. 1. C. vnde vi. & per alia iura allegata. & per eum ibi. quæ tamen intelliguntur ſi manifeſte apparet iniuſte fuiſſe condemnatum, & iudicem iniuſte exequi velle. quia in dubio præſumitur iuſte, & tunc punirentur reſiſtentes. Idem ſi ex illa ereptione oriatur

ſcan-

ſcandalum, etiam quod ſit iuſte condẽnatus. vt per Bernar. Diaz. in ſua pract. crim. in verb. violentiæ illatores. Et ſi clericus excarcerat debitorem alicuius, tenetur ad id ad quod tenebatur carceratus illi creditori ad cuius inſtantiam erat carceratus. & ſi fecit violentiam circa poſſeſsionem punitur. ex l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & ſi facit violentiam circa beneficium quod prætendit, priuatur iure beneficij. vt per Bernar. Diaz. ibi. Item poteſt ſe defendere, quod ille vulneratus minabatur ſibi mortem, & erat ſolitus mandare executioni minas, & quod ipſe vulnerauit in actu minandi. quia tunc poteſt vulnerari & occidi impune, quia non debet quis expectare vt vulneretur, & occidatur. per Imo. & Bal. in l. fin. C. de hæred. inſtit. Idem, ſi minæ fiant a Tyranno peſtilentioſo & potenti, & timenda, & conſueta malefacere, quia inducunt iuſtum metum, & poteſt in actu minandi percutere, vt ſupra per Bar. in l. metum. ff. quod met. cau. Item ſi quis inquiratur quod percuſſerit clericum, & ſic quod inciderit in excommunicationem, poteſt ſe defendere quod erat indutus veſte laicali & ipſum non cognoſcebat, quia ſic probans non eſt excommunicatus. per tex. in c. audientia. de ſent. excomm. Et hoc verum ſi ignorabat, ſecus ſi cognoſcebat, licet contrarium probauit vt ſe defenderet quia in foro conſcientiæ non eſt tutus. & ſi clericus indutus veſte laicali, erat alienigena & ignotus, præſumitur ignorantia. per not. in d. c. audientia. donec contrarium non probetur. per Bar. in l. 1. C. qui mili. libr. 12. Oportet tamen probari quod dictus clericus immiſcebat ſe enormibus cum dicta veſte laicali vt amittat priuilegiũ. c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. Gramm. vot. 33. per tex. in cap. perpendimus. de ſent. excommu. alias requireretur trina monitio. vt in d. c. audientia. dummodo clericus ſit in minoribus ordinibus, ſecus ſi in ſacris. quia non amittit priuilegium dicti canonis, niſi fuerit degradatus per Epiſcopũ ob enormiſſima delicta cõmiſſa & traditus curiæ laicali. Itẽ quis poteſt ſe defendere quod non percuſſit in contemptum legis & conſt. regni, & ſic debet articulare & probare, ſed ex impouiſo, & incogitate, vt ſit immunis a pœna conſt. regn. ſi quis aliquem. vt per Affl. in d. conſt. Poteſt inſuper percutiens

ſe defendere alijs modis, ſcilicet probando infantiam, ebrietatem, ludum, & ludi conſuetudinem, & alios modos defenſionis poſitos ſupra in tract.homi. Item quod percuſſerat ratione officij prout hoſpitalarius faciens ſilentium curiæ,& præceptor. per l. ictus fuſtium.ff.de mino. Paris de Put.in tract.ſindic.in verb.ſindicentur. de percuſſio. Item officialis poteſt ſe defendere quod fuit prouocatus a ſubdito. Item quia ad ſedandum rixam percuſſit. Item quia contra inſolentes & turbantes ſuam iuriſdictionem. Item quia contra irreuerentes & importunos. Item quia contra deprehenſum in delicto. vt per Parid.in d.tract.in verb.inſolentes. Adde etiam vt quis defendatur,ſi probādo eius nobilitatem,quia in pœnis parcitur nobilitati.per c.grauem. de poen.in 6.Paris de ſind. in uerb.carcer. Gramm.deciſ.32. Inſuper ſe defendat quod ex vulnere non remanet membrū mutilatum, nec debilitatum, nec deformis cicatrix. per ſupradicta. & quod poena poteſt commutari in pecuniariam.vt per c.regn.ad peruerſorum. & per Campa.ibi. & Affl. in d. Conſt. ſi quis aliquem.maxime parte concordata, vt ibi. & hoc ante ſententiam quia poſt non poteſt commutari,vt per regiam Pragm.vt dictum fuit ſupra in tract. de homi. Et membrum dicitur mutilatum quando amputatur, debilitatum quando impeditur exercitium membri.vt per Abb.in c.accuſaſti.de accuſ.in ſi. quinimo quod fuerit membrum mutilatum,& etiam quod mors fuerit ſequuta, ſi eſt tanta cauſa mitigationis poenæ,poterit commutari in pecuniariam, parte tamen concordata,vel requiſita ad ſe concordandū per Campa.in d.c.ad peruerſorum.& per Affl.in d.conſt.ſi quis aliquem.col.6.in fin.per l.quid ergo.§.poena grauior. ff.de infam.& in talibus poterit haberi remiſſio partis.per c.fin.de tranſ. quinimo in delictis ingerentibus poenam ſanguinis licet tranſigere,quia quilibet tenetur redimere ſanguinem ſuum. per tex. & Bar.in l.tranſigere. C.de tranſ. præterquam in adulterio propter eius frequentiam.per Bar.in d.l.tranſigere.& tranſigentes in adulterio,tam reus quam actor puniuntur.vt per Bar. ibi. & in caſu non permiſſo tranſactio facit indicium ad torturam. per Iulium Clar. in ſua pract. crim. in verb. adulterij. Sed per conſt.regn.in caſibus permiſſis,vt ſupra, licet tranſigere ante li-

tis

tis conteſtationem,poſt vero non.& tranſigentes puniuntur,niſi faciant de licentia curiæ.& poteſt accuſator recipere aliquid ab accuſato pro expenſis & intereſſe. vt per conſt. regn. poſt citationem. & ibi Affl.& parte concordata poteſt reus ſe componere cum curia pro delicto etiam per pecuniam. per tex. in c. presbyteri.ext.de pœn. per Parid.de Put.in d.tract.in verb.compoſitio. & per d.c.regn. ad peruerſorum.& ibi Camp.& per Affl.in d. conſt. ſi quis aliquem. Et iudex in quantum poteſt debet reducere partes ad concordiam. per c. fin. de tranſact. & c.meminiſſe.de iureiur. quinimo pro concordia poteſt per partem parti imponi aliqua pœna,& acceptari per reum.vt per Parid.de Put. in verb.compoſitio. Iſer. in conſt.imperialem.de prohib.per fid. S.ſi filiusfam.per tex.in c.veniẽs.de iureiur.Hoc dixi in præſenti loco, quia pax, concordia,remiſsio, & tranſactio cum parte faciunt ad defenſionem inquiſiti,& eius liberationem. & ex his ſit finis præſenti tractatui, & toti libro tertio de delictis in percutiendo, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & eius glorioſæ matris Virginis Mariæ.

LIBER QVARTVS
DE DELICTIS
IN FVRANDO.

De Diſrobarijs.

QVIA poſt delictum in percutiendo de quo fuit tractatum in ſuperiori libro ſucceſsit in mundo delictum in furando, vt patet in Geneſ. cap.6.
72 vbi dicitur quod terra repleta eſt iniquitate, & omnis caro declinauit a via recta tempore gigantum, propter quod Deus miſit diluuium. & legitur in dicto libro Geneſ.c.14.quod Reges,& gentes Chaldæi

inuaſerunt Loth filium fratris Abraham,& ſubſtantiam eius furati ſunt.& ſic poſt delictum percuſsionis quod fecit Caim contra Abel in ſacra Scriptura, primum reperitur commiſſum delictum inuaſionis, & rapinæ vnde prædictum ordinem ſeruando vt delicta quæ emanauerunt prius deſcribantur, & ſemper atrociora præferantur, congruo loco in hoc libro venit tractandum de delictis in furãdo. Et quia ex his atrociora ſunt delicta diſrobationum,aggreſsionũ,& depopulationum,ideo de eis prius ſcribendum eſt.de quibus initium ſumendo dicitur quod furtum in
73 genere,& largo ſumpto vocabulo,eſt contrectatio rei alienæ inuito domino,fraudoloſa lucri faciendi cauſa. vt per tex. in l.1.ff. de furt. & §.1.inſt.de oblig. quæ ex delict.naſ. & ſic large ſumptum dicitur, a ferendo,& non a furuo. vt dicitur per tex. in d. l.1.& d.§.1.& diſrobatio,& rapina dicuntur furtum,non autem, e contra. quia furtum eſt genus, vt dictum eſt, ſed diſrobatio & rapina ſunt ſpecies.& ad poſitionem ſpeciei,ſequitur poſitio generis, ſed ad poſitionem generis, non ſequitur poſitio ſpeciei. item ad remotionem ſpeciei, non ſequitur remotio generis. per Bart.in l.ſi duobus.§.ſi quis iurauerit.ff.de iureiur. Item furtum tam in genere ſumptum,quam in ſpecie, eſt de iure prohibitum, ſcilicet & diuino & humano. de iure diuino, quia eſt vnum de præceptis decalogi,ſcilicet non furtum facies. vt Exod. c.20. & gloſ.in d.l.1.ff.de furt.& gl.in d.§.1.inſt.de oblig. quæ ex delic. naſ. Eſt etiam prohibitũ de iure naturali ſub illo præcepto,quod tibi non vis, alteri ne feceris. per gloſ. in iuribus ſupra allegat. eſt etiam prohibitum de iure canonico. vt extra.de furt. per totum. eſt etiam prohibitum de iure ciuili. vt ff. & C.de furt. & Auth.de pac.ten. & de pac.iura.firm. eſt etiam prohibitum de iure Longobardo.vt in tit.de furt. c.ſi quis latro. Item de iure regni. per conſt. rapinas.& per c. regn. ad hoc. & per alia iura vt ſuo loco ſpecialiter dicetur. Et veniendo ad ſpeciem,latro dicitur, qui per vim furatur. per Bart.in auth. vt nulli iud. §.quia. num.4. latro vero inſignis, ſeu famoſus eſt, qui ſæpius per vim furatur, & perficit delictum, & fama publica contra eum laborat. per Bar. in l. capitalium.§.famoſos.ff.de pœn.gloſ.in auth. ſed nouo iure.C.de ſer.fug. qui etiam dicitur latro publicus.per

Bart.

Bar.in d.auth.vt nulli iud.§.quia.num.4. & ſæpius poteſt dici ſi per binum actum cum aggreſſu diſrobauit. & poteſt dici famoſus latro. per Bart.in l.1. C.quomod.& quando iud.& l.3. C.de Episc. aud. & Gramm.deciſ.36. Et ſunt aliqui qui dicuntur latrones inſauri, qui ſunt alijs improbiores, qui imponunt ligna in ore hominum ne clament. vt per Parid. de Put. in tract.ſind. in verb. latro. & aliqui dicuntur effractores, aliqui graſſatores, aliqui ſaccularij, aliqui expilatores. vt per Cæpoll. in auth. ſed nouo iure. C.de ſer.fug. num.7. Item publici latrones dicuntur etiam piratæ. Item qui ſtant in vijs publicis tenentes caſtrum, vel arcem ad diſrobandum homines tranſeuntes, qui præſumuntur quod deliberato propoſito hoc faciunt, cum in illis ſe aſſuefecerunt. vt per Abb. in cap.inter alia.colum.1. de immun. Eccleſ. & ibi etiam Ioann. Andr. Sunt & alij qui dicuntur nocturni depopulatores agrorum, qui obſident viam publicam de nocte diſrobando tranſeuntes. & differunt a publicis latronibus, quia publici latrones publice, & de die, hi vero de nocte & ſecreto. & dicuntur depopulatores, quia conculcant agros, & ſegetes, vbi nocte dormiunt, & ſe occultant, & quia comburunt agros & ſegetes illorum qui eis non ſeruiunt, vt ſunt hi banniti noſtri temporis. vt per Abb. in loco ſupra allegat. Et hi etiam poſſunt dici publici latrones & diſrobatores viarum, quia qui ſic de nocte diſrobant & depopulantur, non poſſunt præſumi quin etiam de die non faciant idem, ſi cauſa diſrobandi faciunt. quia de nocte paucos poſſunt inuenire, ſed de die plures, & ſic plus lucrantur, & tunc poteſt dici depopulator nocturnus, vt non ſit latro publicus & diſrobator, quando non animo lucrandi depopulat, ſed animo faciendi cædem inimicorum ſuorum. ſunt tamen aliqui qui occaſione cędis, faciunt vtrumque, quia perſequuntur inimicos illosq. occidunt, & quia banniti non poſſunt ſe alere in campis, prædam faciunt. de quibus etiam loquitur tex. in d.§.famoſos. Sunt & aliqui qui non aggrediuntur in itinere ſed alibi, vel in itinere, tamen non perficiunt prædam. & hi dicuntur graſſatores, de quibus loquitur tex. in in l.capitalium.§. graſſatores. ff.de poen. Sunt & aliqui in itineribus, & locis habitatis inuadunt homines, & ducunt eos ad nemora ſeu ſiluas & ibi

ibi ligant & componunt illos metu mortis,dantes illis cruciatus, qui ſunt peiores omnibus alijs . & noſtris temporibus fuerunt qui compoſuerunt tali modo,& magnam pecuniam extorſerunt & poſtmodum occiderunt, qui poſſunt dici & vocari omnibus ſupradictis nominibus, quinimmo non ſolum inſignes diſrobatores ſed peſſimi & hoſtiles latrones. Sunt & aliqui dicuntur fures publici, ſed hi differunt a latronibus publicis, nam latrones publici furantur per vim vt dictum eſt,fures publici non furantur per vim,ſed ſunt illi qui latitari coſueuerunt. vt per Bar.in d.Auth.ſed nouo iure. quia ſicut reperitur famoſus latro, ita reperitur famoſus fur, & ſicut ſimplex latro, ita ſimplex fur.vt per Ang.in d.§.famoſos.Camp.in d.c.ad hoc defuit. num.56.& Ang.in d.§.famoſos.tenet quod famoſi latrones non dicuntur qui aſſidue furantur, ſed qui aggrediuntur cum armis,& vi diſrobare conſueuerunt . vt refert & ſequitur Paris de Put.in d.tract.ſind.in verb.latro. & non qui ſemel, ſed qui pluries fecit.quia propter illam qualitatem & reiterationem augetur poena,vt ibi per eum.qui vero ſine armis,& ſine vi,vel clam furantur, licet pluries,non dicuntur publici latrones,ſed publici fures,vt dictum eſt per iura ſupra allegat. per Camp. in d. c. ad hoc.num.18. Et ſimplex latro eſt qui cum vi vnum committit latrocinium, ſimplex fur qui ſine vi, & clam vel palam vnum cōmittit furtum.vt per Campa.ibi.& Bar.& Sali.in d.Auth.ſed nouo iure.& ibi etiam Cæpoll.7.notab.& Paris de Put.d.verb. latro. Sed quantum ad hoc vltimum,mihi videtur verius poſſe dici,vt qui vnum furtum clam cōmittit dicatur ſimplex fur.qui vero palam,non dicatur ſimplex fur, ſed ſimplex latro. quia fur dicitur a furuo quod ſignificat ſecreto vt dicetur infra. & ad differentiam, ille qui cum vi committit vnum furtum palam,dicitur ſimplex aggreſſor,vel potius,qui vnū per uim cōmittit,dicitur ſimplex latro,qui plura per vim committit,dicitur plubicus & inſignis latro. per iura ſupra alleg. & qui plura furta clam & ſine armis committit, dicitur publicus fur. Nec obſtat, quod ſecreto committat,quia propter aſſiduitatem venit in publicam notitiam, & ſic poteſt dici publicus fur. nec obſtat quod latro ſignificat latitationem, & ſic furtum etiam ſecretum, quia po-

teſt

teſt deriuari ab illo verbo fero, vt dicatur latro quaſi lator, vt hic ſecundum veram etymologiam vocabuli. licet hæc nomina confundantur, & omnes vno nomine poſſunt vocari fures ab illo verbo ferendo, & etiam latrones quaſi latores, & quaſi latentes, ſeu latitantes ab illo verbo lateo. ſed ſufficiat ſuper primo membro.

74 Veniamus ad ſecundum, & dicitur quod contra famoſos latrones, & contra omnes ſupradictos diſrobatores, & graſſatores, poteſt procedi ex abrupto, iuris ordine non ſeruato, per litteram arbitralem quæ eſt in capitulis regni quæ incipit. de iuris cenſura: quia licitum eſt propter immanitatem delicti iura transgredi. per Innoc. in c. 1. de conſtit. per Bart. in l. ſi ſæuior. ff. de infam. Et contra hos eſt prouiſum, quod etiam in diebus Paſchalibus procedatur. per tex. in l. prouinciarum. ff. de fer. & abreuiantur termini. quinimo de facto ad modum criminis læſæ maieſtatis. per c. regni. in accuſatis. & iudex qui iurauit ſeruare ſtatuta, contra ipſos poteſt tranſgredi, & non ſeruare iuramentum, & non punitur. per Innoc. in d. c. 1. de conſt. dummodo quod facti veritate inſpecta, non tollatur ius. & quando eſt ſtatutum quod poſſit procedi manu regia, intelligitur quod non tollatur ius alterius: vt de omnibus per Parid. de Put. in d. verb. latro. Item ſi quis commiſerit delictum atrox coram iudice ſedente pro tribunali, poteſt iudex ex arbitrio contra ipſum, procedere. per d. cap. in accuſatis. & ſi quis confitetur atrox delictum coram iudice, poteſt iudex dictum confeſſum coram ſe, ex abrupto ad ſuſpendium mittere propter atrocitatem delicti. vt per Iſern. in conſtit. regn. Patarenorum. Item prædicti latrones publici, & craſſatores, non debent excarcerari, vel relaxari fideiuſſoribus: vt per Afflict. in conſtitut. regn. ſuper inciſionibus: column. 8. tamen per aliam litteram arbitralem, quæ incipit: prouiſa iuris ſanctio. hoc totum eſt relinquendum arbitrio iudicis, vt prouideat ſuper hoc attenta qualitate delictorum, & perſonarum: vt per Campan. in dicto cap. prouiſa. & hi famoſi latrones per officiales ſunt diligenter perquirendi. per Afflict. in dicta conſtitut. regn. iuſtitiarij qui per Calen. 6. notab. per l. vbi famoſitas. C. de falſ. per Iſern. in §. publici. de pac. tene. & ſi probetur contra ipſos de prædictis per vnum teſtem, & famam

Digitized by Google

mam publicam torqueantur. & ſi indurati non confiteantur, repetatur tortura. & ſi etiam nec confiteantur, non propterea liberentur ne peiora faciant, ſed iudex ex ſuo arbitrio faciat, & etiam ad furcas mittat. vt per Iſern. in dicto §. publici. de pac. tenen. Et ad hoc facit dict. cap. in accuſatis. vbi relinquitur iudicis arbitrio, vt ex abrupto poſſit procedere. & per depræhenſionem quam negare non poſſunt, dicuntur conuicti. per Iſern. in dict. §. publici. per l. defenſores. C. de defenſ. ciuit. Item iudex non debet pati poſtulari pro dictis inſignibus latronibus, & alijs prædictis. vt per Baldum in authent. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit. Angel. in tractat. malef. in ver. iuſti celer. Camp. in dicto cap. ad hoc deſuit. numero vigeſimo. Item poſſunt torqueri ex abrupto etiam in die Paſchæ. per Baldum in l. 3. in verb. deinde. C. de Epiſc. audien. per Camp. in d. c. regn. prouiſa. Item poſſunt interrogari de conſocijs, cum regulariter non ſoli committunt talia delicta. per Blanc. in l. fin. ff. de quæſt. num. 373. per l. prouinciarum. C. de fer. quia licet regulariter non poſſunt interrogari de conſocijs, tamen in multis caſibus interrogantur, ſcilicet in diſrobationibus ſtratarum, ſeu viarum, aſſaſſinijs, falſæ monetæ, & alijs propter eorum atrocitatem, vt enumerat gloſ. in l. fin. C. de accuſ. & Bartol. in l. repeti. ff. de quæſt. Et poſſunt interrogari etiam quod non ſint indicia contra conſocios. per iura ſupra allegat. Et ſi confiteantur vnum furtum, poſſunt de alijs furtis, & delictis interrogari, etiam quod non ſint inculpati, & non ſint indicia de alijs. per Grammat. deciſione 48. numero ſecundo. Item prædicti non poſſunt appellare. per text. in d. §. publici. de pace tenen. & ſi ſit condemnatus vt publicus latro, diſrobator, vel graſſator, vt ſupra, licet ipſe neget ſe eſſe talem, ſi appellet iudex non tenetur deferre appellationi, ſed poteſt exequi ſententiam, niſi ex ſuo motu velit admittere appellationem. vt per Bartol. in l. conſtitutiones. ff. de appellat. numero quarto. Item prædicti de iure debent puniri vbi capiuntur. vt per Foller. in pract. crim. in verb. audiantur exceptiones. intantum quod licet committant latrocinium, ſeu furtum in vno loco, & capiantur eodem die in alio loco alterius iuriſdictionis vbi etiam furtum contrectauit

uit, quia illud adduxit illuc, debet remitti cauſa ad locum vbi fuit captus, etiam quod ibi non fecit reſidentiã per vnum diem. vt per Bar. in l. ſi dãnum. ff. de fur. & Capic. deciſ. 104. & plenius infra in tract. de furt. Et hoc de iure. tamen ex priuilegijs Baronum debet remitti cauſa iudici loci domicilij, iuxta tenorem priuilegiorũ. dummodo remiſſio petatur per ipſos barones, non autẽ per ipſos latrones, quia cum ſint publici diffidati, ſunt priuati omni iure, & exceptione. vt per Foll. in d. verb. audiantur exceptiones. nu. 63. ſed per reg. pragm. quæ incipit, licet vt vniuerſitatis, rub. vbi quis deli. remittuntur ad magnam curiam vicarię, vt videri poteſt. quæ habet præminentiam, vt poſſit ex proceſſu informatiuo torquere non ſolum diſrobatores ſtratarum, ſeu viarum, & fures inſignes, ſed etiam homicidas, & quoslibet alios facinoroſos delinquentes, & grauiorum criminum innotatos. vt per c. regn. ſi cum ſceleratis. & aliquando prædictos diſrobatores, & facinoroſos delinquentes ſibi aſſumunt in prouincijs regijs regiæ audientiæ, quibus etiam ſolet concedi dicta præeminentia.

75 Quo ad tertium dicitur, quod ad procedendum contra famoſos latrones, ſufficit quod conſtet de ſola fama publica cõtra ipſos, licet non ſufficiat ad condemnandum. vt per Camp. in c. iuris cenſura. num. 6. tamen quantum ad ipſos facinoroſos dicta fama cum alijs adminiculis, ſcilicet aliquæ res diſrobatæ repertæ penes ipſos, cum ſint perſonæ viles, & publice diffamatæ, malæ conditionis, vitæ, & famæ, faciunt indicium ad torturam. vt per Bar. in l. repeti. ff. de quæſt. Bar. & Salic. in l. fin. C. de furt. & in l. inciuilem. C. eod. tit. vbi facit diſtinctionẽ, an ſit homo bonæ famæ, vel malæ. vt per Blanc. in d. l. repeti. Item ſi expendunt maximam pecuniam, maxime ſi de ſtampa pecuniæ amiſſæ. vt per Angel. in l. milites. C. de quęſt. Et tanto magis ſi antea erant pauperes. vt per Bar. in d. l. repeti. & Salic. in d. l. fin. c. de quæſt. Item quando contra hos eſt contumacia, & bannum. quia vt dictum eſt ſint publice diffamati, non requiruntur multa indicia ad ponendum ipſos quæſtionibus, ſed iudex ex aliquibus indicijs vt ſupra, quinimo ſi eſt cõtumacia ex ſola contumacia ponit illos torturæ, cum ſit procedẽdum ex abrupto, vt dictũ eſt ſupra. per Parid.

Digitized by Google

rid. de Put.in d. verb. latro. Et omnia indicia quæ faciunt contra furem,ponit Blanc. in d.l. repeti.& tanto magis faciunt contra famoſos latrones. & ſufficiunt teſtes etiam inhabiles,& alias non admittendi, prout in aſſaſſinio. per ea quæ dicta ſunt in tract.de aſſaſſinio. & in tract. de rapt. & ſtupr. & alias quæ ſunt difficilis probationis. ad condemnandum vero ipſos famoſos latrones,debet conſtare de diſrobatione per ipſos facta, per teſtes duos, vel per eius confeſſionem in iudicio factam. vt per Iſer. in d.§.publici.de pac.ten. & per Parid. de Put. in d. verb. latro. & Camp.in d.c.ad hoc.num.57.Et quando non ſunt tales probationes, ſed ſunt plura indicia, tortura debet repeti non ſolum ſemel,ſed per tres vices.vt per Blanc. in rep.l.fin. ff. de quæſt. nu. 14. poſt Marſ. in d. l. repet.per illum tex. & Parid.de Put. in d. tract.in verb.tortura.verſ.de repetitione.Camp. 1.conſ.regn.frequens.& tanto magis in his atrocioribus. vt per Iſer.in Conſt. ſi damna.Paul.de Caſt. conſ.299.& Camp.in d.c. frequens. num. 49. Et ſi ſunt indurati in tortura in his atrocioribus, debent torqueri diuerſis generibus tormentorum. vt per Hipp. in l. 1.in princ.ff.de quæſt.Et ſupradicta indicia debent requirere alij iudices,ſed magna curia Vicariæ,quæ habet præminentiam,non tenetur ſeruare, ſed per ſolam famam publicam, & vt ſibi videtur per tres,& plures vices poteſt torquere,iuxta eius arbitrium. per d.c.ſi cum ſceleratis. Similiter & prouinciales regiæ audientiæ, quæ ſolent habere aliquando a Rege, vel eius Vicario, ſeu Vicerege regni hanc poteſtarem, quæ dari poteſt.vt per c.regni. in accuſatis. Sed ſi furtum non ſit commiſſum in ſtrata, ſeu via publica,& probatur quod talis fuit viſus paulo ante exire de ciuitate cum magna quantitate pecuniæ, & poſtea ſtatim fuit viſus aliquis,ſcilicet Titius,dicens ſe diſrobatum,eſt indicium ſufficiens ad torturam contra illum,qui fuit viſus exire de ciuitate cum illa magna pecunia.vt per Foll. in ſua pract. crim. in verb. capia.inform. num.11. Item ad ponendum torturæ, ſeu ad torquendum illos prædictos,vt ſupra,ſufficit probare per teſtes illos eſſe publicos,& famoſos latrones.vt per dictos Doct. in locis ſupra allegat. Sed ſi latro confiteatur ſe eſſe publicum latronem, non eſt probatum ſe eſſe publicum latronem,quia eſſe publicum

latro-

latronem eſt iuris, & non ſufficit confiteri id quod eſt iuris, ſed debet confiteri ſe feciſſe tale & tale latrocinium, & tot quot faciant publicum latronem, quæ ſunt facti, vt poſſit furca ſuſpendi. Et ſi probatur vnica præda, vnica aggreſſura, vnica hominis capturæ quæ fuerunt in vno & eodem actu non eſt probatum quem eſſe publicum latronem, quia licet ſint diuerſa, tamen dicuntur vnum factum, & vnum latrocinium. vt de omnibus. per Parid. de Puteo in d. verb. latro. in fin. Et ſi latro confiteatur in tortura de multis furtis, & poſtea moriatur, ſi procedatur per accuſationem, dicta confeſſio prodeſt ſoli accuſatori de furto, de quo ipſe accuſauit, non autem prodeſt alijs prætendentibus alia furta confeſſata. ſi autem procedatur per inquiſitionem, prodeſt omnibus, & cuilibet ſuper furto rei ſuæ, vt per Parid. in loco ſupra allegato. & per depoſitiones trium latronum in tortura concordes contra conſocios, ipſi conſocij dicuntur legitime conuicti. ſic etiam & receptatores. per cap. regni, frequens, ineffrenata. Item contra famoſos latrones non eſt neceſſe probari, quod fecerint latrocinia animo deliberato, quia hæc præſumuntur contra ipſos, cum in ipſis rapinis ſe aſſuefecerunt. per Blanc. in d. l. repeti. ff. de quæſt. num. 56. per iura. per eum allegata ibi. Et ſi receptator dicat ſe ignoraſſe eſſe latronem illum ab ipſo receptatum, eius ſcientiam poterit probari quod per contratam & conuicinos erat notus, & publice tenebatur pro latrone. vt per Bar. in l. 1. §. impub. ff. de recept.

76 Quo ad quartum dicitur, quod famoſi latrones, diſrobatores ſtratarum, aggreſſores, & depopulatores prædicti, ſi ſint legitime conuicti, confeſſi, vt ſupra, ſunt furca ſuſpendendi & affigendi in locis vbi deliquerunt. per l. 1. C. vbi de crimin. agi. oport. Speculat. in tit. de comp. Afflict. in conſtit. iuſt. qui per Calen. 5. notab. Et ſi in aliquibus remotioribus locis capiuntur, ibi ſunt ſuſpendendi, & affigendi. per l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœn. & corpora non ſunt tollenda de furca, & danda ſepulturæ, ſed a

debent

debent remanere ſuſpenſa in locis prædictis, vt ſint ſecuræ viæ, ne poſſit contingere malum tranſgreſſoribus. vt per Aff. ſiid. in conſtit. Pacis cultum. in gloſ. Et vt eorum aſpectu cæteri terreantur, quia ſi tollerentur offenderetur fauor publicus, & conſanguinei occiſorum. vt per Parid. de Put. dicto loco, & præſides prouinciarum non ſolum ſolent facere furca ſuſpendi prædictos, ſed ſolent diuerſis ſupplicijs necari facere. interdum per medium ſecari faciunt, interdum in quattuor partes diuidi, interdum & in plura fruſtra, & in multis locis affigi iubent vbi deliquerunt, & vbi ſunt frequentiores tranſitus hominum, ad terrorem. & ego vidi temporibus meis ſuper rota quodlibet membrum claua ferrea conquaſſari, & poſtea in fruſtra diuiſa, in diuerſis locis affixa remanſiſſe. Inſuper dicti latrones non debent aliquatenus admitti ad compoſitionem, per Parid. de Put. in verb. compoſitio. & Camp. in capit. regn. ad peruerſorum. per dicto capit. quod diſponit quod in vulneribus vbi ſequitur mors, & venit imponenda pœna mortis non debet admitti compoſitio, ergo multo minus in famoſis latronibus. Graſſatores vero qui aggrediuntur in itinere, non tamen perficiunt prædam, ſi ſæpius hoc committunt puniuntur pœna mortis naturalis, ſi vero non aggrediuntur in itinere, ſed alibi, vel in itinere ſemel tantum, damnantur in metallum: in cuius locum hodie eſt condemnatio ad remigandum in triremibus, aut relegantur in inſulam. per d. l. capitalium. §. graſſatores. ff. de poen. Qui vero aggrediuntur cauſa prædæ, & notis in itineribus, per vnum tantum delictum prædæ & necis debent furca ſuſpendi, quia hi dicuntur etiam famoſi latrones. per d. §. famoſos. per Camp. in dicto capit. ad hoc: de furtis. Item ipſi diſrobatores quando diſrobant poſſunt à quocumque occidi impune. per l. 1. C. quando lice. iudi. quia ſunt diffidati Cæſaris, & à lege, contra quos bellum eſt indicendum. per text. in l. reos. C. de accuſ. Et ex hoc ſolent fieri banna regia, ex quibus occidentes

tes

tes dictos famoſos latrones, ſi ipſi etiam ſint banniti gaudent indultu, & aliquando vnus etiam famoſus latro occidit alium, & gaudet indultu.quæ banna, & indultus ſolent diuerſis modis fieri, vt viſum fuerit expedire. Item nemo poteſt ipſos famoſos latrones, & bannitos receptare, & quilibet tenetur capere, & iudici præſentare. per l.1. ff. de his qui latr. Et qui non accipit, ſi accipit partem bonorum ſubtractorum punitur. Item licet non habuerit partem rerum ſubtractarum,ſi ſuum officium erat cuſtodire territorium punitur, ſi vero non erat ſuum officium, nec aliquid recepit non punitur ſi non cæpit bannitos,vel dimiſerit. dummodo non receptauerit, quia ſi receptauit punitur. vt in d. l.1. Inſuper punitur per reg. pragm. Regis Ferdinandi, quæ incipit. nuper accepimus.pœna mille ducatorum, & alia arbitraria. Barones vero, & officiales receptantes, alentes & non capientes, & non mittentes ad magnam curiam, vel ad eorum iudicem,puniuntur vt rei eiuſdem criminis. per reg. pragm. quæ incipit.licet vt vniuerſis.& receptantes ſolummodo,puniuntur ad ducentas vncias auri regio fiſco ſoluendas. per d. reg. pragm. Item per aliam pragm. quæ incipit.aſſiduæ. puniuntur poena vnciarum auri mille,etiam auxilium, & fauorem eis dantes, quinimo tenentes exteros vltra duas noctes, tenentur denunciare officiali. Si vero cognoſcunt eſſe delinquentes, tenentur etiam ſtatim officiali denunciare ſub poena prædicta. Item per c.reg.quod incipit.creſcit.imponitur poena capitalis, & omnium bonorum ipſis receptatoribus, quæ vnitur in d. prouincia vbi receptauit. Item eſt aliud c. reg. quod incipit.licet.per quod receptatores latronum,& bannitorum, ſi ſunt Barones priuantur quinquennio fructibus,& poſſeſſione Baroniæ.ſi vniuerſitas,ſeu communitas,in vno anguſtali pro quolibet foculari. ſi particulares,ſi receptant poſt bimeſtre tempus banni,puniuntur eadem, & pari poena qua ipſi latrones. Item eſt cap.regn. quod incipit frequens & ineffrenata.per quod villa parua in qua latrones, & banniti recipiuntur, debet igne cremari. Hodie tamen in dies fiunt noua banna regia contra hos receptatores bannitorum, & famoſorum latronum, & ponunt arduas poenas, aliquando faciunt exulare extra prouinciam, vel patriam conſanguineos, &

Digitized by Google

etiam affines bannitorum per tot miliaria, ſub arduis poenis, vt auferant victum, & auxilium ipſis bannitis, & illa ſeruantur. & eſt pragm. Den Paraſan de exulibus quæ vltra alias poenas prædictas, imponit poenam corporalem arbitrariam, vbi declaratur qui conſanguinei tenentur sfractare, ſeu exulare. & vide Carauitam ibi. Et hæc prædicta de poenis contra laicos latrones, & laicos receptatores. Clerici vero famoſi latrones deponũtur, & detruduntur in monaſterium ad agendam poenitentiam. per tex. in c. tuæ. de poen. in verb. latrocinijs. & ibi Abb. Io. And. Hoſt. & Aret. & in c. cum non ab homine. de iud. qui omnes intelligantur de famoſis latronibus, & diſrobatoribus, vel in ſtratis vel in locis deſertis per vim. quæ depoſitio eſt verbalis, & non actualis. ſed Bernar. Diaz in ſua pract. crim. intelligit illum tex. in furto magno, quod ſit etiam ſine violentia, & non facit differentiam furti & latrocinij, ſed in quantitate, vel magni, vel parui. ſed non eſt recedendum a ſententia ſupradictorum magnorum patrum, vt dicta depoſitio, & detruſio, fiat non data aliqua incorrigibilitate tantum in diſrobationibus, quæ fiunt per vim, vt ſentiunt prædicti magni Doct. quia ſi committent furtum quantumcumque magnum ſine vi, non poterunt dici famoſi latrones & diſrobatores, nec poterunt non data incorrigibilitate deponi, & detrudi in monaſterium, vt dicetur infra in tract. de furt. ſecretis in ſpecie. Inſuper clericus latro famoſus eſt infamis, quemadmodum & laicus. per Aret. in d. c. cum non ab homine. de iud. per c. infamis. 6. q. 1. Si vero non ſolum ſemel diſrobauerint clerici per vim, ſed per multas vices, & fuerint incorrigibiles, ita quod iudex Eccleſiaſticus non habet amplius quid faciat, tunc traduntur curiæ ſeculari. per Abb. in c. fin. de furt. per c. d. cum non ab homine. & per d. c. tuæ. de poen.

77 Quo ad quintum dicitur, quod non multæ defenſiones reperiuntur in his publicis & famoſis latronibus, vna tantum poſſit competere, ſi non probetur in ſpecie de diſrobationibus, quia ſola fama, vt dictum eſt, non ſufficit ad condemnandum. Item fama publica, quod ſit famoſus latro, non ſufficit ad condemnandum. Item ſi ipſe confiteatur quod ſit famoſus latro non ſufficit ad condemnandum. vt dictum eſt per Parid. de Put. in d.

verb.

Digitized by Google

verb.latro. & per Iſer. in d.§.publici in tit.de pac.ten. & Camp. in d.c.ad hoc.de furt. & in cap.regn. iuris cenſura.vt dictum eſt ſupra in tertio membro. & nemo condemnatur ex præſumptionibus.per tex.in l.3.§.1.ff.de minor.& Iſer.in d.§.publici.Quantum vero ad non capientes eos, & ad eorum receptatores, poſſunt plures competere defenſiones. & primo ſi quis non capit, quia non eſt ſuum officium capiendi,& cuſtodiendi territorium. Item quia non cognoſcebat,ſed ignorabat eſſe latrones,& bannitos. Item quia nihil ab ipſis recepit. vt de omnibus per Bart. in l.1.§.inſuper.ff.de recep. Et ſi quis receptat delinquentes ignorans eſſe delinquentes, non eſt aliqua pœna puniendus. l.3. §. non tantum.ff.de incend.ruin.naufr. l.Metrodorum.ff.de poen. Item ſi receptans antea cognoſcebat,quod dictus erat homo bonæ famæ,vitæ,& conditionis,& hoc probat.vt per Bart.in l.omnes. C.de agric.& cenſ.lib.11. Item quia erat toleratus per officiales,& publice conuerſabatur.per ſupradicta. Item ignorantia præſumitur in dubio,non probata ex aduerſo ſcientia.l.verius.ff. de prob. Et in proprijs terminis quod præſumitur ignorantia in receptatore tenet gloſ. in l.1. ff.de recept. & plene Felin.in c.2. de except. & receptator dicitur qui recipit in domo ſuæ habitationis, ſecus ſi probetur receptatus in domo alicuius, vbi non habitat. quia licet ſit eius domus,tamen ſi ibi non habitat, non eſt probatum receptaſſe,quia poteſt eſſe,quod dictus latro ſe receperit in dicta domo, domino neſciente. per tex. in l. lex Cornelia.§.dom. ff.de iniur. Inſuper qui ad modicum tempus viatores recipit,non punitur de receptatione de iure.argumento tex. l.1.§.1. ff.de furt. aduerſ.naut. Et dicitur recipere ad modicum tempus, qui recipit ſaltem per horam. per text. in d. l.lex Cornelia. §. cæterum. & quæ notat ibi Bart. Item excuſantur receptatores ſi ex conſanguinitate receperunt. vt per Affl. in conſt. patarenorum,vbi ponit octo limitationes. ibi vide. Item poſſunt defendi ſi non abſconderunt dictos latrones & bannitos,ſed tantum dederunt cibum & potum. quia qui dant cibum & potum tantum, & non abſcondunt dictos latrones & bannitos, non dicuntur receptatores, ſed qui illos abſconderunt. per l.1.§.quod autem.ff.de ſer.corr. & l.1.§.1. & ibi Bart.ff.de recept. & Sal.in

l.1.§.1.C.de his qui latr.& Hipp.de Marſ.in l.1.C.de rapt.virg. nu.204.Camp.in c.regn.licet.nu.13. Foll.in pract.crim.in verb. banniantur.nu.18. Et hæc de iure.& quia ſæpe fiunt banna contra dictos latrones & bannitos,illa ſunt obſeruanda.

De rapinis & robarijs, & violentia circa poſſeſſionem rei ſtabilis.

IN his criminibus conſideranda ſunt plura membra quemadmodum, & in alijs criminibus, & propterea videndum eſt, quid ſit rapina, & quomodo committatur. Secundo, quomodo procedatur in dicto crimine. Tertio,quæ probationes requirantur. Quarto, quibus pœnis puniantur delinquentes in dicto crimine. Quinto, quibus modis defendantur, & excuſentur.

78 Quo ad primum dicitur, quod rapina eſt furtum rei alienæ mobilis per vim ablatiuam.per Bal.in tit.de pac.ten.§.ſi duo.& habet locum tit.bon.rap.vt inſt.ff.& C.vi bon.rap. Et rapina dicitur etiam robaria.vt per Camp.in d.c.reg. ad hoc.nu.31.& 32. & dicta iura loquuntur quando agitur de rapina ciuiliter, & de poenis quę imponuntur,quando agitur ciuiliter.vt per Camp.in c.reg.placuit.nu.6. Sed ſi agatur criminaliter habet locum poena l.Iul.de vi pub.vt d.c.placuit.& alia iura imponentia poenam criminalem. vt per Camp.ibi. Et nullus eſt improbior fur quam raptor.vt inſt.vi bon.rapt.in princ.& iura quæ habent locum in furto,habent locum etiam in rapina,tam de iure communi quam etiam de iure reg. per Iſer.in tit.de pac.ten.§.ſi quis quinque.& Camp.in d.c.ad hoc. nu.65. Quinimo raptores ſunt proximi latronibus,& dicuntur graſſatores,& acriter puniuntur. per tex.in d.l.capitalium.§.graſſatores.ff.de poen. & Camp. in loco ſupra alleg.& Iſer.in d.§.ſi quis.tamen videtur differentia inter raptorem & furẽ per d.c.ad hoc.in quo conſideratur valor rei furatæ. & c.placuit. vbi non conſideratur valor,ſed numerus,& vices. vt ibi.Et rapina eſt maius delictũ quam furtũ.per tex.in l.ſi cum exceptione.§.qui nihil.ff.quod met.cauſ.per Affl.in conſt.rapinas. q.1.& in conſt.reg.auctoritatẽ.in ſi.Et quãdo raptor deprahenditur cũ rapina,dicitur manifeſtus raptor.quando non deprehen

ditur,

Digitized by Google

ditur, non dicitur manifeſtus. per tex. in l. 1. ff. vi bon. rapt. & Camp. in loco ſupra allegat. & ſi acclamatur dicitur manifeſtus. vt per Bar. in l. ſi vendidero. §. cum raptor. ff. de furt. nec ſufficit ſola viſio per l. 2. ff. de furt. Et qui rapit dicitur committere publicum crimen. l. 2. §. hac ratione. ff. vi bon. rapt. fallit in l. ſi quis ex domo. ff. de furt. §. ſi rapuit. ibi. nemo erat. quia tunc tollitur actio furti etiam non manifeſti. per Affl. in conſt. violentia. col. pen. & ſi palam, tenetur in quatruplum; ſi clam, tenetur furti. vt ibi tex. & gloſ. Quando vero quis accipit rem mobilem per vim compulſiuam, non habet locum titulus vi. bon. rapt. ſed pœna. l. extat. ff. quod met. cau. vt per Diaz. in ſumma. c. vi bono. rapt. & ideo ſi quis cogit aliquem de facto, vt ſibi ſoluat pecuniam debitam, non habet locum pœna de vi bon. rapt. ſed d. l. extat, prout infra videbimus. Item ſi quis rapit rem ſuam mobilem, non habet locum tit. bonor. rapt. ſed d. l. extat. quia in talibus non eſt facta vis ablatiua, ſed compulſiua. vt per gloſ. in d. l. extat. & Affl. in conſt. violentia. col. penul. Et hoc quando agitur de iure communi, & ciuiliter; ſed ſi agatur criminaliter habet locum lex Iul. de vi pub. ſi cum armis, & ſine armis, de vi priuata. de iure vero regni habet locum c. contra effrænatas. & quę pœnæ per dicta iura imponantur videbimus infra ſuo loco. ſi vero fiat violentia circa poſſeſſionem rei ſtabilis, non dicitur rapina, ſeu robaria, nec habet locum tit. vi bonorum rapt. nec etiam d. l. extat. ſed de iure communi. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & l. meminerit. C. eodem tit. de iure vero regni habet locum conſt. violentias. & quæ pœnæ imponantur videbimus infra ſuo loco.

79 Quo ad ſecundum dicitur, quod pro rapina poteſt quis agere duplici via, & ciuiliter ad quatruplum, & criminaliter ad pœnam criminalem, nec tamen poteſt ſimul & ſemel intentari ciuilis & criminalis, ſed vna tantum ipſarũ. vt per Bar. in l. prætor. §. hoc edicto. ff. de vi. bon. rapt. ſed bene poteſt intentari criminalis principaliter, & in conſequentiam ciuilis, petendo ſimplum, ſcilicet rem raptam per officium iudicis. non autem e contra poteſt intentari ciuilis principaliter, & in conſequentiam criminalis. vt per Bar. in d. §. hoc edicto. Et ſi agatur ciuiliter abſolu-

toria lata in ciuili, parit exceptionem rei iudicatæ in criminali: & ſic e contra, ſi agatur criminaliter, abſolutoria lata in criminali parit exceptionem rei iudicatæ in ciuili. vt plenius per Bar. in d. §. hoc edicto. Idem etiam dicas, quando capitur res per vim compulſiuam. vbi competit actio & ciuilis & criminalis. licet Bar. ibi loquatur ſolum de rapina cum vi ablatiua, quia militat eadem ratio, nec eſt aliqua diuerſitas rationis. & vbi militat eadem ratio, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. l. filium habeo. ff. ad l. aquil. ſed hodie ſunt multa remedia ad recuperãdum poſſeſſionem, & rei mobilis, & rei ſtabilis. & Camp. in c. regn. ſubditorum. numerat. 27. quæ non eſt opus referre & ventilare, quia reperiuntur bene diſcuſſa. tamen vnam concluſionem notabis, quod pro dictarum rerum recuperatione, perpetuum & pinguius remedium eſt. c. reintegranda. 3. q. 1. quod datur quomodocumque ſpoliatis, & deiectis, ſiue metu ſiue dolo, ſiue ſine metu & dolo, ſiue contra malæ fidei poſſeſſorem, ſiue contra bonæ fidei poſſeſſorem, ſiue cum vitio. & quomodocumque, ſecundum communem intellectum. vt per Camp. in d. c. ſubditorum. num. 43. per Præpoſ. & Gemi. in d. c. reintegranda. & Abb. in c. cum ad ſedem. col. 14. extra, de reſt. ſpolia. quod remedium, licet de iure non poſſit ſimul intentari, & concurrere cum alijs, tamen Palatium Apoſtolicum, & communis practica eius ſe habet, quod dari, & recipi ſolet libellus in quo iunguntur omnia remedia prædicta. vt Camp. in d. c. ſubditorum. nu. 46. ſecundum Præpoſ. in d. c. reintegranda. & de iure regni eſt remedium Conſt. circa violentiarum. per quod expulſus, videtur quod poteſt agere contra hæredẽ expulſoris ad intereſſe, ſi res fuerit alienata, vel contra quemcunque poſſeſſorem rei pro recuperanda re, etiam quod dicta res peruenerit ad mille manus. vt per Camp. in loco ſupra allegat. num. 57. Item eſt aliud remedium per d. c. regn. ſubditorum, per quod eſt prouiſum, vt ſpoliator ſiue rei mobilis, ſiue immobilis, ſi fuerit confeſſus, vel conuictus, teneatur reſtituere poſſeſſionem ſpoliationis cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, & punietur alias arbitrarie, in quo proceditur ſummarie appellatione remota. vt per Camp. in loco alleg. num. 50. per d. c. ſubditorum. Et aliquando non poſſunt competere ſupradicta

reme-

Digitized by Google

remedia, ſcilicet quia non fuit quis ſpoliatus a poſſeſsione, ſed amiſit culpa, & negligentia ſua. & tunc poteſt dari remedium ex officio iudicis, quod eſt pinguius, & perpetuum, & durat annis triginta. & in libello non debet narrari quod fuit ſpoliatus, quia eſſet remedium ordinarium, & vbi eſt ordinarium, ceſſat extraordinarium, ſed debet narrare quod conſueuit percipere fructus talis poſſeſsionis, & nunc non percipit, & diu non percipiſſe ex ſua negligentia, ideo petit mediante iudicis officio ſe in priſtinum ſtatum reduci. vt ibi per Camp.num.64. per tex.in c. accedens. extra vt lit. non conteſt. & ibi Abb.Ioan.Andr.& per alia iura alleg. per eum ibi. Et de remedijs ſpoliatorum. vide deciſ. Affl. 116. & 361. & Viuium in ſuis comm. opin. in verb. ſpoliatus. vbi late de hac materia.

80 Quo ad tertium dicitur, quod quando agitur criminaliter rapina debet probari per teſtes conteſtes, & fide dignos, quia ad condemnandum requiruntur probationes luce meridiana clariores. per tex.in l.fin.C.de prob. Et idem ſi agatur ciuiliter. & ſi ciuiliter agendo, ex probationibus quis condemnetur, illæ probationes factæ in ciuili, productæ in criminali, non ſufficiunt in criminali ad condemnandum, ſed facerent indicium ad torturam. ſi vero dictæ probationes ſufficerent ad liberandum in ciuili, ſufficerent etiam ad liberandum in criminali, ſi producantur in iudicio criminali, quia promptiores eſſe debemus ad liberandum, quam ad condemnandum. l. ſancimus. C.de pœn. Et idem dicas de confeſſione raptoris facta in ciuili, ſi producatur in iudicio criminali. vt per Bar.in l.prætor.§.hoc edicto.ff.de vi bon.rapt. & Affl.in conſt. violentias. col.fin. Et hæc intelligenda ſunt, quando ſumus in delictis vbi ex eodem facto naſcuntur plura crimina, ſcilicet adulterium, cum inceſtu, vbi poteſt accuſari a duobus. per Bar.in l.qui eum.C.de accuſ. ſcilicet quando vnus agit ciuiliter, & alius poſtea criminaliter. quia quis pro vno delicto poteſt in duobus iudicijs inquiri moleſtari, & condemnari. Idem etiam in caſu noſtro ſi agatur a duobus pro rapinis factis, vno facto & contextu, duobus hominibus, vnus poterit agere pro ſua re ciuiliter, & alius criminaliter pro re ſua. & teſtes ſunt ſimul producti, & ſimul dicunt de rapina

Digitized by Google

vtriuſque rei. ſecus ſi idem qui elegit viam ciuilem, & ille raptor fuit abſolutus, vel condemnatus, poſtea velit agere criminaliter. quia non poteſt. Quia tunc ſententia lata in vno parit exceptionem rei iudicatæ in alio. & ita intelligenda ſunt verba Bart. quia nemo debet contra eundem duobus iudicijs,& actionibus pro eadem cauſa experiri. vt per eundem Bar. in l. qui de crimine.ff.de accuſ. per l.fundi. & l.fundum.ff.de except. quia prohibetur concurſus. & ciuilis, & criminalis ab eodem. vt dicit ibi Bar. & ſi aliter intelligeretur Bar.in d.l.prætor.§.hoc edicto. eſſet ſibi contrarius.in iudicio vero pro recuperatione poſſeſſionis rei ſtabilis, ex remedio c. reintegrandæ, & alias vt ſupra agens debet probare de eius antiquiori poſſeſſione, & probare conuinctum, ſeu accuſatum poſsidere, quia ſufficit. nec habet neceſſe probare quod ex iniuſta cauſa cecidit a poſſeſsione, quia poſſeſsio ciuilis tamquam antiquior præſumitur magis iuxta. vt per Innoc. in cap. poſt electionem. extra de conceſſ. præben. & in c.ſæpe. de reſt.ſpol. Abb.in c.ſi diligenti. extra de præſcript. per Præpoſ.in d.c.reintegranda.3.q.1.colum.penul. & Camp.in d.c.ſubditorum. num.47.

81 Quo ad quartum dicitur, quod ſi agitur criminaliter de rapina,punitur l.Iul.de vi publica. ſi fuit commiſſa cum armis punitur deportatione, hodie vero ad remigandum in triremibus, vt dictum eſt, ſi ſine armis punitur de vi priuata, priuatione tertiæ partis bonorum. per Bart. in d. l. prætor.§.hoc edicto. ff. de vi bon. rapt. & per tex. in §. Item lex Iulia.inſt.de publ.iud. Et inſuper, quia raptores ſunt proximi latronibus, acrius puniuntur. per d.§. graſſatores. ſcilicet pœna mortis naturalis & hæ pœnæ ſunt de iure communi. & ſimiliter omnes pœnæ, quæ habent locum in fure, habent locum in raptore. per Iſer.in d. §. ſi quis quinque ſolidos.de pac. tenen.&.Camp.in d.c.ad hoc.ſed per c. regn. placuit.pro prima vice ſi ſit nobilis,ad ſex vncias auri puri fiſco regio applicandas, ſi vero eſt ignobilis fuſtigatur,& ſoluit ſimplum damnum paſſo; & triplum curiæ regiæ. pro ſecunda vice nobilis amittit gagia, & ſi quid ſibi a curia debetur, & ſi non debet ſibi curia,ſoluit curiæ vncias viginti,ignobilis vero ſi eſt alienigena a regno, amittit manum, ſi de regno amittit pedem,

Digitized by Google

dem, & poena pedis eſt maior quam poena manus. vt ibi per Camp. pro tertia verò vice nobilis decapitatur: ignobilis vero furca ſuſpenditur. vt per d.c. & ibi Camp. & idem Camp. in d. c.ad hoc.& Iſern.in d.§.ſi quis quinque.Inſuper in raptore habet locum poena d.cap.ad hoc. vt per Iſer.in d.§. ſi quis quinque, quæ eſt, vt ſi rapit infra anguſtalem, fuſtigetur & ſignetur in fronte, ſi ab anguſtali infra vnciam, amittit manum. vltra vero vnciam, ſi nobilis decapitatur, ſi ignobilis furca ſuſpenditur. Si vero agitur ciuiliter,habet locum poena tit. vi bon.rapt. ſcilicet vt infra annum ſoluat quatruplum in quo commiſit ſimplum, poſt annum vero ſoluat ſimplum.vt inſt.vi bon.rapt.& Bar.in l. prætor.§.hoc edicto.ff.vi bon.rapt.ſed in aliquibus caſibus exceptuatis,ſcilicet quando quis rapit de incendio,naufragio,ruina, de iure antiquo ſi criminaliter agebatur,erat pęna publicationis bonorum & alia arbitrio iudicis. per tex.in auth. nauigia.C.de furt. quæ eſt incorporata in vſibus feud. in titulo de ſtat. contr. libert.Eccleſ. ſi agatur ciuiliter,ſi infra annum,eſt pœna quatrupli, in quo continetur ſimplum; ſi poſt annum, reſtituebat ſimplum. per tex.in l.in eam.C.de furt. Hodie vero.per conſt.regn. rapinas. in dictis caſibus eſt poena mortis naturalis, & hæredes tenentur reſtituere dominis rerum raptarum, id quod ad eos peruenit vna cum quatruplo. & hoc ſiue ruina, & incendium fuerit caſuale, ſiue per vim, ſcilicet ab inimico. per Afflict. in d. conſt.rapinas.Et nota quod magis punitur rapina in his caſibus, quam in alijs, ex eo quia in talibus domini intenti ad ſaluas faciendas perſonas, non poſſunt vacare ad cuſtodiam rerum. vt per d. conſt. in princ. & Afflict. ibi. Et omnes aliæ poenæ ſtatutæ de iure antiquo in caſibus prædictis incend. ruin. naufr. ſunt ſublatæ. per d. conſt. Et imponitur poena maior, ſcilicet mortis. vt dictum eſt. per Affl. in d. conſt. col.2. Et ſi quis ſæpius rapit de incend. ruin. & naufr. per text. in l.ne quid de incen.ruin.naufr. & ibi Bart. num.6. quia ſupra mortem in perſona nihil. Item in alijs caſibus ſi imponitur poena rapinæ, tollitur poena furti. per Bar.in l.ſi quis ex domo.ff.de furt. Et hoc in rapina quæ fit per vim ablatiuam. in rapina vero quæ fit per vim compulſiuam, ſcilicet ſi quis de facto cogat debitorem, vt

ſoluat

Digitized by Google

ſoluat pecuniam debitam, & vt rem ſuam ſibi reſtituat non adhibito iudice, tunc punitur per d. l. extat. ff. de eo quod met. cauſ. vt amittat ius debiti, & omne ius quod habet in dicta re. vt per gloſ. in d. l. extat. & per Afflict. in d. conſt. violentias. col. pen. Hodie vero. per cap. regn. contra effrenatas, qui de facto, & propria auctoritate non adhibito iudice accipit, vel arreſtat rem ſuam, vel alienam ab aliquo, incidit in poenam capitalem. & ſi quis accipit rem alterius de domo vbi neminem inuenit, tamen habebat animum appræhendendi illam per vim ablatiuam, licet nullam vim faciat tamen tenetur vt raptor, ex illa intentione rapiendi per vim. per Bart. in rubr. ff. de vi bon. rapt. Sed hoc de iure. de conſuetudine tamen non venit puniendus poena ordinaria rapinæ, ſed mitiori. cum licet habuerit affectum rapiendi, per eum tamen non fuit ſecutus effectus cum vi. & de conſuetudine totius Italiæ non punitur affectus niſi ſequatur effectus. per Hipp. in l. 1. & in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. & ſi per vim quis tenet in domo aliquam mulierem contra eius voluntatem, punitur de vi priuata, ſcilicet priuatione tertiæ partis bonorum. per l. 1. & 3. ff. de vi priuat. & l. 3. ff. de vi publ. & §. item lex Iulia inſt. de publ. iud. Si vero fiat violentia circa poſſeſsionem rei ſtabilis, non dicitur rapina, & non punitur poena vi bonorum rapt. nec alijs ſupradictis poenis, ſed de iure communi ſi eſt dominus priuatur poſſeſsione, & proprietate rei, ſi non eſt dominus punitur ad extimationem rei. per l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. ſed per conſt. regn. violentias. punitur medietate extimationis rei in qua fuit facta violentia, & tenetur reſtituere poſſeſsionem vna cum fructibus, & obuentionibus. vt per d. conſt. & ibi Affl. Et ſi quis ſpoliat aliquem poſſeſsione rei ſtabilis cum hominibus armatis per vim publicam, punitur de vi publica, ſcilicet deportatione, & publicatione omnium bonorum l. antiquam & l. ſi ſeruus. ff. ad l. Iul. de vi pub. & l. ſi quis ad ſe fundum. C. eod. tit. Et ſi committat alia delicta in d. violentia circa poſſeſsionem, ſcilicet percuſsiones, vulnera, & homicidia, punitur etiam de dictis delictis. vt per Bart. & Ang. in l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi publ. quia d. conſt. violentias. corrigit. d. l. ſi quis in tantam. non autem alias leges loquentes de alijs diuerſis delictis.

Digitized by Google

lictis circa dictam violentiam in poſſeſſione. vt per Affl. in d. conſt.col.7. & dicta poena medietatis extimationis applicatur Fiſco. vt per d. conſt. Item punitur per c. regn. ſubditorum. quod vult, quod committens violentiam, & ſpolians aliquem poſſeſſione auctoritate propia,puniatur pœna d.cōſt.ſcilicet medietate extimationis rei in qua fuit facta violentia, quæ medietas extimationis applicatur fiſco,vt fuit deciſum in reg. cōſilio. vt refert Affl. in d.conſt. violentias. col.6. verſ.& per illa deciſ. Item per d.c.ſubditorum. punitur alia poena arbitraria. Item ſi quis per vim ingreditur poſſeſſionem alicuius, etiam quod in ea habeat ius pignoris vel hypothecę,punitur l.Iulia.de vi publ. per l. in poſſeſſione. C.ad l. Iul. de vi priuat.& l. 3. C. vi bono. rapt. & etiam quod creditor poſſit auferre poſſeſſionem à debitore, & tenetur precario iuxta gloſ. in l.ſi creditor. ff.de furt. & ſi debitor poſſeſsionem alienauit alijs, non poſſet creditor auferre poſſeſſionem ab illo cui fuit alienata. per gloſ. in l.3.C.de pigno. Et ſi quis per vim incidit & euellit arbores ſciente domino, tenetur l. Iul. de vi publ. per tex. in l.2. §.hoc edicto. & ibi gloſ. ff. vi bono. rapt. iuncto textu in l. facienda. §. qui per vim. ff. eod. tit. etiam non adunatis hominibus. vt ibi gloſ. & hoc etiam ſi cum armis cauſa prohibendi dominum res ſuas ſeruare. per tex. in l.3. ff. ad l. Iul. de vi publ. quæ poena erat deportationis, & aquæ & ignis interdictionis. per tex. in l.qui dolo malo. §. damnato. ff. ad l.Iul. de vi publ.& in §. item lex Iul. inſtit. de publ. iud. hodie condemnatio ad triremes, vt dictum eſt. ſi vero ſine armis per iniuriam quid ablatum ſit de bonis alterius,punitur de vi priuata,tertia parte bonorum ſuorum,& efficitur infamis. per tex.in l.1. iuncta. l.3.ff.ad l.Iul.de vi priuat. vltra bonorum reſtitutionem, ſeu extimationem. §. ſi idem.inſt. de vi bono. rapt. & hæc de iure ciuili. Sed de iure canonico, ſi quis rapit bona Eccleſiæ cum violentia,& effractione,eſt excommunicatus ipſo iure. vt per Abb. in c.fin. de furt. & c. conqueſtus. de ſent. excommun. & ſi ſit clericus deponitur, & detruditur in monaſterium, ſcilicet ſi ſit magna rapina ſacrorum vaſorum. vt per Abb. in c.cum non ab homine. & c. at ſi clerici. de iudi.& idem Abb. Hoſt.& Doct. & in c.tuæ. de poen. cum talis

rapina

rapina poteſt dici magnum latrocinium. ſi vero ſine fractura, & ſine violentia, non eſt excommunicatus ipſo iure, ſed poteſt excommunicari per ſententiam. ſi vero eſt clericus, punitur poena furti. & idem ſi ſit laicus in terris Eccleſiæ. vt dicetur infra in tract. de furt. Item de iure canonico ſpolians aliquem poſſeſſione rei ſtabilis, ſiue Eccleſiæ ſiue priuati ex quacumque iniuſta cauſa tenetur reſtituere. ſed ſi per vim aut metum tenetur etiam in quatruplum. per tex. & glo. in d. c. reintegranda. 3. q. 1.

82 Quo ad quintum dicitur quod raptor defendi poteſt pluribus modis, aliquando vt poena mitigetur, ſcilicet ſi ponatur, & probetur quod Chriſtianus rapuit de bonis Iudęi. quia tunc non punitur niſi in duplum computato ſimplo. l. Chriſtianos. C. de paga. l. nullus. C. de Iudæ. vt per Affl. in d. conſt. violentias. in glo. fin. Item ſi quis rapuit res alterius etiam magni valoris, & poſtea reſtituit ſponte ante ceptam inquiſitionem, licet teneatur de vi priuata ſi ſine armis. per tex. in l. non prodeſt. & ibi glo. ff. de vi bono. rapt. & glo. in c. ſicut. in fin. in verb. præteritæ de elect. tamen in pract. admittitur ad compoſitionem, vt fuit admiſſum per reg. conſilium. vt per Affl. in d. conſtit. violentias. in fin. Item quando poena eſt arbitraria, per ſpontaneam reſtitutionem mitigatur. per glo. in d l. non prodeſt. ff. de vi bono. rapt. & per Affl. in d. conſt. in fin. Item etiam ex aliquibus poteſt defendi, vt non puniatur aliqua poena, ſcilicet ſi quis rapuit à naufragijs piratarum. vt per auth. nauigia. & Affl. in d. conſt. rapinas. Item quando quis rapit ab incendio, ruina, & naufr. ſi proteſtatur quod capit nomine domini, non punitur. vt per Affl. in d. conſt. rapinas. quæſt. 2. Item ſi quis committit rapinam, & antequam inquiratur, & conuincatur reſtituit, non compręhenditur in rapina. & ſi facit poenitentiā, de iure canonico abſoluitur ab excommunicatione, & non punitur. & ſi eſt clericus poteſt ad ſacros ordines promoueri. per c. fin. de furt. quod c. licet loquatur in furto, tamen idem eſt de rapina, quia remittitur peccatum ſi reſtituatur ablatum. c. peccatum. de regul. iur. in 6. à contrario ſenſu, & eadem ratio quæ militat in furto, militat etiam in rapina. & vbi militat eadem ratio, debet eſſe eadem iuris diſpoſitio. per l. filium habeo. ff. ad l.

Aquil.

Aquil. & ſi rapina fiat à perſonis incertis, poteſt fieri reſtitutio pauperibus, quia in caſu prædicto non puniretur. per Abb. & Hoſt. in c. cum tu. nu. 4. de vſur. Item ſi quis inquiratur de violentia circa poſſeſſionem rei ſtabilis, poteſt ſe defendere, & probare quod non ex iniuſta cauſa cecidit à poſſeſſione, ſed ex cauſa iuſta, & negligentia,& culpa ipſius deiecti. vt per Præpoſ. in d. c. reintegranda. col. penult. Abb. in c. diligenti. de præſcript. Innoc. & alij in c. ſæpæ.de reſtit.ſpoliat. & Campa. in d. c. regn. ſubditorum. nu. 47. Item ſi propter neceſsitatem magnam rapuit,& modicum, non punitur. per c.diſcipulis.de conſ. diſt. 5. & multæ cauſæ defenſionis ponuntur infra in tit. de furt. in quinto membro.

De Abigeis, furtis nocturnis, ſepulcro violato, & concuſſionibus, & alijs, quæ aliquando cum vi, aliquando ſine vi.

QVia aliqua ſunt furta, quæ aliquando cum violentia, aliquando ſine violentia committuntur,quæ appropinquan-
83 tur rapinis,ideo pręſenti loco venit tractandum de his.& primo de abigeis, qui eiuſdem ſunt qualitatis. Et primo deſcribendo qui ſint abigei, dicitur, quod abigei ſunt qui pecora rapiunt ab armentis, & dicuntur illi qui ab armento ouium rapiunt decem, vel plures, ab armento porcorum non pauciores quatuor, ab armento equorum vnum,& ab armento bouum vnũ,ſeu plures,qui abigeatus crimine damnantur & dicuntur abigei ab abigendo, ideſt ducendo,non a ſurripiendo. vt per glo.in l.1.C.eod.tit. de abig. & ſi talem numerum ſimul rapuerunt dicuntur abigei. Item licet non talem numerum,ſed pauciores rapuerunt, & pluribus vicibus commiſerunt, dicuntur etiam abigei, licet non ex numero,tamen ex frequentia in talem reatum incidunt. per l.1. in fin.& ibi Bar.poſt glo.ff.de abig.Item licet non ex ſilua,ſed ex ſtabulo equum,vel porcum rapit,tamen in abigeatum incidit.vt per tex.& glo in d.l.fin.de abig. Item abigei ſunt qui inſidiantur alienis animalibus,vt ea tranſportent.Auth.de nupt.§. mitiores. & ſi committunt cum armis, quia arguitur violentia, grauius puniuntur.ſcilicet,quia honeſtores poſſunt beſtijs ſubijci,& ſi ſępius

pius committunt, puniuntur dicta pœna, etiã ſi ſine armis. ſi tantum ſemel ſine armis, puniuntur mitiori pœna, ſcilicet exilij. ſi autem ſunt viles perſonæ, ſiue ſemel cum armis, ſiue pluries ſine armis, poſſunt puniri gladio, ſcilicet pęna mortis naturalis. ſi non ſæpius, ſed ſemel, & ſine armis, in opus perpetuum puniuntur. per l. 1. & 2. ff. de abig. & ibi Bar. hodie ad triremes condemnantur, vt dictum eſt. Receptatores vero ipſorum extra prouinciam relegantur. per d. l. 1. & 3. ff. de abig. & eſt crimen priuatum. vt dicitur per glo. in d. l. 1. c. de abig. & ff. eod. tit. l. allega. & ille cui competit ius accuſandi, poteſt accuſare ſine inſcriptione, & ſi non probauerit, non incidit in pœnam talionis. vt per glo. in d. l. 1. c. eod. tit. & glo. in ſumm. 2. q. 8. vbi ponit plures alios caſus, quibus quis accuſat ſine inſcriptione. & licet glo. in d. l. 1. c. eod. diſtinguat, aut agitur ciuiliter in crimine abigeatus, & tunc non ſe inſcribit, aut agitur criminaliter, & tunc ſe inſcribit. vt per glo. in d. ſumm. 2. q. 7. ſed hodie indiſtincte inſcriptio, & pœna talionis non ſeruatur generaliter in tribunalibus regni. & hoc de abigeis. Circa vero modum procedendi, probationis, & defenſionis, dic vt ſupra in tit. de rapina. quia, vt dictum eſt appropinquantur. Item ſunt & alij fures, qui dicuntur nocturni. Item & alij, qui dicuntur balnearij, qui aliquando vi vtuntur, aliquando ſine vi furantur. & competit contra eos acccuſatio, quod vi, aut clam. & cum ſint proximi dictis raptoribus, & abigeis, ideo præſenti loco de eis dicendum eſt. & dicuntur nocturni, quia de nocte furantur, & telo ſe defendunt. ſunt etiã & effractores, qui aliquando de nocte frangunt parietes & arcas balnearij, etiam vi & telo vti ſolent, & ſunt qui in balneo veſtimenta ſubripiunt eorum, qui balneis vtuntur, & ſe nudant. per tex. & glo. in l. 1. ff. de furt. baln. Et licet non dicatur delictum publicum ſed priuatum in talibus etiam poteſt procedi ex officio, ſic & in alijs prędictis. per Bar. in l. 1. ff. eod. tit. & eorum cauſa extraordinarie cognoſcitur. per d. l. 1. & ibi glo. & competit accuſatio damnum paſſis, vt dictum eſt de abigeis. qui ſi telo ſe defendant, & vi vtuntur, licet neminem percuſſerint, in metallum damnantur ſi ſunt viles, in cuius pœnæ locum hodie eſt condemnatio ad triremes. ſi vero ſunt honeſtiores, relegantur. ſi milites, a militia

cum

cum ignominia dimittuntur. per tex. & glo.in d.l.fin. ff. de fur. baln. & ſimiliter circa modum probationis, & defenſionis dicitur, vt ſupra de rapt. quia ſunt crimina extraordinaria, & tangunt rapinam, non eſt opus ita ordinarie tractare, ſed iuxta ſupradictum modum regulantur. Sũt & alij qui effrangũt carceres
84 cum conſpiratione,licet nihil furantur, aliquando tamen ita effrangendo, & ſe liberando, fugientes auferunt illud quod tenebantur creditoribus, & damnum paſſis, & ideo ſunt quaſi proximi dictis furibus effractoribus,& balnearijs,& ideo pręſenti loco de eis dicendum eſt,licet non ordinarie ſed extraordinarie,vt ſupra.& ideo dicendum eſt,quod hi qui cum conſpiratione, & effractione fugiunt,capite puniũtur.per l. 1.ff.de effract.& hoc intelligitur, quando detinebatur pro cauſa,pro qua erat imponenda pœna capitalis,ex eo quod dicũtur confeſſi delictum,pro quo detinebantur, nec opus eſt alia probatione, & confeſſione. per tex.in l.in eos.c. de cuſto. reo. ſi vero cauſa pro qua detinebantur. non erat capitalis, tunc non puniuntur pœna capitali pro dicta fuga, etiam cum conſpiratione & fractura. quia d.l.in eos. corrigit l. 1. ff. de effract. & limitat & declarat, dum non imponit pœnam expreſſam, ſed dicit, quod puniantur pœna delicti pro quo detinebantur,vt dicit ibi glo.& ſi voluiſſet imponere pœnam expreſſam, dixiſſet,& eſſet lex valde dura, quæ imponeret pœnam capitalem illi, qui fractis carceribus fugit, qui aliquando detinetur pro minimo delicto, vbi imponeretur pœna relegationis, vel pecuniaria. & aliquando frangunt carceres, & effugiunt cum conſpiratione,etiam qui pro debito detinentur,& non poſſunt ſoluere.quod non eſt dicendum,quia iuxta qualitatem delicti debet eſſe plagarum modus. niſi forte dicatur, quod iura prædicta intelliguntur,quando non ſunt carcerati pro paruo delicto, ſed pro delictis.pro quibus eſſet imponenda poena mortis naturalis, vel ciuilis, cum in talibus eſt locus carcerationi,& non pro paruis delictis, per ea quæ habentur per tex.& glo. in l. 1.& l.diuus.ff.de cuſto.reo.& per glo.& Iſer.in conſtit. regn. humanitate. ſed quidquid ſit,de conſuetudine obſeruatur vt non puniãtur poena capitis,niſi in caſibus vbi detinebantur pro cauſa capitali.& pœna eſt ſi non conſtabat de tali delicto,per fugam

cum

cum conſpiratione, & effractione, habetur pro confeſſo & plene conſtito. in alijs vero puniuntur arbitrarie. & poena arbitraria poteſt ſe extendere vſque ad mortem excluſiue. & ſi talis eſt conſpiratio, & effractio, etiam quod detinebantur pro minimo, eſt imponenda poena mortis. licet etiam de iure poſſit ſuſtineri, quod effractores indiſtincte debent puniri poena mortis. per l. 1. ff. de effract. & per l. militis agrum. §. cum tamen. ff. de re milit. & per Bar. in tract. de carce. & Hipp. in pract. crimin. in verb. attingam. vbi tenet, quod effractores puniuntur poena mortis, niſi illi qui effugiunt per oſtium; vel qui iniuſte detinebantur. quibus etiam licet occidere cuſtodes. vt ibi per eum. & quod fugiens fractis per eum carceribus habetur pro confeſſo dicit Viui. in ſuis comm. opin. eſſe comm. opinionem. & non ſolum quando frangit carceres, ſed etiam quando ſine fractura fugit a publicis carceribus, vt ibi per eum in verb. fuga. quod tamen ipſe limitat, niſi in muliere, quæ fugit cauſa euitandæ libidinis, vel cauſa ſeruandæ religionis, ſcilicet propter miſſam audiendam. Item ſi animo redeundi, & poſtea redit. Item ſi vadit ad ſuperiores. Item ſi propter neceſſitatem, ſcilicet, quia domus comburebatur, ſeu ruebat, & alias, vt ibi per eum. & ad hoc facit deciſ. Boer. 225.

85 Et quia qui de ſepulcro aliquid capiunt, etiã aliquando vi capiunt, & aliquando clam, & competit contra eos actio, quod vi, aut clam, ideo congruenter hic ſubnectitur tractatus de ſepulcr. viola. & de hoc agit ille qui paſſus eſt iniuriam. & poteſt agere criminaliter ad poenam capitalem, & etiam ciuiliter. & poteſt procedi ex officio, & quilibet poteſt agere. & quando agit ille qui paſſus eſt iniuriam criminaliter, poteſt agere ad poenam capitalem contra illos qui cum armis, more latronum, ſpoliant cadauera. per tex. in l. 4. §. aduerſus. ff. de ſepul. viola. contra illos vero qui ſine armis, ad pœnam damnationis in metallum, hodie ad triremes. qui etiam poſſunt arbitrarie puniri, iuxta qualitatem delicti, & lucri facti per ipſos violatores, & damni paſſi per conſanguineos ſpoliati cadaueris. vt per tex. glo. & Bar. in l. 4. §. aduerſus, cum ſequentibus. ff. de ſepul. violat. Contra illos vero qui extrahunt oſſa a ſepulcro, animo iniuriandi, & cum dolo, ſi humiles

miles vltimo ſupplicio damnantur, ſi honeſtiores in metallum, hodie ad triremes. vt notatur in l. 4. ff. de ſepul. viol. & ibi gloſ. & Bar. Sed hodie ſi ſunt nobiles non poſſunt condemnari ad triremes. per reg. pragm. ſed mittuntur in exilium perpetuum, vel ad tempus, ad arbitrium iudicis. & hoc quando velit agere criminaliter. poteſt etiam agere & ciuiliter, ſcilicet ſi deſtruit ſepulcrum, vel ſtatuam remouet a ſepulcro, ſiue affixam ſiue plumbatam, ſiue non plumbatam. & tunc in priſtinum tenetur reſtituere. & ſi oſsiariam ideſt vrnam oſsiū diruerint tenentur ad intereſſe. vt l. 2. & ibi gl. ff. de ſepulc. viol. & vltra, ſiue agat ille qui patitur iniuriam, ſiue alius qui non patitur iniuriam, poteſt agere ad ducatos centum contra illum qui dirimit, vt ſupra. contra illum verò qui in ſepulcro ædificat, & aliquod opus facit in alium vſum quam ſepulcri, habet actionem in ducatos, ſeu aureos ducentos. per l. 3. ff. eod. tit. Inſuper actio ſepulcri violati irrogat infamiam. vt d. l. 3. ibi. ſit licitum. Eſt tamen aduertendum, vt quis teneatur de ſepulcro violato, requiritur vt interueniat dolus. ſi vero quis fecerit in ſepulcro, & in cadauere ſine dolo, ſcilicet impubes qui non ſit doli capax, & quilibet alius, qui non animo iniuriandi nec violandi, excuſatur. vt in dictis iur. Inſuper hodie, quia non in agris, vt antiquitus, ſed in Eccleſia, vel Cimiterio Eccleſiæ ſepeliuntur, non poteſt cadere aliqua ædificatio priuati ſuper ſepulcro: ſi autem ædificat Eccleſia, non delinquit, quia omnes baſilicæ ſunt Epiſcopi. cap. omnes baſilicæ. 16. q. 7. Et de probationibus, & defenſionibus in tali delicto dicitur vt ſupra de rapina. Et quia ſolent aliquando fieri collegia illicita,
86 cum tumultu, & armis, & vis multoties infertur, ideo præſenti loco poſt violentiā in furando, mihi viſum fuit tales violentias in præſenti loco tractare, ſcilicet de collegijs illicitis, & conuenticulis. Et ſciendū eſt primo, quod illicita collegia ſunt, quæ non probantur licita. per gloſ. in l. collegia. in verb. illicita. ff. de colleg. illic. Et collegium illicitum aliqui faciunt, vel aduerſus Regem, vel aduerſus Eccleſiam, vel aduerſus Rempublicam, & committunt ſeditionem. & quando aduerſus Regem, vel Eccleſiam, vel Rempublicam puniuntur l. Iul. maieſtatis. per l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. Quando vero ad committendam ſeditionem

non aduerſus Regem, vel Eccleſiam, vel Rempublicam, ſed aduerſus conciues, & alias perſonas, vel pro lucro faciendo, puniuntur pœna l. Iuliæ de vi publ. Et etiam ſi feciſſent ſine hominibus armatis adunitis, tamen puniuntur ac ſi feciſſent cum hominibus armatis adunitis. per l. 1. ff. de coll. illic. Et quando faciunt tumultum, & impetum, ſiue faciunt collegium, ſiue conuenticulam in Eccleſia, ſiue in quacumque parte ciuitatis, puniuntur vltimo ſupplicio. per text. in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. & per text. in d. l. 1. ff. de colleg. illic. & in l. denunciamus. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Et hoc quantum ad principales qui faciunt collegium. alij vero collecti nullam pœnam patiuntur, ſed diſſoluitur collegium. vt per Bart. in l. 2. & 3. ff. de colleg. illic. Hoc tamen intelligas, ſi collecti nullum tumultum, vel impetum fecerunt, nec cum voluntate faciendi ſeditionem venerunt, ſed vocati, ignorantes quid agitur. ſi vero venerunt & collecti fuerunt conſcij, & qui tumultum, & vim fecerunt, tamquam ſocij criminis ſunt puniendi. Item facientes ſeditionem, ſcilicet concitando plebem aduerſus Poteſtatem, vel vt faciant Conſulem ad eorum voluntatem cum clamoroſis vociferationibus, puniuntur arbitrarie, vel ad furcas, vel ad beſtias. vt in l. 1. & 2. C. de ſeditio. & l. ſi quis aliquid. §. 2. & l. famoſos. & l. ſolent. ff. de pœn. Item ſi quis accommodat domum ad faciendum tale collegium illicitum, & conuenticulam, priuatur domo, & illa applicatur fiſco. per tex. in l. conuenticulam. C. de Epiſc. & cler. quæ autem ſint collegia licita, quia hic non eſt materia noſtra, vide Bart. in d. l. collegia. ff. de coll. illic. Et quia diuæ ſint ſpecies violentiarum, ſcilicet aliquæ cum armis, aliquæ ſine armis, vt dictum eſt, aliquæ ſine iudicis auctoritate, aliquæ cum iudicis auctoritate. per tex. in l. 2. in principio & §. fin. C. quod met. cauſ. & quia fuit dictum de violentijs factis ſine iudicis auctoritate pro lucro faciendo, ſubſequenter præſenti loco venit congrue tractandum de concuſsionibus, quæ fiunt a iudicibus, & eorum miniſtris, contra ſubditos ex eorum auctoritate. Et concuſsio eſt, quando officialis infert me-
27 tum, & per metum pecuniam extorquet. per tex. in l. 1. ff. de concuſſ. licet aliquando eſt concuſsio ſine officio, vt quando quis minatur

minatur alicui velle ipſum accuſare, & extorquet ab eo pecuniam. per text. in l. 1. ff. de concuſſ. per gloſ. in d. l. 1. Et dicitur concuſſio, per vim pecuniæ extorſio. per Bart. in l. Iulia. §. eadem. ff. ad l. Iul. de vi publ. & inſuper dicitur concuſſio, quaſi intimoratio. ſecundum Goffr. in l. iubemus. ff. ad l. Iul. repet. Et hoc modo committitur per officiales, ſcilicet dicendo carcerabo te, & grauabo te, niſi des mihi tot aureos. Item aliquando officialis dicit, expectatur Prorex, vel aliquis ſupremus ſuperior, & debent fieri poſatæ, ſeu hoſpitia, & aliqua impoſitio, & ob hanc cauſam aliquid extorquet. Inſuper aliquando dicit habere mandatum ſcriptum a Rege, vel ab alio ſuperiore ad aliquid faciendum, & ex hoc timore pecuniam extorquet ex concuſſionibus. Item aliquando extorquent agnos, ſuillos, gallinas, & alia eſculenta, & poculenta a ruſticis, dicentes quod debet fieri prandium ſuperiori. Et ſimiliter magiſtri iurati, qui per ciuitatem colligunt vtenſilia pro aduentu officialis, vt faciant ſibi prandia, & de eis aliqua ſibi aſſumunt ad eorum victum, & commoditatem, aliqua vero ad commoditatem officialium. & omnibus dictis modis miniſtri faciunt concuſsionem. vt per Parid. de Put. in tract. ſind. in verb. ſindicantur officiales, ſcilicet per concuſſ. per text. in l. illicitas. §. illicita. ff. de off. præſ. Inſuper quando officialis ſæpius citat, & facit quem venire ad curiam, vltra quod tenetur actione iniuriarum argum. l. item apud Labeonem. §. ſi quis non debitorem. ff. de iniur. tenetur etiam de concuſsione. vt per Parid. ibi. Item officialis committit concuſsionem, ſi cogit per metum ſubditũ facere ſecum contractum venditionis, vel alium. quia officialis non poteſt contrahere cũ ſubdito in eius prouincia. per Iſer. in tit. de feud. guard. & contractus reſcinditur. per l. impreſsionem. ff. quod met. cauſ. Inſuper officialis ſi per blanditias extorquet, dicitur facere concuſsionem, quia blanditiæ in hoc æquiparantur minis. per l. 1. C. ſi rector. prouinc. & l. 1. ff. quod iuſſ. & gloſ. in clemen. de reſtit. in integ. in verb. hortatus, & rogatus iudicis habet vim præcepti. per Bald. in l. fin. ff. de bon. quæ liber. vnde Virgilius. Idem orans mandata dabat &c. & non ſolum facta, ſed etiam

verba magiſtratus, inferunt iuſtum metum, & concuſſionem. l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquir. hæred. vt per dictum Parid. in loco ſupra allegato. & ſi ſubditus remittit ſuperiori vſuras pro modico, non tenet remiſsio, quia præſumitur fieri per metum. & prohibitio facta verbis, vel minis, ab illo cuius prohibitio inducit metum terribilem, habetur ac ſi manu armata prohibitio fiat. vt per Innoc. in c. quærelam de elect. Pariſ. de Put. in loco ſupra allegat. Et iſtud crimen concuſſionis dicitur ſordidum. l. 1. & ibi gloſ. ff. de calumniat. & quomodo procedatur contra officiales in ſindicatu de concuſsionibus, & de alijs vide Parid. de Put. in loco ſupra allegat. & dicitur concuſſio quando per pecuniam aliquid fit quod fieri non debet, & aliquid non fit quod fieri debet. vt ibi. & hoc crimen generaliter eſt priuatum, ſiue committatur per officialem, ſiue per priuatum. aliquando tamen poteſt eſſe publicum, ſcilicet quando committitur per priuatum, ſcilicet ſi vult inſtituere quærelam falſo, vt metu accuſationis extorqueat pecuniam. vt per glo. in d. l. 2. inſuper ſi falſum vult dicere teſtimonium, vt extorqueat pecuniam. vt per glo. in d. l. 2. de concuſſ. quia tunc quilibet poteſt ipſum accuſare, cum ſit crimen publicum non ex ſola concuſsione, ſed ex falſa accuſatione, vel falſo teſtimonio. vt per d. gloſ. in d. l. 2. & c. concuſſiones. 1. q. 1. Et hæc accuſatio eſt perpetua, & poteſt procedi ex officio, quod eſt ſpeciale in tali crimine. vt per Bart. in l. 1. ff. de concuſſ. & qui concuſſionem paſſus eſt, poteſt accuſare concuſſorem criminaliter. per l. fin. ff. de priuat. delict. Item etiam & ciuiliter, vt reſtituat ſibi data, & intereſſe. per iura ſupra allegata. & concuſsio, & metus officialis debent probari, quia non præſumuntur. per tex. ind. ad inuidiam. C. quod met. cauſ. & Parid. in loco ſupra allegato. & licet videatur ſibi contrarius, quia in vno loco dicit quod non præſumitur concuſſio officialis, ſed debet probari, in alio loco dicit quod contractus factus cum officiali præſumitur factus per metum, & concuſſionem, tamen poteſt ſic concordari, quia quantum ad contractus qui ſunt à iure prohibiti fieri cum officiali, ſemper præſumuntur fieri per terrorem, & concuſſionem, vt per Cinum. & Baldum in l. nouiſsime. ff. quod

falſ.

fal. ſtut. quia tunc datur opera rei *illicitæ*, quia facit lege prohibente expreſſe. Et hodie in regno ſunt regia banna, per quæ prohibentur officiales facere mercantias in loco ſuæ iuriſdictionis, quæ ſunt facta per Don Parafan de Ribera. & ita dicunt, & intelliguntur iura allegata per ipſum Parid. quod præſumitur concuſſio officialis. & tunc ſumus in caſu, quando non negatur, nec poteſt negari contractus factus per officialem, quia conſtat, & eſt notorius, ſed ſolum per officialem negatur concuſſio, & metus. vnde iura dicunt, quod metus & concuſſio præſumuntur. ſed quando per officialem extorquetur pecunia per concuſſionem, & officialis negat talem extorſionem, & receptionem pecuniæ, tunc debet probari concuſſio, & receptio pecuniæ. & ita poteſt concordari dictum Paridis loco ſupra allegat. Præterea quod dicit Paris, quod metus & concuſſio officialis non præſumitur, ſed debet probari, intelligitur quod non ſufficit ad condemnandum, ſed bene ſufficit ad inquirendum contra ipſum officialem, ſtantibus pluribus quærelis. vt per Parid. in d. tract. in verb. inquiſitio. & in verb. præſumptio. Poena autem concuſſionis eſt, vt concuſſor recepta reſtituat, & criminaliter puniatur extraordinarie arbitrio iudicis. per l. quod euitandi. ff. de cond. ob turp. cauſ. & l. 1. & ibi gloſ. & Bar. in. fin. ff. de concuſſ. & in l. 1. C. eod. tit. Et non ſolum tenetur recepta reſtituere, ſed etiam tenetur ad intereſſe pro officio iudicis, iuxta ea quæ habentur per tex. & gloſ. in l. per colluſionem. ff. de actio. empt. & per ea quæ dixi in tract. de iud. in prædicamento de quo iudicet, ibi, de off. iudicis. Et hæc ſufficiant de furtis, & extortis per violentiam, veniendum eſt ad ea quæ fiunt clam, & ſine violentia.

De furtis, & alijs extorſionibus ſine violentia commiſſis.

DIctum fuit ſupra de furtis, & extorſionibus cum violentia commiſſis, reſtat ſucceſſiue dicendum de his quæ ſine violentia, & occulte committuntur. & quemadmodum furtum in genere ſumptum dicitur a ferendo, iuxta vnam deriuationem vt dictum fuit ſupra in tract. de furt. in genere, ita furtum in ſpecie, ſcilicet occulte commiſſum, dicitur ſecundum aliam deriua-

88

tionem poſitam per gloſ.& Doct.in l.1. ff.de furt. a furuo, ideſt nigro, quod ſignificat clam,& occulte commiſſum. de quo furto in ſpecie,quia eſt materia longa & frequens, more ſolito tractabitur per plura membra, ſcilicet,Primo quid ſit furtum in ſpecie & quot modis cōmittatur furtum ſine violentia. Secundo quomodo procedatur in tali crimine,& per quē iudicē. Tertio quomodo probetur,ſeu quæ probationes requirantur. Quarto quibus pœnis puniatur. Quinto quibus modis defendatur, vel excuſetur. Et quo ad primum dicitur, quod furtum in ſpecie eodem modo diffinitur, quod furtum in genere, ſcilicet quod ſit contrectatio rei alienæ fraudolenta,inuito domino,lucri cauſa faciendi.ex quo,vt dictum fuit in ſupradicto tractatu ad poſitionem ſpeciei ſequitur poſitio generis, nec opus eſt plura de hoc dicere, cum ſufficiunt quæ dicta ſunt ibi nec opus eſt repetere quibus iuribus ſit prohibitum, vt ibi etiam ſatis dictum fuit. reſtat dicendum quotuplex ſit,ſeu quibus modis committatur, & quam ſit deteſtandum. & ideo dicitur,quod furtum eſt magnum ſcelus. vt per Abb. conſ.25.num.2.vol.1. & furtum eſt iniuria per Bar.in l.lucratio.§.illicite. num.2. ff.de pub.& vectig. tamen non eſt iniuria in perſonam, ſed in rem.per Bar.in l.verum.num. 5.ff.de furt. Et furtum eſt nomen iuris: & vt ſit furtum requiritur quod ſit animus furandi in ipſo furante, adeo quod ſi quis mandat furari,& ipſe non furatur,non dicitur fur.quia licet habuerit animum,non tamen ipſe furatur. l. ſi quis in rem.§.ſi Titium.& ibi Bar.ff.de furt.Item vt furtum committatur, requiritur dolus,& animus lucrandi,vel ſibi vel alijs. per Bar. in l. in vnum.C. de furt. Et furtum non committitur ſola cogitatione per l.1.§.1.ff.de furt.& per Bar.in d. l.1.num.1.& ex diuerſitate rerum ſubtractarum,& perſonarum ſubtrahentium, furtum recipit diuerſum nomen,quia quandoque ſubtrahit reus ſacra,vel religioſa,& dicitur ſacrilegium.per l.1.& ibi Bar.ff.ad l. Iul.pecul. & per eundem Bar.in l.ſi nondum.C.de furt.& vt ſit ſacrilegium ſecundum legiſtas requiruntur duo,ſcilicet vt ſit res ſacra, & tollatur de ſacro, ſed ſecundum canoniſtas vnum eorum ſufficit, vel vt ſit ſacra,vel vt tollatur de ſacro,licet non ſit ſacra.vt per Bar. in d.l. ſi nondum. num.3. Et licet res quæ ſubtrahitur ſit ad ſa-

crum

ctum vſum deſtinata, ſcilicet voto, vel per contractum ſit data Eccleſiæ, tamē ſi non ſit conſecrata per Epiſcopū, vel non ſit ſubtracta de Eccleſia, non poteſt dici ſacrilegium, ſed furtum. per tex. & Bar. in d. l. ſi nondum. qui vero furatur & contrectat liberum hominem, dicitur plagiarius. per l. 1. & tot. tit. ff. ad l. Iul. de plag. qui vero celat ſeruum alienum fugitiuum, eſt fur. per Bar. in l. qui vas. §. qui furem. ff. de fur. Item qui expilant hæreditatem, dicuntur fures & expilatores hæreditatis. l. 1. §. expilatores. ff. de effract. & ibi gloſ. & l. 5. C. de expilator. hæred. & ſunt atrociores quam fures. & hoc eſt, quia nemo eſt qui cuſtodiat hęreditatem. argum. eorum quæ notantur in titulo de incend. rui. naufrag. Et qui capit de hæreditate iacente, non committit furtum, ſed expilationem. vt per Camp. in c. regn. ad hoc nu. 93. Item qui ſubtrahit pecuniam Vniuerſitatis, ſeu communitatis, eſt fur, & tenetur l. Iulia peculatus. vt tot. tit. ff. & C. ad l. Iul. pecul. Affl. in conſt. iuſtitiarij. 6. notab. Et ſunt aliqui fures, qui dicuntur cantatorij, alias marioli, qui ſunt peiores quam alij fures. vt per Ioan. Baptiſtam de Sanct. Seuer. in rubr. & l. cūctos populos. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. & Iacob. Nouell. in ſua pract. crim. in verb. furtum. num. 25. Et leno, qui committit contra caſtitatem per pecuniam, dicitur fur & latro. per Bar. in authen. de leno. num. 6. Item deflorans virginem, dicitur furtum committere. per tex. in auth. de leno. ibi. caſtitatis furtum. per Camp. in d. c. ad hoc. ſed hoc vltimum eſt per ſimilitudinem, non autem proprie dicitur, cum non conueniat diffinitioni, ex quo non eſt lucrifaciendi cauſa. Item dominus Terræ, ſeu Caſtri, vel Baroniæ, qui exigit ſeruitia perſonalia a vaſſallo non debita, dicitur furtum committere. per Affl. in conſt. regn. Quoniam frequenter in principio, ante 2. notab. Item, qui lapides finium gratia poſitos euellit, ſi animo furandi, dicitur fur. l. 1. ff. de term. mo. Item qui arbores & maxime vites, incidit animo furandi, dicitur fur. per tex. in l. 2. ff. arb. furt. cæſa. Item officiales committentes barattarias, ſcilicet ſi data vel promiſſa pecunia homines necauerit, vel carcerauerit, vel condemnauerit, vel abſoluerit, quod per pecuniam facere non debuerat, dicitur furtum committere. vt late

P 4 per

per Parid. de Put. in tract. ſind. in verb. ſindicantur officiales de barattarijs. & tenetur l. Iulia repetundarum. tamen omnes ſupradicti non eijſdem ſed diuerſis poenis puniuntur, vt dicetur infra ſuo loco. Inſuper furtum dicitur duplex, ſcilicet regulare, & irregulare. regulare furtum committit qui rem alienam
89 furatur inuito domino lucrifaciendi cauſa, vt dictum eſt ſupra. irregulare vero pluribus modis committitur. ſcilicet fugans animalia panno rubeo, vel aliter, vt illa incidant in latrones, & capiantur à latronibus, dicitur furtum committere. vt per Campan. in d. c. ad hoc. de furt. Item qui recipit pecuniam vt ad alium perferat, ſi non tradidit ei ſed in proprios vſus conuertit. per l. ſi is cui. C. de furt. per Foll. in ſuis fragm. in tit. de furt. Item qui ſeruum alienum corrumpit, vel ſubducit vt ſubtrahat, à domino, dicitur furtum committere. per glo. in rubr. C. de furt. per tex. in l. alienum. & l. ſi quis ſeruo. C. de furt. Item capiens animalia aberrantia in alieno territorio, quaſi inuenta, furtum committit. per l. 1. ff. de poſt. & per conſt. reg. pecuniam. Et ſi quis negat depoſitum ſibi factum vltra libram de quo non fuit factum inſtrumentum, furtum committit. l. 3. §. penult. ff. de acquir. poſſeſſ. per Affl. poſt glo. in conſtit. regn. in cauſa depoſiti. 2. notab. quæſt. 8. Item ſi quis rem alienam inuenit, & non reſtituit domino. per tex. in l. falſus. §. ſi quis alienum. ff. de furt. & per c. ſi quid inueniſti. 14. q. 5. & ibi glo. & per Abb. in c. ſæpe. num. 7. de reſt. ſpoliat. & hoc intelligitur & in foro poenitentiali, & in foro contentioſo. ſcilicet vt agatur ciuiliter ad reſtitutionem rei, non autem vt agatur criminaliter; vbi requiritur dolus, animus, & actus furandi vt dictum fuit ſupra, & dicetur infra. Item ſi quis accepit arram pro pretio vt faciat pannos, & de pannis factis ſoluat pretium, poſtea aufugit non ſoluto pretio, dicitur committere furtum. quia contrectauit pannos alienos. & licet conuerterit materiam in ſpeciem diuerſam, quæ non poteſt redire ad primam materiam, tamen hoc fecit nomine alieno. & quia dicuntur panni alieni quos contrectauit dicitur committere furtum. ſi vero accepit lanam vt ſoluat pretium ex lana, & non fugit cum lana, ſed ex illa fecit pannos, & cum illis aufugit, quia conuertit dictam materiam lanæ in pannos

nos

Digitized by Google

nos nomine ſuo, & ſic panni ſunt effecti ſui, ſi cum illis aufugit, non dicitur committere furtum, quia non contrectauit pannos, & rem alienam ſed ſuam. ſi vero non accepit lanam pretio, ſed ſubripuit, tunc licet conuerterit in pannos, quia lanam alienam conuertit, eſt directus fur. vt per Foll. in ſuis fragm. in tit. de furt. nu. 129. Item quando res furto ſubtracta tempore furti à nemine poſſidetur, vel poſſeſſa ab eo cuius eſt deſeritur, non tamen animo habendi pro derelicto, ſed quia non inuenit vel non poteſt poſſidere, tunc ſubtrahens furtum committit. Item quando poſſeſſio rei ſubtractę erat apud aliquem vt dominum, & poſtea peruenit ad eum qui numquam poſſedit, ſubtrahens dicitur committere furtum. per Bart. in l. ſi abducta. nu. 2. ff. de furt. Item qui largitur de alieno, dicitur committere furtum per Bart. in l. quamuis. nu. 7. ff. ſolut. matr. Item receptans furem cum re furtiua, dicitur opem ferre furto, & tenetur furti, quia ſemper fur furatur donec contrectat. per Bar. in l. furtum. nu. 3. ff. de furt. Item moroſus in ſoluendo debitum æquiparatur furi. per Bart. in l. quod te. nu. 2. ff. ſi cert. pet. Hi tamen qui indirecte furtum commiſerunt non puniuntur poena ordinaria furti; ſed extraordinaria vt dicetur infra ſuo loco. Item furtum regulare eſt duplex, ſcilicet manifeſtum, & non manifeſtum. manifeſtum dicitur quãdo capitur in fraganti cum re furtiua, antequam perueniat ad locum vbi manſurus ſit eodem die cum furto. l. 2. 3. & 4. ff. de furt. Item licet non capiatur cum re furtiua ſi fuerit viſus & inuentus cum re furtiua, & fuerit acclamatũ, dicitur manifeſtus. per Bart. in l. fur eſt manifeſtus. num. 2. ff. de furt. non manifeſtum vero eſt ſi non fuerit captus in fragranti cum re, nec viſus, nec acclamatum, ſed conuincitur rem ſubtraxiſſe alienam inuito domino fraudolenter lucri cauſa, vt dictum eſt. per l. 1. ff. de furt. Et aliter punitur fur manifeſtus, aliter non manifeſtus, vt dicetur infra ſuo loco. Item ſciendum eſt quod furtum ſiue regulare ſiue nõ regulare, ſcilicet magnum, modicum ſeu minus, & minimum, ſecundum qualitatem perſonarum ſubtrahentium, & à quibus ſubtrahitur, item ſecundum quantitatem rerũ ſubtractarum. l. ad ea. ff. de re iud. Bart. in l. in ſeruorum. §. furta. ff. de furt. nu. 2. & c. regu. ad hoc. de furt. & de

iure

iure auth. furtum quinque ſolidorum dicitur magnum. per c. 1. de pac.ten.§.ſi quis quinque ſolidos.per Io.Andr.in c.inter alia. de immun. Eccleſ. & ſeptuaginta duo ſolidi faciunt libram. vt Camp.in d.c.reg.ad hoc.num. 17.Affl.in conſt. baiuli locorum. Sed quia aureus eſt octaua pars vnciæ. per Bart.in l.quoties. ff. de inſcript. ducati nonaginta ſex faciunt libram. vt per Iaſ. in l. fin.ff.de in ius voc.& Affl.in conſt. quicumque.Camp. in d.c.ad hoc.nu.131.& furtum dicitur magnum vſque duos aureos. per Affl.poſt Iſer.in d.conſt.baiuli locorum.nu.4.ſed per d.c.reg.ad hoc. dicitur magnum vltra vnciam, medium ab auguſtali vſque ad vnciam, minimum vero infra auguſtalem. & auguſtalis valet carolenis quindecim regni.per Affl.in d.conſt. quicumque. col. 2. & licet plures res ſimul vna vice ſubtrahantur, tamen quantum ad actionem poenalem dicitur vnum furtum. per Bart. in l. eum qui.§.idem dicit. ff.de furt. & aliter punitur qui committit furtum magnum, aliter qui medium,aliter qui minimum, vt dicetur ſuo loco.& multis alijs modis committitur furtum, vt toto tit.ff.& C.per totum.

90 Quo ad ſecundum dicitur, quod de furto magno ac medio ſi agatur criminaliter,cognoſcit iuſtitiarius,ſi vero agatur ciuiliter, de medio & minimo poteſt cognoſcere baiulus. per cōſt.reg.baiuli locorum. & ibi Afflict. non autem de magno excedente vnciam.ſed hodie de conſuetudine & ſecundum ſtatuta locorum cognoſcunt baiuli de quadam ſumma, ſcilicet in aliquibus infra auguſtalē in aliquibus etiam vltra vnciam. quando vero eſt furtum domeſticum ſi eſt magnum,poteſt agi coram iuſtitiario criminaliter & per eum procedi,ſi vero eſt leue non poteſt procedi criminaliter.quinimo nec dominus poteſt agere criminaliter,nec ciuiliter actione furti, ſed tantum actione rerum amotarum per gloſ. in l. furta.& l.apud antiquos. C. de furt. & per Afflict. in d.conſt.baiuli locorum.ſuper gloſ.3.Iuſtitiarij autem hodie dicuntur omnes officiales, tam regij quam baronum, habentes merum, mixtum imperium, & ſimplicem iuriſdictionem,vt notatur per Bart. & Doct. in l. imperium. ff. de iuriſd. omn.iud. & actio furti competit illi cui intereſt, ſcilicet depoſitario commodatario, & alijs vltra dominum.conditio vero furtiua competit

Digitized by Google

petit ſoli domino. per l.cuius & l.eum qui.§.qualit.ff.de furt.& l.2. ff.de cond. furt. Et non competit malæ fidei poſſeſſori .l. is cuius. ff. de furt. Item ſi furtum fuit factum in vno loco & per furem fuit tranſportatum in alium locum, poteſt puniri per illum iudicem vbi fuit inuentus & captus cum re furtiua. per Bart. in l. ſi dominium. ff. de furt. quia ibi contrectat, poteſt etiam ibi conueniri, quia quemadmodum aſſidua contrectatione, noua naſcitur actio furti, ita mutatione iuriſdictionis, & territorij, noua naſcitur actio ad vindictam publicam. per Bar. in l.ſed nec. nu.9. ff.de cond.furt. licet communis opinio videatur contraria. & opinionem Bart. tenet Franciſc. de Aret. Bald. Specul. & multi alij Doct. ſed Abb. in c.1. de rapt. dicit quod opinio Bart. eſt periculoſa. Item ſi fur cum re furtiua capitur per vnum officialem, non poteſt alius officialis etiam vbi commiſſum fuit furtum procedere, quia habet locum præuentio, & vbi cæptum fuit iudicium ibi debet finiri. per Bald. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer.fug.per l.ſi quis poſtea.ff.de iud.& l.vbi cæptum. C. eod.tit. tamen neceſſe eſt, vt talis præuentio opponatur, alias proceſſus factus per alium iudicem valeret. vt per Bal. ibi. & per eund. Bal.in l.ſi ſepulcr. ff.de ſepulcr.viol. Et de materia præuentionis vide Aret. in tract. mal.nu.6.ibi. iudex commiſit.fol.6. & Alex.& in l.ſi ſeruus. §.ſi quis. col.fin.ff.de leg.1. & Camp. in c.regn. ad hoc.de furt.num.125.Et hoc intelligitur etiam quod vbi fuit captus cum re furtiua nõ fecit reſidentiam per vnum diem, quia ſat eſt quod ibi contrectauit. vt dicit Bar. in d.l.ſi dominium. taliter quod cauſa omnino debet remitti, & remanere apud iudicem vbi fuit captus cum re furtiua. vt per deciſ.Capic.104.Boer.deciſ.218.Franciſc.Viu.comm.opin. in verb.iudex. Et hoc de iure. Sed ſecundum priuilegia Baronum, ſolent remitti ad iudicem loci vbi fuit commiſſum delictum, ſeu furtum, vel ad locum domicilij iuxta tenorem priuilegiorum dummodo remiſſio petatur. vt per Foll. in ſua pract. in verb.audiantur exceptiones, vt dictum fuit ſupra de publicis latronibus in ſecundo membro. Item non eſt omittendum quod iudex cauſæ criminalis ſuper furto, poteſt incidenter cognoſcere de quæſtione ciuili deſcendente ex furto, & iubere quod res furto ſubtracta

tracta reſtituatur domino. vt per Affl. in conſt. ſi quis in poſterum. 14. notab. Inſuper ſciendum vt ſi fiat querela furti, vel inquiſitio, ſi ſolum dicatur rem furto ſubtractam, ad ipſum querelantem pertinere,& non dicatur iure dominij,vel quaſi,non procedit querela vel inquiſitio.quia verbum pertinere latiſſime accipitur; & comprahendit etiam illum cui debetur actione perſonali. vt per Bar. in conſ.154. incipiente,videtur dicendum. & Socc.conſ.8.incipiente,viſis & diligẽter inſpectis.Hipp. in pract. crim.§.conſtante.col.8. & Camp.in d.c.ad hoc. nu.139. Item ſi furtum eſt manifeſtum, debet in accuſatione dici, ſuper quibus omnibus &c. non ſe adſtringens &c. alias ſi non probaretur illa qualitas manifeſti, licet probetur furtum, ſequeretur abſolutio,licet poſſit poſtea de iterum accuſari,& formari inquiſitio. vt per Camp.in d.c.nu.74. per Alex.conſ.121.col.5.incipiente. viſo proceſſu. Item fur non poteſt agere pro re furto ſubtracta contra furem, ſed bene dominus poteſt agere contra vtrumque furem. vt per Abb. in c.in lege. de reſt. ſpoliat. Item ſi res commodata fuerit furto ſubtracta,poteſt tam commodatarius quam dominus agere,& accuſare de furto, ſed fur non poteſt affici duplici damno. per Bar.in l.fin.§. ſed cum ſecunda. nu.6.& 7.ff.de furt. Item quia crimen furti non eſt publicum,ſed priuatum. per tex.in l.cum ſeruus.§.1.ff.de cond.cauſ.data.cauſ.non ſecut. Et etiam quod venit imponenda pœna mortis,eſt crimen priuatum. per gloſ. in l.cum ſeruus.in verb.ſuppl.de cond.ob turp.cauſ. Et etiam de iure regn. eſt crimen priuatum,& non publicum.vt per Lucam de Penn.in c.regn.quod incipit,iura nobis.& Afflict.in d. conſt.reg.iuſtitiarij.17.notab.Maran.in 6.part. in verb. inquiſitio.niſi ſit rei ſacræ,vel publicæ,vel plagij,vel repit.vt inſtit.de publ.iud.§.item lex Iulia peculatus.& §. eſt & inter. & §.penul. tamen poteſt ex officio procedi. per Andr.de Iſer.in conſt. ſuper inciſ.& ibi Affl.Sed non eſt dicendum quod poſſit procedi indiſtincte ex officio, ſed tantum quando venit imponenda pœna mortis naturalis,vel ciuilis,vel abſciſſionis mẽbri, quando committitur furtum vltra auguſtalem.per c.regn. vt delatas.ne tuorum.ſi temporum.ab illo inchoandum. & per Camp.in d.cap.ad hoc.de furt.nu.138.Et maxime ſi non fuit oppoſitum per inquiſitum,

ſitum, quia videtur conſentire, & de qua re cognoſcit iudex de-
bet iudicare. l. de qua re. ff. de iudi. & hoc quando proceditur cri-
minaliter. ſi vero agatur ciuiliter, poteſt dominus rei ſubtractæ
agere conditione furtiua ad rem recuperandam & intereſſe. vt
ff. de cond. furti. per totum. poteſt etiam agi ciuiliter ad pœnam
in commodum ipſius cui res fuit furto ſubtracta, ſcilicet quando
eſt manifeſtũ, & deprehenditur cum re furtiua antequam veniat
ad locum deſtinatum, ſcilicet ad quatruplum. vt inſt. de obligat.
quæ ex delict. naſcun. in princ. & §. penul. quando vero non
eſt manifeſtum, poteſt agere ad duplum, vt dicetur infra ſuo lo-
9 co de pœnis furti. Eſt inſuper ſciendum, quod pro termino moto
poteſt quilibet accuſare. per l. agrariam. ff. de term. mot. Item ſi
caupo recipiat fardellum ſimpliciter, vel ſi accipiat ſaluum fore,
non tenetur niſi pro ſe & ſua familia. Bar. in l. vni. ff. de furt. ad
verſ. naut. inſuper ſi fiat furtũ ancillæ cum partu, pro eo compe-
tit domino actio furti, & non poteſt ille partus vſucapi, quem-
admodum nec ancilla furtiua; quia partus ancillæ non eſt in fru-
ctu. per Bar. in l. ancillæ. C. de furt. item ſi ſit furtum vaccę cum
partu, competit actio furti & de vacca & de partu. tamen licet
vacca furtiua non poſsit vſucapi, tamen partus poteſt vſucapi,
quia eſt in fructu, & efficitur poſſeſſoris, ſi bona fide poſsideat
iure dominij: per Bar. in d. l. ancillæ. num. 1. per l. in pecudum. ff.
de vſucap. & res furtiua non poteſt vſucapi: per l. 12. tabul. per
l. atrihgam. & l. non ſolum. ff. de vſucap. & Bar. in d. l. non ſolum.
§. ſi dominus. Eſt inſuper ſciendum, quod licitum eſt domino pro-
pria auctoritate capere furem nocturnum, & ducere ad iudicem,
& hoc eſt ſpeciale in hoc caſu, licet in alijs caſibus nemini liceat
ſibi ipſi ius dicere, & hoc quia ſi non caperet, aufugeret: per
Bar. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & non ſolum furem no-
cturnum, ſed etiam diurnum, quando eſt ſuſpicio fugę, ex quo re-
maneret delictum impunitũ. & per c. 2. & 3. de homicid. & habe-
tur in l. capite quinto. ff. de adult. Felini. in c. 2. de homi. Hipp. in
pract. crim. §. diligenter. nu. 128. & pro inueniendo furto, & fu-
re puniendo, ſi non ſunt indicia, poteſt furtum paſſus accedere
ad iudicem, & medio iuramento affirmare, quod ſuſpicatur bona
ſua eſſe in tali domo, & petere quod detur ſibi licentia per iu-

dicem

dicem per ſuum officium ingredi in dictam domum, & iudex dabit veniam. per Angel. in tract. malef. in verb. veſtem celerem. & per Hipp. in l. 1. ff. de quæſt. num. 41. & requiritur quod ſit vehemens ſuſpicio, & per dominum affirmetur iuramento, vt ſupra pro inuenienda re furtiua. hoc tamen intelligitur cum interuentu iudicis, vel eius familia, maxime pro euitandis ſcandalis, quibus iudex obuiare debet. per tex. in l. æquiſſimum. ff. vſufru. ſed ad perquirendum ſeruum fugitiuum, vel vxorem, quia ſunt perſonæ, quæ poſſunt committere dolum in ſe occultando, tamen licet nulla ſit ſuſpicio domus, tamen poteſt perquiri quælibet domus ad petitionem domini, & mariti. vt per Abb. in c. qui cum fure. nu. 5. de pœn. cum interuentu tamen iudicis, vel eius familię, vt dictũ eſt. Item ſi ſint indicia, quod res furtiua ſit in aliqua domo, poteſt perquiri per iudicem ad priuatã vtilitatem domini, & ad domini petitionem. ſed ob publicam vtilitatem poteſt iudex perquirere in domo aliena, nullis exiſtentibus indicijs, & nulla ſuſpicione allegata, & probata: vt per Bar. in l. 1. num. 1. ff. de ſer. fugit. quia per officium iudicis conſiſtens in perſona iudicis, bene poteſt perquiri indiſtincte, ſecus per officium iudicis reſidens in perſona partis. quia tunc non indiſtincte, ſed cum diſtinctione ſupradicta. quemadmodum non poteſt ſic compelli quis ex officio reſidente in perſona partis ad aliquid faciendum, ſcilicet ad teſtificandum, ſicut ex officio conſiſtente in perſona iudicis, vt per Bar. in l. ſi depoſiti. nu. 7. C. depo. quinimo iudex ex ſolo officio pro inueniẽdo furto, habet poteſtatẽ procedendi ſummarie, & torquendi familiam domus. per l. quoties. C. de naufrag. & Bar. in l. vni. ff. furt. aduerſ. naut. Poſſunt etiam capi, & torqueri vicini. vt ibi per eum. intelligendo tamen ſi ſint malæ conditionis, vitæ, & famæ. ſecus ſi ſint bonæ. vt per Iaſ. in l. in actionibus. col. penul. ff. de in lit. iura. & Bal. in l. 1. circa princ. C. locat. per Hipp. in d. §. diligenter. nu. 97. Item faciendum eſt, quod in crimine furti magni, vel medij, ſcilicet vbi venit pœna mortis, vel abſciſſionis membri, vt ſupra dictum eſt, ſi ſunt indicia ſufficientia habet locum tortura, ſatis abunde dictum eſt per alios, maxime Hipp. in l. 1. ff. de quæſt. per Foll. in ſua pract. crim. & per Cauen. ſupra prag. inoleuit. in furto vero minimo,

vbi

vbi venit pœna fuſtigationis & ſignationis in fronte, vt dicetur infra, non habet locum tortura, quia magis affligeretur reus per torturam, quàm per poenam principalem furti. & licet articulus hic ſit diſputabilis, tamen opinio hæc ſit magis tenenda, & ita ſeruatur de conſuetudine. vt per Camp. in d. cap. ad hoc. qui diſputat hunc articulum per plures columnas. Item fur confitens vnum furtum in tortura, poteſt interrogari de alijs furtis, vbi nulla ſunt inditia. vt per deciſ. Gramm. 48. Item negans depoſitum vltra libram, vbi non eſt factum inſtrumentum, ſi accuſatur criminaliter de furto, ſi non ſunt teſtes, poteſt torqueri. per l. 3. §. penult. ff. de acquir. poſſeſs. hoc tamen intelligendo, ſi ſit homo malæ famæ, vitæ, & conditionis iuxta doctrinam Iaſ. in l. in actionibus. col. penul. ff. de in lit. iura. & Bal. in l. 1. circa princ. C. loc. & Hipp. in d. §. diligenter. num. 95. & per ea quæ ponit Camp. in cap. regni, ad peruerſorum. Item poteſt quis aliquid accipere à furtum paſſo, vel ab alio, ad indicandum furem. per Bart. in l. idem. §. ſi tibi num. 1. ff. de cond. ob turp. cauſ. Item iudex tam ſæcularis quàm Eccleſiaſticus poteſt compellere aliquem ad indicandum furem, & furtum. per Abb. in c. dilectus. nu. 1. de exceſs. prælat. intelligendo tamen quando quis tamquam homo ſcit furem. & ex hoc Epiſcopi bene fulminant excommunicationes contra non reuelantes furta. & practica eſt, quod per excommunicationem cogantur reuelare curiæ Eccleſiaſticæ ad cogendum ſatisfacere de damno, non autem ad puniendum, ſi quis tamen reuelat in foro poenitentiæ, ſcilicet confitendo peccata ſua ſacerdoti, quia tunc reuelat tamquam Deo, ille ſacerdos ſciens tamquam Deus non cogitur reuelare, nec debet aliquo modo reuelare, iuxta tex. in c. ſi ſacerdos. de off. ordin. & de fure indicando. vide Iaſ. in l. 4. §. vbi iudicium. ff. de cond. ob turp. cauſ. Item inquiſitus, & condemnatus de furto criminaliter, non debet relaxari, niſi reſtituto furto. per Bald. in l. quod euitandi. C. de cond. ob turp. cauſ. & ſi officialis non cogit ad reſtituendum furtum, tenetur in ſindicatum. quinimo ſine partis requiſitione tenetur cogere furem ad reſtituendum furtum, & breui manu, vt per Parid. de Put. in verb. condemnatio. §. ſequitur modo per

per iura adducta per eum ibi. ſi vero agatur ſuper expilatione hæreditatis, ſi hæreditas non eſt adita, vel ſi eſt adita, & non poſſidet hæres res hæreditarias, non competit hæredi accuſatio furti, ſed actio expilatæ hæreditatis, & proceditur extra ordinem, & competit hæredi accuſatio, vel vendicatio ciuiliter l.3. ff. de expilat. hæred.

91 Quo ad tertium dicitur, quod prius debet conſtare de furto in genere commiſſo. & probatur furtum in genere diuerſimode, iuxta qualitatem furti. quia ſi furtum fuit factum in cubiculo, & in arca, furtum in genere probatur, ſi probetur fractura oſtij cubiculi, vel domus, & arcę, vnde fuit ſubtracta pecunia, vel alia res. & ſi probetur de quantitate & rebus ibi exiſtentibus paulo antequam committeretur furtum, & quod poſtea fuerunt repertæ ſubtractæ, & quod probetur bona fama, vita & conditio furtum paſsi, & de alijs coniecturis, quia eſt difficilis probationis, ſufficiunt coniecturæ. vt per Foll. in pract. crim. in verb. capiatur informatio. nu.8. & 9. & Gramm. conſ. 17. & 60. & ſi furtum committitur in equo, vel in alio animali, probetur dominium equi, & quod equus fuit repertus in poſſe talis, & quod ille talis ſit ſolitus furari, & quod eſt homo malæ famæ, vitæ, & conditionis, & quod paulo ante fuit viſus in ſtabulo furtum paſsi, & quod ſtabulum fuit repertum fractum, & quod equus minime fuit ibi repertus. vt per Foll. in loco ſup. alleg. & aliter iuxta naturam facti, vt ibi per eum. Item furtum in genere commiſſum poteſt probari duobus alijs modis, ſcilicet, quod & ſtatim quod paſſus eſt furtum, conqueſtus eſt cum ſocijs & amicis. vt per Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero. ff. de æden. item quod probetur bonitas, legalitas, & vita honeſta in præteritum furtum paſsi. per Alex. conſ. 54. & ex alijs coniecturis, & dicit Bar. in loco ſupra allegato, quod tales præſumptiones dicuntur eſſe manifeſtæ, licet ſint ex coniecturis. maxime in probando furto in genere, vbi non tractatur de præiudicio alterius. item quia furtum, vt communiter contrahi ſolet occulte, eſt difficilis probationis, & ideo admittuntur probationes per coniecturas. vt habetur in cap. præterea. de teſt. & Bart. in l. in illa ſtipulatione, ſi calendis. ff. de verb. oblig. & Hipp. in ſua pract. crim.

crim.§.in princ.nu.7.& 12.ad probandum vero furtum in ſpecie res furtiuã reperta penes aliquem facit indicium ad tortura m contra illum penes quem reperitur. per l. inciuilem. C. de furt. Bar.in l.fi.ff.de queſt.& Ang.in l.2.& l.milites.col.fin. C.eod.tit. de quæſt.per l.ancillæ. C.de furt. vt per Hipp.in d.§.diligenter. nu.91.Item ſcala appoſita in feneſtra furtum paſſi,facit indicium contra dominum ſcalæ. & ſi fuit viſus illo ſero ire armatus per illam ſtratam, ſeu viam quando fuit commiſſum furtũ,vltra ſolitum,& alias.vt per Blan.in rep. l.fin.ff.de quæſt. Paris de Put.in verb.tortura. verſ. an ſtetur dicto torti. & Camp. in d.c.ad hoc. nu.135.Item ſi quis intrauit in domum illius qui paſſus eſt furtum,ſi eſt homo malæ famæ,vitæ,& conditionis,præſumitur furtum feciſſe rerum ſubtractarum, quæ die antecedenti viſæ fuerant domi in quã ingreſſus eſt.vt per Abb.in c.fi.n.9. quod met. cauſ.Item vicinus in domo in qua furtum fuit commiſſum,ſi domum notam habet,præſumitur quod ipſe commiſit.per tex.in l. dominus horreorum.ff.loc.& per alia adducta.per Blan.in d.l.fi. ff. de quæſt. nu.412. vbi dicit quod vicini facilius poſſunt duci ad torturam pro furto inueniendo quam alij.ſed hoc intelligitur de vicinis malæ famæ,vitæ,& conditionis. vt per Bald. in l.1.in fin.C.loc.de mente Bart.in l.dominus horreorum.ff.locat.& per alia adducta ſupra ad hoc in ſecundo membro. quia furtum potius præſumitur factum a talibus vicinis quam ab alijs. per Bart. in l. ſi ita.§. ſi mulier. ff. de fund. inſtr. Item fuga famuli de domo domini in qua res fuit furto ſubtracta, facit indicium contra eum.per gloſ.in auth. de exhiben.re. §.ſi vero. in verb. facere quod indicium eſt ſufficiens ad torturam ſi dominus ſtatim furto facto conqueſtus. maxime ſi fuga fuit poſt accuſationem, & ante inquiſitionem. per Gramm. conſ.32. num.6. & Iacob.Nouell.in ſua pract. crim.in verb.furtum. nu.14.& 15. Item forma pedis in terra humida facit indicium. per Alber. in l.inducia. col.2. C. de rei vend. quod tamen non eſt indicium ſufficiens ad torturam,ſed quodam adminiculum.quia per veſtigia pedum ſignificatur tranſitus luporum,& ſimilium animalium. per Blan. in d.l.fin. ff. de quæſt. num.426.& Iacob. Nouell. in loco alleg. num.18. & 19. Item culpa cuſtodis ob quam furtum commiſ-

ſum fuit,facit indicium vt ipſe cuſtos torqueatur ad manifeſtādum furem.vt voluit Bar.in l.1.ff.de off.præfect.vigil. Item mala fama,quod quis ſit ſolitus furari,facit indicium contra imputatum de furto.gloſ.in l.inciuilem. C.de furt.& ibi Bal.& Salic. quia ex conſuetudine oritur pręſumptio vt malus ſemper pręſumatur malus in re ſimili.per Bar. in l. Caſſius. de ſenat. Et talis fama non ſufficit de per ſe ad torturam niſi alia concurrant. vt per Blanc. in d.l.fin.nu. 410. Item ſi fiat furtum in caupona, ſeu domo hoſpitij,de bonis depoſitis penes hoſpitem,eſt pręſumptio contra dictum hoſpitem,& eius familiam, vt poſſint torqueri,ex præſumptione in genere.vt per Bal.in l.1.C.locat.& Bart.in l.1. ff.furt.aduerſ.naut. Hoc tamen intelligitur ſi ſunt perſonæ malæ famæ, prout præſumitur niſi probetur eſſe bonæ famæ. vt per Bald.in d.l.1. Inſuper in tali caſu debet conſiderari perſona viatoris ; ſi veriſimiliter potuit habere bona quæ dicit ſibi fuiſſe ſubtracta. per Bart. in d.l. 1. ff de furt.aduerſ.naut.§.fin. Et hoc quando non conſtat de rebus depoſitis in ſpecie, ſed quod depoſuerit fardellum,ſeu valiſiam, vbi erant intus res poſitæ, quæ non apparebant.& ſic in his attenditur veriſimile,quod multum adoperatur in indicijs. vt de omnibus per Blanc.in d.l.fin.num. 413.& 414.& quod Abb.in cap 1.de dol.& contum. dicit quod non magis poteſt præſumi contra hoſpitem, quam contra viatorem, intelligitur in paribus terminis. ſed ſi vnus eſt melioris conditionis quam alius, præſumitur contra viliorem. per ſupradicta.Item ſi infamatus fuerit ſolitus furari,adeo quod propter frequentiam actuum contra eum ſit præſumendum, ſi res ſubtracta reperitur penes ipſum,poterit torqueri. per Blanc. in d.l.fin. num. 417. Item ſi probetur per duos teſtes, quod aliquis fuerit viſus exire de domo vbi eſt commiſſum furtum cum valiſia ſub veſte, eſt indicium contra ipſum ad torturam, licet ignoretur quid portaret in valiſia.per Angel.in l.2. C.de quæſt. Et ſi concurrant alia, ſcilicet, quod poſtea fuerit viſus expendere multam pecuniam eiuſdem formę,& quod nullus alius ingreſſus fuerit in dictam domum, quia concurrentibus dictis inditijs eſt torquendus,etiam quod is eſſet mercator,& eſſet bonę famę, vitæ, & conditionis.per Brunum in tract. de indi. col. 2. Blanc.

in d.

in d. l. fin. num. 418. & tanto magis ſi fuit viſus exire de nocte de dicta domo, quia male præſumitur contra agentem de nocte. per gloſ. in l. furem.ff. de ſicar. & Blanc. in d. l.fin.num. 419. Item expendens multam pecuniam de illa ſtampa cuius eſt pecunia ſubtracta, habet indicium contra ſe. per Angel. in l. milites. C. de quæſt. & Brun. in tract.de indi. num. 43. licet non ſit ſufficiens ad torturam; ſed adminiculum. vt ibi per Angel. & Blanc. niſi ante fuiſſet homo pauper, nec inueniatur vnde habeat vt. per Bar.in d. l. fin. arg.l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. Item ſi res ſubtracta non pertinet ad alium quam ad Titium,facit indicium contra Titium. per Bar. in d. l. fin. ff. de quæſt. per tex. in l. 1. §. ſi quis inſtrumenta. C. de lat. liber. toll. non tamen hoc facit indicium ad torturam, ſed adminiculum. per Blanc. in d. l. fin. num. 422. Poſſunt etiam plura alia indicia ſumi contra furem, ſcilicet per tranſitum inſolitum, per frequentiam viæ ante domum maleficij, confeſſio extraiudicialis, vel iudicialis,conuerſatio cum malis,loquela timida, pauor,trepidatio,mendacium, dictum ſocij, & alia quæ faciunt in crimine homicidij, poſſunt etiam facere in crimine furti. vt per Blanc.in d.l.fin.num. 390. Item variatio etiam facit indicium, quia non ſolum teſtis varius, ſed etiam principalis varius poteſt torqueri. vt per Parid. de Put. in verb. tortura. per conſ.Rom.28.Bar.in l.de minore. §. plurium. Hipp. in §.diligenter.num.74. Blanc.in d.l.fin.de quæſt. num. 165. de quibus etiam vide Iacob.Nouell.in ſua pract.crim.in verb. furti. & quando non ſunt indicia quæ ſingula de per ſe ſufficiant ad torturam, poſſunt ſimul iungi in delictis difficilis probationis,ſi quodlibet indicium de ſe eſt perfectum in ſuo eſſe. vt per Bald. in l. 1. §. ſi quis ex argen. C. de eden. Paris de Put. in verb. robaria. col. 2. Alex. conſ. 351. Hipp. de Marſ. in §. diligenter. num. 92. Blanc. in d. l. fin. num. 166. quia in tali caſu ſi non proſunt ſingula, multa iuuant. iuxta gloſ. in l. 2. ff. de excuſat. tuto: Qui vero teſtes admittantur ad probandum crimen furti, dicas quod debent eſſe non ſuſpecti,non inimici,non odioſi, non mulieres, etiam ſi eſſent tres mulieres de furto ducentorum ducatorum.c.forus. de verb. ſign. quia mulierum varium

Digitized by Google

& mutabile eſt conſilium. l. filio. ff. de inoffic. teſtam. non infames, non impuberes, nec alij inhabiles, ſed idonei niſi. furtum fuerit de nocte. quia tunc ſumus in caſu difficilis probationis, & admittuntur illę probationes quę haberi poſſunt. c. mulierem. 32. quæſt. 5. & tunc tales teſtes facerent indicium ad torturam, non tamen ſufficerent ad condemnandum. per ſupradicta in tit. de diſrobatoribus. Et licet regulariter ſocius criminis non poſsit interrogari de conſocijs. per l. repeti. ff. de quæſt. tamen in furto quia ſumus in delictis vbi non ex odio, ſed pro ſuo commodo bene poſſunt interrogari, & torqueri. vt per gloſ. in d. l. repeti. & glo. in l. fin. C. de quæſt. vbi vide plures caſus vbi ſocius criminis interrogatur de conſocijs. & Hipp. in l. 1. §. diuus. ff. de quæſt. in pract. crim. §. diligenter. nu. 59. & 60.

93 Quo ad quartum dicitur, quod præcipua pœna furis eſt quod poſsit impune occidi. quod quomodo procedat hoc modo declaratur, videlicet ſi fur eſt nocturnus, & non cognoſci nec apprendi poteſt ſine occiſione, tunc occidi poteſt impune. Item ſi cognoſcatur, & dum apprenditur, telo ſe defendit, & occidit. impune occidetur. & non ſolum ab illo cui furtum factum eſt, ſed etiam ab alijs in dictis caſibus. vt per Abb. in c. interfeciſti. num. 1. de homic. & Bald. in l. furem. ff. de ſicar. & Bart. in l. ſed & ſi quæcumque. nu. 1. ff. ad l. Falc. & intelliguntur prædicta quando non poteſt dimitti fur nocturnus ſine periculo perſonæ, & rerum ipſius occidentis. per Bart. & Bald. in d. l. furem. ff. de ſicar. Si vero fur ſit diurnus non poteſt impune occidi, niſi telo ſe defendat dū apprehenditur repertus in furto. per Bart. in d. l. ſed & ſi quæcumque. ff. ad l. Falc. quia non ſic de facili conceditur occidere furem diurnum, quemadmodum nocturnum, quia diurnus poteſt de facili cognoſci, & cognito bona ſubtracta poſſunt recuperari ſine occiſione. vt per Abb. in d. c. interfeciſti. de homic. Item vltra ſupradictam poenā ſunt aliæ poenę ſtatutę à iure contra fures. ſed quia diuerſa ſunt furta, aliqua atrociora, aliqua non tam grauia, ideo diuerſa ſunt ſtatutæ poenæ. & quia qui rem ſacrā furantur, grauius delinquunt, ideo grauior contra eos eſt ſtatuta pœna. & antiquitus Pręſes prouinciarū aliquando hos ſacrilegos igne comburebat, aliquādo furca ſuſpendebat, &

alijs

alijs pœnis puniebat arbitrarijs,attenta qualitate perſonę furantis, & rei furto ſubtractæ.per tex.in l.ſacrilegis.ff.ad l.Iul. pecul. Hodie eſt moderata pœna de iure cõmuni, & eſt pœna deportationis. per dictum tex.& l.3.ff.eod.tit.Bar.in l.penul. ff. ad l.Iul. pecul.per Angel.in tract.malef.in verb. veſtem cælerem.Sed hodie contra prædictos habet locum etiam pœna c.regni ad hoc.de furt. Et multo magis ſi vltra vnciam furati ſunt, furca ſuſpendantur,ſi infra,puniantur iuxta diſtinctionẽ.d.c.regn.ad hoc. Et hoc quantum ad pœnam temporalem in foro contentioſo. quãtum vero ad pœnam ſpiritualem, ſi fur fregit oſtium Eccleſiæ, & rapuit,eſt excõmunicatus ipſo iure,& ſi eſt declaratus excommunicatus,excommunica eſt Papalis. ſi vero ſine effractione rapuit res Eccleſiæ,non eſt excommunicatus ipſo iure, ſed eſt excommunicandus per ſententiam. per Abb. in c. literis. num. 2. extr. de furt. qui vero furatur pecuniam publicam, ſcilicet ciuitatis Romæ, punitur eadem ſupradicta pœna qua punitur ſacrilegus de iure communi. per tex in d.l. 1. & 3. & ibi gloſ. ff. ad l.Iul.pecul.ſic etiam de iure regn.per d.c. ad hoc.Et hoc intelligitur, quando quis furatur pecuniam exiſtente in arca, ſeu repoſitorio reipublicæ. ſi vero quis adminiſtrans rempublicam, & expendens pecuniam reipublicæ, fraudando, & occulte ſibi retinendo, non punitur dictis pœnis, ſed punitur l. Iulia. de reſid. per tex. in l. 2. ff.ad l. Iul.pecul.quæ pœna eſt,vt retenta reſtituar, & tertiam partem amplius eius quod fuerit condemnatus. per tex.& gloſ. in l.4. ff. ad l. Iul. pecul. Et idem eſt dicendum de pecunia cuiuſlibet reipublicæ,& etiam regij fiſci. Hodie vero per regias pragm.eſt aucta pœna, & inter alias eſt pragm. Don Parafan de Ribera, qua Sindici & adminiſtratores pecuniæ Vniuerſitatis, ſeu Communitatis,puniuntur vltra reſtitutionem pecuniæ fraudatæ, in quatruplum plus, pro quarta parte applicanda accuſatori,& de reliquo pro medietate regiæ curiæ,& pro medietate Vniuerſitati defraudatæ, & vltra etiam alia pœna arbirraria, iuxta qualitatem perſonarum, in qua de multis alijs in fauorem Vniuerſitatis plene diſponitur. vt per d.pragm.quæ incipit, per che habbiamo,& finit, datum Neapoli ſub die 15.Decembris 1559. Iudices vero,qui tempore adminiſtrationis pecu-

Digitized by Google

niam publicam ſubtrahunt, & etiam quod miniſterium eis ad hoc exhibet, capitali animaduerſione, & pœna mortis naturalis puniantur, etiam de iure comuni. per tex. in. §. Item lex Iulia pecul. inſt. de publ. iudi. Et Ideo maior pœna imponitur iudicibus, quia iudices habẽtes ſuperioritatẽ, & imperium, tutius, & facilius pecuniam publicam ſubtraherent, niſi metu pœnæ terreantur. arg. eorum quæ habentur in l. 1. & tot tit. de incen. rui. & naufr. vt dictum fuit ſupra. Item contra plagiarios imponitur pœna capitalis, ſcilicet mortis naturalis, etiam de iure communi. per tex. & gloſ. in. §. eſt & inter publica. Inſt. de publ. iudi. ſcilicet vt ille, qui furatur, & vendit liberum hominem, ſiue ſeruum alienum, ſi ſit vilis perſona ſuſpendatur, ſi ſit nobilis in metallum dãnetur. hodie deportatur. per glo. ibi, per l. Flauiam. de plagia. Et ſimiliter, qui liberum hominem de loco ad locum tranſportat doloſe. Item qui ſeruum alienum fugitiuum vendit. vt per gloſ. in d. §. eſt & inter. licet in talibus interdum lex ponat etiam mitiorem. vt per tex. in d. §. eſt & inter. in fin. de quo vide Affl. in conſt. regn. iuſtitiarij. 6. notab. & vltra ſupradictas poenas furantes res ſacras, vel religioſas, vel publicas, & etiam plagiarij ſunt infames, quia ſi condẽnati pro furto ſimplici ſunt infames, tanto magis pro dictis furtis qualificatis. vt per Grãm. deciſ. 36. & habetur per gloſ. in l. cognitionum. ff. de var. & extra. cogn. & gloſ. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infa. Pro furto vero ſimplici plures & diuerſę imponuntur poenæ, quia de iure antiquo imponebatur poena extraordinaria arbitrio iudicis. per l. 1. ff. de furt. de iure vero auth. fur ſimplex ſine vi, fuſtigabatur. per tex. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. Et de iure diuino, nec etiam pro furto erat poena mortis. vt per Nicol. de Lir. ſuper c. 31. Geneſ. vt per Affl. ſuper conſt. regn. ſuper inciſionibus. ſuper glo. 3. poſtea per c. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. de pac. tenen. ſi quis furabatur valorem quinque ſolidorum, vel plus, furca ſuſpendebatur, qui vero minus forfice tondebatur, & caput excoriabatur. & hoc intelligebatur quando ex tali furto ſequebatur pacis fractura. ſecundum Abb. in c. fin. de furt. De iure vero Longobardo pro primo furto eruebatur oculus, pro ſecundo naſus ſcarpellatur, pro tertio imponebatur pœna mortis naturalis. per c. ſi

quis

quis latro.de furt.in Longob.Per conſt.regn.baiulis ſi furem.imponebatur publicatio omnium bonorum mobilium,quæ fuit correcta.vt per Affl.ibi.ſed per c.regn.ad hoc.de furt.eſt ſtatuta pœna, ſcilicet pro furto ſimplici infra auguſtalem imponitur poena fuſtigationis, quæ fuſtigatio vna cum condẽnatione de dicto furto, irrogat etiam infamiam.per glo. in d.l.ictus fuſtium.ff.de his qui not.infa.& glo.in l.cognitionum. ff. de var. & extraord. cognit.Item quod de tota prouincia banniatur, & ſignetur in fronte,quæ ſignatura in fronte hominis nõ procedit de iure communi.per Bald.ſupra rubr.C.de iud,quia facies hominis eſt ad imaginem Dei,quæ nõ debet deturpari.vt ibi per eum.& facies dicitur quidquid in ea eſt diſcopertum, ſcilicet frons, naſus, auriculæ,genę.per l.ſi in metallum.C.de pęn.tamen propter odium maleficij poteſt quis in ſuperficie,ſeu cute ſignari, & deformari.per gloſ.in c.ad audientiam.de falſ.& infra auguſtalem intelligitur ſi tantum furatur quantum eſt auguſtalis.& infra vnciam intelligitur, ſi tantum furatur, quantum valet vncia. argum. tex. l. 1. §. ſi intra. ff. de ſucceſſ. edict. per tex. in c.1, §. ſi quis quinque ſolidos. de pac.tenen.& auguſtalis valet carolenis quindecim,vt dictum eſt ſupra, & ſolidus idem eſt quod aureus, vt gloſ.vlt. in §. fin.Inſt.de pœn.teme. litiga. Ab auguſtali vero infra vnciam, ideſt quantum valet vncia,imponitur poena abſciſſionis manus. vt in d.c.ad hoc.& quia loquitur indeterminate intelligitur de viliori, quia in poenis mitior via tenenda eſt. per c. in poenis de regul. iur. in 6. & hoc intelligitur ſi fur duas haberet manus, nam ſi vnam tantum haberet, non abſcinderetur manus, ſed pœna commutaretur ſecũdum vnam opinionem magis æquam. licet de rigore iuris ſi vnam tantum haberet etiam amputaretur. vt per Campa. in d.c. ad hoc.nu. 41.& 42. & ſi vnam tantum haberet tempore ſententiæ, ſententia eſſet eluſoria, quia tunc commutatio deberet fieri ante ſententiam, vel in ipſa ſententia. & ſi haberet vnam aridam,& aliã validam, debet amputari arida. quia eſt in fauorem publicum humani generis,vt ſeruetur validior. per Cin. & Salic. in d. auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. & Campa. in d.c.ad hoc. num.43. cum ſequent. Et etiam quod ipſe condemnatus eligat quod amputetur validior,

tamen debet amputari arida. & hoc niſi ſtatutum formiter diceret quæ debeat amputari, quia tunc illa debet amputari, quam ſtatutum iubet. quia ſtatutum eſt ſeruandum vt verba ſonant. Si vero quis furatur vltra vnciam, dicitur facere furtum magnum, & punitur poena mortis naturalis. per d.c.ad hoc. etiam quod fuerit vltra vnciam in modico. quia dictio vltra ad modicum refertur. per l. hæc adiectio. ff. de verb. obligat. & l. ſi per tres. ff. ſi quis caut. & furtum triginta vnius tarenorum ſufficit ad ſuſpendendum furem. per Affl. in conſt. regn. terminum vitæ. col. pen. 7. nota. & Iſer. in d.c.1. §. ſi quis quinque ſolidos. de pac. tenen. & ſic hodie tex. in d. §. ſi quis quinque qui imponebat poenam mortis naturalis, eſt correctus per d. c. ad hoc. & eſt ſublata illa difficultas Doctorum, & diuerſitas opinionum an d. §. ſi quis quinque. intelligatur quando per tale furtum frangatur, vel non frangatur pax publica. per Affl. & Iſer. in d. conſtit. terminum vitæ. & Campa. in d. c. ad hoc. & ſic tale furtum vltra vnciam valet pro pluribus minimis ad puniendum poena mortis. per Bald. in d.auth. ſed nouo iure. Item eſt ſublata quæſtio de iure communi vbi attẽdebatur valor furti qualitas furis, & eius qui patiebatur furtum. per l. 1. ff. de furt. quia hodie indiſtincte furta vltra vnciam puniuntur poena mortis naturalis. vt per Campa. in d. c. ad hoc. nu. 50. & valor rei ſubtractæ an valeat vltra vnciam debet æſtimari communi æſtimatione. per tex. in l. prætia rerum. ff. ad l.falc. Item per d. c. ad hoc. committens plura furta etiam minima punitur poena mortis naturalis, dummodo non ſint pauciora tribus. per tex. & glo. in l. poteſtatis. in verb. plura. ff. de verb. ſignif. & per gloſ. in §. id quoque. ibi. etiam duas. in auth. de trient. & ſemiſſ. quemadmodum raptor non punitur poena mortis niſi pro tribus rapinis. per c. regn. placuit. vt dictum eſt ſupra in tract. de rapi. Et etiam quod in diuerſis territorijs quis commiſit tria furta minima, ſufficiunt ad ſuſpendendum. per Salic. in d.auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. per Angel. in tract. malef. in verb. veſtem celerem. Affl. in conſt. regn. inconſutilem. Campa. in d. c. regn. ad hoc. nu. 66. & hæc eſt communis opinio, licet aliqui teneant contrarium. vt per Camp. ibi. Et committens tria furta

etiam

etiam minima,non ſolum per d.c.ad hoc. ſed etiam de iure com muni punitur poena mortis, quia eſt in conſuetudine furandi, per iura ſupradicta. & c. de appell. extra de appell. Felin. in c. ſignificaſti. el 1. de homic. Affl. ſuper conſt. ſuper inciſionibus circa finem. Grammat.vot.17.num.52. Campa. in d. c. ad hoc. nu.60. & hoc ſi quis committat tria furta minima ex interuallo diuerſis temporibus. ſi vero quis eodem tempore, & contextu plures res diuerſas furetur, non dicuntur plura furta ſed vnum. & ſic ſi vna nocte de vna domo diuerſis vicibus ſubtrahat frumentum,vel alias res continuando,vnum dicitur furtum, & non diuerſa.vt per Cępoll.in d.auth.ſed nouo iure.& Campa.in d. c. ad hoc.num. 69. Si tamen ſunt plures qui furantur vltra vnciam ſemel, & quilibet pro portione ſua habet infra vnciam, omnes poſſunt ſuſpendi. per Iſer.in d.§. ſi quis quinque. per l.1. c. de con.furt.per l.vulgares.§.fin.ff.de furt.Item etiam famulus committens etiam plura furta,etiam minima diuerſis temporibus, ſi vltra tria, poteſt furca ſuſpendi,alias non, quia eſt ſpeciale in famulo.vt per Camp. in d. c.ad hoc. Et licet faciens furtum minimum non debet puniri poena furti, vt dictum eſt ſupra, tamen faciens furtum magnum tanto magis debet puniri, & ſic debet ſuſpendi.per Ioan.Fabr.in §.alia deinde.Inſt. de publ. iud. & per Ioan.Bernar. Diaz in ſua proct.crim. in verb.fures. item eſt ſpeciale in ſeruo, vt pro furto minore etiã infra vnciam poſſit furca ſuſpendi propter vilitatem perſonę,& ex alijs.vt in l.penul. ff. de cond.cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Item ſi extaret ſtatutum,vt pro furto minore infra vnciam ſuſpendatur, tũc eſſet ſeruandum.per Cæpoll. in d. auth. ſed nouo iure. Inſuper ſi quis hic commiſit vnum furtum minimum, propter quod nõ poſſit furca ſuſpendi,& alibi plura alia commiſit, licet hic pro alijs alibi commiſſis non poſſit directe puniri,tamen indirecte puniri poteſt pro dictis furtis,quia aggrauant furtum hic commiſſum. & licet pro furto hic commiſſo non poſſit ſuſpendi, tamen eo aggrauato de dictis alijs furtis,poterit ſuſpendi.per Abb.in c.1.in fin.de poen.& per eundem Abb.in c.1.de cler. percuſſ.per l.3. C.de Epiſc.aud.per c.ita nos.25.q.5.per Bar.in l.ſi cui. in fin.ff.de accuſ. licet regulariter in poenis parcendum ſit nobilitati.vt per deciſ.Grãm.32.

Digitized by Google

& per eum ibi, tamen pro furto vltra vnciam non ſit diſtinctio perſonarum, an ſit nobilis, vel ignobilis. ſecundum Afſl. in conſt. terminum vitæ. 7. nota. ſed poteſt furca ſuſpendi, ſiue nobilis, ſiue ignobilis. per gloſ. in conſt. regn. proſequentes. & ibi Afſl. in fin. Quinimo nobilis altioribus furcis debet ſuſpendi pro furtis. vt per Gramm. deciſ. 36. propter vilitatem criminis, quia licet per ſuſpendium mors eſt ignominioſa, tamen condemnatus de furto eſt infamis, & excluſus ab omni honore. vt per Aret. in c. cum non ab homine. de iud. per c. infami. 6. q. 1. & per alia ſupradicta. tamen d. c. regn. ad hoc. facit diſtinctionem perſonarum nobilium & ignobilium, vt nobiles decapitentur, ignobiles furca ſuſpendantur. nec facit diſtinctionem, vt nobiles non puniantur poena mortis, vt in multis fieri ſolet per leges, vt dictum fuit ſupra de plagiarijs, qui ſi ſunt nobiles deportantur, ſi ſunt ignobiles, puniuntur pœna mortis naturalis, & in multis alijs, ſed per d. c. ad hoc. tãtum fit diſtinctio circa genus mortis, vt dictum eſt. & licet fur reſtituat rem furto ſubtractam, tamen non euitat pœnã. per Bar. in l. hoc edicto. nu. 3. ff. de publ. crim. per Abb. in c. 1. nu. 6. de dol. & contum. Quod intelligitur in foro contentioſo. quia in foro poenitentiali, reſtituto integraliter furto remittitur peccatũ. c. peccatum. de regul. iur. in 6. non tamen ſufficit poenitentia ſine actuali reſtitutione. per Abb. in c. plerũque. de immunit. eccleſ. nu. 8. nec etiã in foro pœnitentiali habet locum poena quatrupli, & dupli. per gloſ. in c. fraternitatis. 2. q. 1. Abb. in c. quia ingredientis. num. 5. de teſt. Bald. in l. poſt deciſ. in fin. c. de furt. Cæpoll. in d. Auth. ſed nouo iure. col. 12. Camp. in d. c. ad hoc. num. 35. cum ſequen. Item licet in foro contentioſo conſideretur maior & minor quãtitas furto ſubtracta pro poenis imponendis. per l. Pedius. §. 1. ff. de incend. rui. nauf. tamen ſecus eſt in foro poenitentiali, vbi Deus reſpicit cor. vt per Sebaſt. de Neap. in d. c. ad hoc. in prin. Itẽ ſi furtum fiat etiam pro facienda eleemoſyna, in foro cõtentioſo punitur, vt per Hipp. conſ. 45. per Innoc. in c. quia plerũque. de immu. eccleſ. per Camp. in d. c. ad hoc. nu. 38. Item ſi fiat furtũ de vna gallina, vel de vno ouo, poteſt fur fuſtigari. per Camp. in d. c. ad hoc. per iura per eũ ibi allegata. & per conſt. regni. ſuper inciſionibus. furans vnã gallinam

de

de nocte poterat puniri poena mortis. vt per Andr. ibi. ſed hæc cõſtitutio eſt hodie ſublata per c. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. de pac. ten. & per d. c. ad hoc. vbi nõ poteſt imponi poena mortis pro minimo furto. vt per Affl. in d. conſt. 4. not. col. fin. ſuper 3. gl. & Camp. in d. c. ad hoc. quia illa conſtitutio erat nimis crudelis cum pœna debet cõmenſurari delicto, & iuxta menſuram delicti debet eſſe & plagarum modus. Item auxilium præſtans furto, ſi de furto participat, punitur pari pœna. vt per Camp. in d. c. ad hoc. nu. 30. per iura per eum allegata. Si vero non participat, punitur mitiori extraordinarie. & licet auxilium præſtans in furto vltra vnciam, participet in furto infra vnciam, tamen ſuſpendi poterit. vt per Iſern. in d. c. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. Et hoc intelligitur, quando a principio quis fuerit ſciens & auxiliator. ſi vero a principio fuerit ignorans, & poſtea ratum habuit, & habuit partem, ſi habuit vltra vnciam, ſuſpenditur: alias participans punitur iuxta quantitatem furti poenis d. capituli. ſed ſi participat in minori furto infra vnciam, non ſuſpenditur, licet auxilium præſtitit in furto vltra vnciam, ſed punitur extraordinarie. vt per Iſer. in loco ſupra allegato. Item ſi quis cęlat furem cum re furtiua tenetur furti: ſimiliter ſi cælat ſeruum fugitiuum. ſed ſi cælat furem, ſine re furtiua, non tenetut furti, ſed tenetur tit. de receptatoribus. per Bar. in l. qui vas. §. qui furem. ff. de furt. Item qui intrat in domum alterius animo furandi generaliter, & non talem, vt præciſe, & non furatur, non punitur poena ordinaria furti, ſed extraordinaria arbitrio iudicis. per Bart. in l. vulgaris. §. qui furatus. ff. de furt. & qui vadit animo furandi, & non furatur, non tenetur criminaliter, tamen punitur extraordinarie. per l. tantundem. ff. de extraord. crim. Hipp. in l. de minore. verſ. quæ ait poen. ff. de quæſt. Item furans rem ſibi debitam prædo eſt, & latro. & licet non competit contra eum actio furti ad quatruplum, extraordinarie punitur. per Bar. in l. ſi ex ſtipulatu. nu. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Item in odium furis inſpicitur illud quod euenire ſolet, licet veriſimiliter non tendat ad hoc. per Bart. in l. eum qui. §. Papinianus. ff. de furt. Item ſciens furem & non indicans, ſed occultans, tenetur pari poena, ſecundum vnam opinionem, ſed ſecundum aliam magis communem, & magis

æquam

æquam, tunc tenetur pari poena quando aliquid accepit a fure vt eum occultet. quia tunc eſt particeps furti. per Abb.in c.qui cum fure. de furt. Item ſi quis furtum committat, licet dominus dicat rem eſſe ſubtractam de ſua voluntate, tamen fur tenetur l.inter omnes.§.recte.ff.de fur.Hoc tamen intelligitur,ſi appareat dominum exculpare ad inſtantiam rei, ſed contra veritatem. quia ſi verum eſſet quod fuit de voluntate domini, non eſſet furtum, cum furtum ſit ſubtractio rei alienæ fraudulenta, inuito domino,vt dictum eſt. Item ſi quis inuenit rem alienam & domino non reſtituit, tenetur furti, tam de iure communi. per l.falcinius.§.qui alienam.ff.de furt. vt per Abb.in c.ſæpe.de reſt.ſpol. quam etiam de iure regn. vt per conſt. pecuniam.qua diſponitur quod inueniens pecuniam, vel aliam rem, animalibus exceptis, & non reſtituens domino, vel baiulis, furti tenetur. at ſi talis res fuerit conſignata baiulis, dominus expectatur per annum, quo elapſo applicatur fiſco. ſed ſecundum aliquorum locorum conſuetudinem, non baiulo, ſed Capitaneo, ſeu Poteſtati, vel Caſtellano conſignatur res conſeruanda,vt ſupra. & licet committatur furtum in hoc,non tamen habet locum poena d. c. regni. ad hoc. ſed poena iuris communis, quæ eſt extraordinaria vt ſupra dictum eſt. vt per Foll. in ſuis fragm. in tit.de furt. vbi etiam vide de animalibus captis a latronibus,& inuentis.nu. 130. & 131. Item qui recepit ab aliquo magnam pecuniam, vt perferat ad alium, & non conſignat,ſed in proprios vſus conuertit,non debet furca ſuſpendi. ſecundum Iaſ. in l. quas vero. ff.ſi cert. pet. per doctrinam Batr. Et hoc quia tranſlatum eſt dominium in recipientem, & ſic non dicitur furtum cum non dicatur contrectatio rei alienæ inuito domino. ſed tamen talis debet furca ſuſpendi ſecundum Foller. per l. is cui. C. de furt. qui ponit caſum ad litteras ſecundum Foller. in dictis fragm. num. 127. Item furans lanam, & deinde de ea faciens pannos tenetur de furto, tam de panno quam de lana, & punitur poena ordinaria cap. ad hoc. quia hoc dicitur furtum regulare. licet ſi accipiat ad creditum,ſeu ad credentiam lanam,& illam in pannos conuertens, & poſtea cum illis fugit, non ſoluto pretio, dicitur committere furtum irregulare: vt dictum eſt ſupra.

Item

Item capiens animanilia aberrantia in alieno territorio tenetur furti. per l. 1. ff. depoſi. tamen non punitur poena ordinaria furti, ſed quatrupli.per conſt.regn.vt delictorum, ſcilicet, quando non eſt dolus furandi directe, quando non tranſportat vt vendat,& quælibet cauſa, etiam iniuſta excuſat à dolo. per l. 1.ff.de furt.iuxta gloſ.in l. 1. ff.de abig. & hoc quando indebite auctoritate propria capit, & iudici, vel baiulo loci non præſentat,& petit fidam,& diſfidam,quam nõ debet petere.vt per Afd. in conſt.regn. peruenit ad aures. nu.1.& 2. Si vero capit animo furandi,& contrectat, poteſt puniri. per d.c. ad hoc. poena ordinaria furti. Item poteſt puniri poena abigeatus, vt dictum eſt ſupra de rapinis.Inſuper in alijs caſibus furtum committens, in qualibet re poteſt puniri poena quatrupli ſi ciuiliter agatur ſi furtum eſt manifeſtum,ſi vero non eſt manifeſtum poteſt puniri poena dupli. & ſemper ſiue quatruplum ſiue duplum, in commodum dãnum paſſi. & manifeſtum dicitur quando capitur cum re furtiua antequam veniat ad locum deſtinatum. vt Inſtit. de oblig.quæ ex delict.naſc. in princ. & fin. & quando agitur furti ciuiliter ratione dominij rei furto ſubtractæ, debet æſtimari ipſa res, & quia fur tenetur ad intereſſe.vt per Parid.de Put. in verb. condemnatio. §. ſequitur, & Campa. in d. c. ad hoc. num. 25. cum ſequent. quando agitur ad intereſſe debet æſtimari intereſſe. per Bar. in l. ſi vendidero. num. 1. ff. de furt. & fur ſemper eſt in mora reſtituendi,& tenetur ad intereſſe.per Abb. c.niſi cum. de renunt. Item partiarius capiens de parte ſocij, ſi doloſe & animo occultandi, committit furtum, & tenetur pœna furti. & ſtatur coniecturis an doloſe, vel bona fide ceperit. & ſi non apparet ex coniecturis,in dubio præſumitur doloſe.vt per Camp. in d. c. ad hoc. & licet committatur furtum,quia non eſt directum ſed indirectum, punitur extraordinarie. per ſupradicta. Item furans rem propriam ab alio poſſeſſam, non tenetur furti, nec tenetur eam reſtituere, tamen committit peccatum.per Abb.in c.olim, el 1.num.23.de reſt.ſpolia. & pro tali furto conſcientiæ debet facere poenitentiã. vt per Abb.ibi.quod tamen intelligitur,quando quis poſſidebat aliquo titulo, vel aliqua cauſa ſaltem colorata, non autem ſi poſſidens furto ſubtraxit,

xit,

xit, vel ſi potuiſſet alijs remedijs recuperare .quia ſi alijs remedijs recuperare non potuiſſet, poteſt capere rem ſuam ſine peccato, vt dictum fuit ſupra, & dicetur infra. Item qui ſubtrahit equum ad equitandum, non dicitur contrectare proprietatem, ſed vſum, & non punitur dictis poenis furti,ſe d vt reſtituat duplicatam mercedem. per tex. & glo. in.§. 1. Inſt. de obliga.quæ ex delict. naſc.& per tex.& gloſ. in l. qui iumenta. ff.de furt.quæ opinio eſt verior,& magis communis. vt per gl.in d.§.1.licet aliqui teneant contrarium. intelligo tamen, niſi ex dicto furto inſequatur maius intereſſe quàm merces duplicata, quia tunc tenetur etiam ad intereſſe.per ſupradicta. Item qui lapides finium cauſa poſitos,euellit, ſiue cauſa occupandi fines, ſiue furandi, de iure antiquo ſi erat nobilis relegabatur ad tempus, attenta qualitate perſonæ, vel ſenioris, vel iunioris, ſi erat vilis, damnabatur ad opus publicum biennio, ſi animo occupandi fecerit,ſi vero animo furandi ſufficienter verberibus cedebatur.per l.1.ff.de term.mot.ſecundum lecturam Bar.ſed de iure moderniori per l. agrariam.ff.eod. tit. euellens dictos fines animo occupandi, ſiue furandi punitur poena quinquaginta aureorum regio fiſco applicandorum. & ſi ſeruus, vel ſerua, inſcio domino, punitur poena capitali, niſi dominus voluerit dictam poenam ducatorum quinquaginta ſoluere, & ſeruum ſuum, vel ſeruam redimere. quando vero euellit animo accomodandi agrum ſuum,ſi forte per errorē, punitur arbitrarie. per d.l. agrariam. Item qui arbores incidit, & maxime vites, poena capitali punitur, edicto arborum furtim cæſarum. per tex. in l. 2. & ibi glo.ff.arbo.furt.cæſa.& hoc eſt ſi radices ipſarum arborum non euellit, quia tunc tenetur l. aquilia.per l.furtim. §. ſi quis. & ibi gloſ. per l.vitem. §. quod ſi quis.iuncta glo.ff. eod. tit. Sed hoc numquam vidi ſeruari, ſed quod puniatur arbitrarie, cum refectione damnorum & intereſſe. Item expilatores hæreditatis ſunt atrociores quam fures, vt dictum eſt ſupra, tamen non puniuntur poena d.c.ad hoc. vt ibi per Camp. nu. 15.& 145. vbi dicit ita determinatum fuiſſe in regio conſilio. ſed puniuntur poena ordinaria arbitrarie. per l.1.& l.diuus.ff.de crim.expil.hæred.& l.1.§. expilatores.ff.de effract. & l.hæreditariæ.ff.de furt. & efficiuntur

ciuntur etiam infames. vt Bar.in d.l.1. de effract. & l.2. de his, qui not.infam. & hæc eſt communis opinio, licet aliqui teneant contrarium,ſcilicet quod puniuntur pœna ſupradicti c.ad hoc. & pro communi opinione facit,quod in odioſis non fit extẽſio,etiã ex paritate,& maioritate rationis,vt tenent communiter Doct.in l.fin.ff.de in ius voc.& ibi Iaſon col.2.in fi.& vide ibi Camp. vbi pleniſſime per plures columnas materiã extenſionis tractat. Item officiales qui Barattarias cõmittunt,furta dicuntur committere: & tenẽtur l.Iulia repetun.& ſi per pecuniã necauerunt innocentẽ,capite puniuntur,vel in inſulã deportantur.per l.1.& 3.ff. ad l.Iul.repet.§.hodie.ſi vero non tam acriter per Barattarias delinquunt,ſed per pecuniam aliquid iudicauerint,vel fecerint quod non debuerũt,vel per pecuniam aliquid non fecerint quod facere debuerant,mitius puniuntur. per Parid.de Put. in tract. ſind. in verb. ſindicantur officiales de Barattarijs. Item deflorans virginẽ, vel qui caſtitati inſidiatur,maxime per pecuniam,licet dicatur furtum committere,tamen non punitur dictis pœnis furti, ſed acrioribus.vt dictum fuit ſupra in tract. de adult. & ſtup. Et ſupradictę pœnę habent locum cõtra laicos. Contra clericos vero de iure canonico eſt prouiſum,vt clericus committens furtum deponatur, & detrudatur in carceribus ad agendum poenitentiam.vt per Abb.in c.cum ex literis.in fin. de furt.& per c. cum non ab homine.de iudi.& c.tuæ.de poenit. & per Bernar. Diaz in ſua pract.in tit. de furt. qui intelligit dicta iura ſupra allegata facientia contra famoſos latrones,etiam contra cõmittentes magna furta, etiam ſine vi. & tanto magis in clerico,qui facit magnum furtum domeſticum, ſcilicet in domo vbi ſeruiebat, vt pro magno furto, etiam prima vice ſuſpendatur, quemadmodum laicus. per Ioan. Fabr. in §. alia deinde. Inſt.de publ. iud. vt quemadmodum laicus committens tale magnum furtum efficitur infamis, ita & clericus, & acrius puniri debet.vt per Aret. in d.c.cum non ab homine.de iudi.per c.infames. 6. q. 1. Item clericus, manifeſtus ſeu notorius fur, & de furto conuictus non poteſt promoueri ad ſacros ordines ſine diſpenſatione. per Abb. in d. c. ex literis. num. 3. extr. de furt. & quando poſſit Epiſcopus diſpenſare in irregularitatibus, ſuſpenſioni-

ſionibus, & alijs caſibus vide Conc.Trid. de refor. ſeſſ.24.c.6.
94 Quo ad quintum dicitur quod licitum eſt mihi recuperare rem meam etiam furto quando aliter recuperare non poſſum licet non mendacio. per Abb. in c. ſunt & infra. num.15. extra de iure patr. dummodo ſine ſcandalo. vt per Innoc. in c. olim cauſa de reſtit.ſpol. Ant. de Butr. in l.itaque.ff.ad l. Aqui. Affl. in conſt.regn.aduocatos.ſecundo not.& non ſolum rem meam licitum eſt mihi capere furto, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam rem illius qui tenet rem meam, etiam à Rege, ſi tamen ſi ſine ſcandalo hoc fiat. per Affl. in proem. conſt. regn. 25. notab. in fin. per Innoc. in c.olim. de reſtit.ſpol. & per conſt. regn. Baiulus ſi furem. & ſi publicè recuperari non poteſt ſine ſcandalo, fiat ſic occulte vt probari non poſsit aliquo modo. Item qui committit furtum ex magna neceſsitate, in nullam incidit poenam nec in peccatum, & non punitur in foro contentioſo nec poenitentiali, dummodo furtum ſit modicum. per Abb.in c.ſi quis.nu.1. & 6. de furt. quia tunc omnia ſunt communia. per c.diſcipulos de conſe. diſt. 4. & c. ſicut. 67. diſt. & l. 2. ff. ad l. Rodia. de iact. ſed ceſſante neceſſitate, & ſuperueniente facultate, tenetur reſtituere.commun. opin.eſt in contrarium.quia non tenetur reſtituere ceſſantem neceſſitate. quia ceſſante cauſa debet ceſſare effectus. ſicut dicitur de eo qui præbet alimenta tempore neceſſitatis adueniente facultate, poteſt recuperare. & ita proteſtari debet. per Abb. in c.ſi quis. nu.5. de furt. per notata in l. Neſennius. & l.alimenta. ff.de neg.geſt. per c. ſacrorum. & c.ſicut. 12.q.2. ſed ſi quis furatur non in magna, ſed in modica neceſsitate conſtitutus, punitur ſed leuius. per d.c. ſi quis. & ibi Abb. de furt. & per Campa. in d.c. ad hoc. Item ſi aliquis valde potens tenet rem tuam, ſcilicet dominus mercedem ſeu ſalarium famuli, poteris furto recuperare, & non puniri in foro contentioſo, ſiue poſſis habere copiam iudicis, ſiue non poſsis, ſecundum magis communem, & æquiorem opinionem, ſed in foro conſcientiæ multa requiruntur.vt per Silu.in ſumma. & Toletus c.15. lib.5. Ang. vide furtum. §. 40. & vera concluſio eſt quod ſi non poteſt haberi copia iudicis, & teſtium, quod non ſuccedat ſcandalum, quod non ſit intereſſe cuſtodis bonorum, & non

ſit

Digitized by Google

ſit peccatum penuriæ,nulla pœna puniris.ſi vero poterit haberi copia iudicis & teſtium, debes adire iudicem, & ſi velis recuperare furto,puniris: ſed mitiori pœna. vt per Camp.in d.c. ad hoc. per iura per eum allegata. Item ſi abſtulerim rem meam illam furante non teneor ſi incontinenti.ſi vero ex interuallo taliter quod poſſeſſio illius fuerit interuerſa, teneor. per Bar. in l. ſi quis in tantam.C. vnde vi. ſed mitiori pœna punior. & hoc procedit quando alio modo poſſunt recuperare,alias non teneor. vt per prædicta. Item ſi quis habet rem domini voluntate, ſcilicet equum commodatum per viginti milliaria, & poſtea vexit per quadraginta non tenetur furti.per Bar.in l.inter omnes. §. recte. num.3.ff.de furt.& ſi allegat quod tenebat de voluntate domini,& putabat dominum permiſſurum,non liberatur in totum niſi probetur voluntas domini ſaltem per indicia. ſcilicet quod erat eius conſanguineus vel intrinſecus amicus. vt Bar. ibi nu.7. nec ſufficit quod dominus ita afferat,cum poſſit facere in fraudē, vt dictũ fuit ſupra.Item ſi quis capit furtiue rem quæ non ſit in dominio, quia dominus habuit illam pro derelicta, & dedit licentiā vt quilibet ſibi capiat,furtum non committit. vt inſt. de rer. diuiſ.§. hoc amplius. quemadmodum qui feram beſtiam & apes quæ efficiuntur occupantis.vt inſt.eod.tit.§.illud.& hoc quia repugnat diffinitio furti cum ſit contrectatio fraudulenta rei alienæ inuito domino lucri cauſa, vt dictum eſt. & ſi dominus non habet non poteſt dici inuito domino.per Angel.in l.falſus. §.qui alienam.nu.2. ff.de furt.ſi vero res eſt in dominio,non tamen eſt cognita perſona domini,tũc committit furtum, quia militat diffinitio vt dictũ eſt.vt per Camp.vbi ſup.Item ſi quis accipit rem alienam putās eſſe ſuam,ſi ex iuſtis cauſis putat, non committit furtum.vt per Camp.in d.c.ad hoc.de furt.num.82.Item ſi capit rem ſuam,licet putet alienam,non committit furtum niſi illa fuerit apud aliquem habentem ius in ea.per l.ſi is qui.& l.creditur. ff.de furt.& Camp.in d.c.ad hoc. Item ſi quis capit rem alienam domino præſente,ſciente, & non contradicente, non committit furtum.per Archid.in c.poenale.14.q.5.& hoc quando dominus prohibere potuit, ſecus ſi prohibere non poterat propter timorem, quia non dicitur conſentire. per tex in c.cum veniſſet.verſ. ipſe timens.de inſt.& per alia adducta per Camp.in d.c.ad hoc.

Item capiens rem alienam non animo furandi,ſed bona fide,non punitur de furto. per l.qui vas.§.qui ex voluntate. ff.de furt. Et animus probatur ex coniecturis,& pręſumptionibus.per gl.in l.1. C.de ſicar.Et non cōcurrentibus coniecturis ſtatur iuramento ipſius,in his quę dependent ex animo.vt per Cāp.in loco ſupra allegato per adducta per eum ibi.Itē qui furatur ficus,vel vuas,vel alia cōmeſtibilia modici valoris, ſi non tranſportat punitur mitiori pœna,ſcilicet pecuniaria,quia de minimis nō curat prætor. vt per Camp.ibi.ſed ſi tranſportat punitur d.c.ad hoc.Item ſi famulus cōmittit plura furta de rebus cōmeſtibilibus etiā diuerſis temporibus,ſi ſint modici valoris non punitur per iudicē, ſed per ipſum dominum cum baculo.vt per Camp.ſi vero non ſunt commeſtibilia dictū fuit ſupra.Item qui rem alienā cępit non animo lucrandi,ſed animo reſtituendi,ſi apparet de volūtate reſtituendi,non punitur,nec furtū committit.per tex. iūcta gl.in l.1.§.fi.ff. de furt. quia voluntas & propoſitū diſtingunt maleficia. per tex. & gl.in §.1.in verb.poſſ.inſt.de obl.quę ex delict.naſc.& per tex. in d.l.qui vas. §.ex voluntate.ff.de furt. & per l.qui iniuſte.ff.de furt.maxime ſi palam dixit quod eſt reſtituturus domino.Item ſi rem alienā inuenit & accepit vt reſtituat domino,maxime ſi palam dixit quod reſtituet,vt ſupra dictū eſt.Item ſi quis rapit fructus pendentes ſupra viam non dicitur committere furtum,vt de omnibus.per Cāp.in loco ſupra allegato. Itē ſi quis cogit equum alienum ad ſuas equas non dicitur cōmittere furtum,tenetur tamen ad intereſſe domino equi ſi equus periclitaretur, vel deterioraretur. per iura allegata per Camp.ibi. Item ſi quis occupat rem portatam per alluuionem non tenetur furti,ſed reſtituit domino,habita mercede laboris paſſi pro dicta re.vt per Camp.ibi. Item ſi quis occupat poſſeſſionē rei ſtabilis alienę,& aliqua iura aliena incorporalia,non committit furtum,quia talia contrectari non poſſunt,tenetur tamen per conſt.reg.violentias.vt dictū fuit ſupra in tract. de rap. Itē ſi res aliena reperiatur penes aliquem, ſcilicet Titium,ſi Titius probat a quo habuerit non punitur. per Bar.in l.fi.ff.de q. per Ang.in l.2.l.milites.& l.fi.C.de q. & l.inciuilē.C.de furt.& Hipp.in §.diligenter.nu.91.Et ſi quis eſt inuentus cum equo alieno, ſi probetur quod emit a quodam tranſeunte,euitabit ſuſpicionem furti.tamē ſi probetur eſſe alienum,

& non

& non illius tranſeūtis tenetur reſtituere domino,& non recuperabit pretiū.ſi tamen probetur eius cōſuetudo furandi,vel quod pluries fuit inuentus cū equis,vel alijs bonis alienis non euitabit ſuſpicionem furti.vt per Affl.in conſt.peruenit.6.not.Item ſi inueniatur cū animalibus alienis,poterit ſe defendere quod recuperauit a manibus furis, ſi tamen probauerit per teſtes de viſu.per gl.in l.inciuilē. C.de fur. Item ſi ſtatim quod cępit duxit an iudicē excuſabitur a furto.Item excuſatur ſi duxit ad baiulum.& ſi qui cępit animalia prætendit dānum ſibi refici,baiulus non reſtituit domino niſi præſtita fideiuſſione de reficiendo damnum. & probato damno, condemnabit dominum animalium ad reficiendum damnum paſſum.vt per Affl.in d.conſt.peruenit.col.1.& 2. Item ſi repertus cū equo,vel alia re aliena,ſit perſona grauis,vel honeſta,non præſumitur furtū.Item ſi ſit mercator,emptor,& reuenditor, quia furtiua res reperta penes eos non erit indicium contra eos.per Blan.in l.ſi.ff.de q.n.417. Item ſi quis accuſat de furto manifeſto,& licet probetur commiſſum furtum,ſi non probetur qualitas manifeſti debet ſequi abſolutio,licet poſſit denuo accuſari de furto non manifeſto.vt per Camp.in d.c.n.141.Item ſi quis paſſus eſt furtum rei ſibi cōmodatæ,excuſatur ſi ſucceſſit ſine ſua culpa,ſcilicet quia furto ſubtracta fuit ab vxore,vel a filio,vbi etiam diligentiſſimus non præcauiſſet. ſi vero culpa ſua, quia famulo confiſus eſt, & non poteſt connumerari inter caſus fortuitos,item ſi ſit incurſus latronū,ſi poteſt ei imputari culpa quia tranſiuit per loca deſerta inſolita,& periculoſa,& ſi in domo ianuā apertam reliquit,& quomodolibet poteſt culpa imputari,tenetur.vt per Abb.in c.1.n.16.extra depoſ.ſcilicet ad omnia dāna & intereſſe,non tamen punitur de furto.in primo vero caſu tenetur ad valorē tantum rei ſubtractę,ſcilicet quando ſine culpa ſua,quia ſi non fuiſſet ſibi cōmodata non fuiſſet perdita,quia commodans damnificatur ex facto commodatarij.ſed tunc commodans tenetur probare quod ſi non fuiſſet cōmodata non fuiſſet deperdita.iuxta tex.in §.item is.inſt quib.mod.re contr.obl. Item ſi miſſus ex primo decreto in poſſeſſionem, capiat fructus, non committit furtum,licet in tali caſu fructus ſint domini,& domino reſtituēdi.per Camp.in d.c.ad hoc. quia facit auctore prætore,& ideo poenam non meretur.Item quando partiarius acce-

pit de portione ſocij bona fide,de quo ſtatur cōiecturis,& ſi non ſunt coniecturæ,ſtatur iuramento ipſius partiarij,non committit furtū.vt per Camp.in d.c.ad hoc.n.104. Item puer,vel valde ſenex pro furto non punitur poena mortis,ſed mitiori.per Gramm. dec.48.n.12.Item mādans furtum cōmitti non punitur niſi probetur furtum commiſſum.vt per Gramm.in d.dec.n.3.Item mulier non compræhenditur per d.c.ad hoc.cum videatur loqui per verbum generis maſculini ſecundum vnā opinionem, ſed ſecundum aliam compræhenditur.quam tenet Affl.in conſt. baiuli locorum.qui dicit quod magna curia Vicariç ſuſpendi facit mulierem pro furto. ſi tamen mulier ſit pregnans, etiam vnius diei, etiam ſi eſſet ex alio quā a marito, non poteſt ſuſpendi nec fuſtigari ſeue,nec torqueri. per Bal.in l.imperator.ſecūda lectura.ff. de ſtatu hom.& l.prçgnantis.ff.de poen.nec etiā poteſt mutilari. per Ang.in d.l.imperator. & Camp.in d.c.ad hoc.nu.132.Et in tali caſu poena erit ſuperſedenda donec pariat,vt in dictis iuribus. Item vxor non tenetur actione expilatæ hæreditatis, ſuper hæreditate viri,nec contra ipſum poteſt experiri, nec etiam furti per l.vxor.iuncta gl.ff.de expilat.& prçdicta quantum ad laicos. Quantum vero ad clericos dicas quod clericus poteſt ex ſupradictis cauſis excuſari,quemadmodum & laicus,& omnis poena mitigari.Inſuper ſi clericus eſt fur occultus poteſt peracta poenitētia,& facta reſtitutione,promoueri ad ſacros ordines ſine aliqua diſpenſatione. dummodo quod fuerit confeſſus ſponte dictum furtum,& contra eum non ſurrexit infamia,& ſit alias idoneus. vt per Abb.in c.ex litteris.nu.1.& 5.extra de furt. Item non eſt omittendum quod ſi furtū ſit antiquum,ſcilicet ſi ſint elapſi anni viginti,ſi per inquiſitum opponatur præſcriptio,erit audiendus, nec eſt contra ipſum de dicto furto procedendū,ſiue ſit clericus, ſiue laicus.per tex.& gl.in l.querela. ff.de falſ.& ibi Bal.Salic.& Ang.& idem Ang.in tract.maleſ.in verb.inchoata & facta. Item ſi ſint elapſi anni decem a die commiſſi furti,licet non in totum ſit abſolutus,tamen poena minoratur. per gl.& Bar.in d.l.diutino.ff.de poen. Et ex his ſit expeditus tractatus de furt.& extorſionibus ſine vi, & conſequenter ſit finis præſentis libri quarti de delictis in furando ad gloriam, & honorem Dei & glorioſæ Virginis Mariæ in ſecula ſeculorum. Amen.

LIBER

LIBER QVINTVS DE DELICTIS IN FALSIFICANDO.

95 QVIA veritati omnia cedunt, & à quocunque prolata ab omnibus amplecti debet.per tex.in c. quæritur. 2. q. 7. Et quia magna & fortior pro omnibus eſt,manet & in æternum viuet, & obtinet in ſęcula ſęculorum.per tex.in c.conſuetudo. 8.diſt. & D. Noſter Ieſus Chriſtus venit in mundum,vt teſtimonium perhibeat veritati.vt teſtatur ipſe in Euangelio Ioan.c.18. Quinimo ipſe eſt veritas, & qui ex veritate eſt, ex Deo eſt,& audit vocē eius.vt in d.c. & per c.abijt Iudas. 11. q.3.veritas ab omnibus ſūmis laudibus eſt extollenda.Sic e contra,falſum & mendacium tamquam veritati contrarium ab omnibus eſt execrandum, cum contrariorum eadem ſit diſciplina, teſte Ariſtotele,& per tex.in l.1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.& Inſt. eod. tit.& ibi glo. in principio.& in tit. de tut. primo reſp. quapropter qui falſum & mendacium dicit non ex Deo eſt, ſed ex diabolo,diabolus mendax eſt & pater mendacij.vt dicitur in d.c.18. Ioan.hinc eſt quod ipſe per mendacium, & falſitatem ſuadens ait, quod ſi ex pomo contra præceptum Dei comederet non moreretur, ipſum & omne genus humanum ad mortem induxit.vt habetur in libr .Geneſ.c.3. Hinc eſt quod in execrationem falſitatis omnia iura clamāt,& contra falſarios poenis acerbis armant. & ex his veniendo ad tractatum præſentis libri de delictis in falſificando,mihi primo videtur deſcribere, & diffinire illud in genere, & poſtea diuiſo in ſpecies ſuas, diſtincte tractare de qualibet ſpecie more ſolito.Et ideo dicitur quod falſitas eſt mutatio veritatis ex certa ſcientia.vt per Bar.in auth.de inſt. caut. & fid.num. 2. & per Hoſt. in ſumma. in tit. de crimi. falſ. Hipp.in rubr.ff. ad l.Cornel.de falſ. num. 1. & eſt poſitum illud verbum ex certa ſcientia, quia non committitur ſine dolo. vt ibi per eum.Et ad eſſe falſitatis tria requiruntur,ſcilicet quod ſit do-

Digitized by Google

lus,mutatio veritatis,& quod alteri noceat. vt per Anchar.conſ. 23. Afſl.in deciſ.vltima. nu.8. & quod falſitas non committitur ſine dolo,facit tex.in l.nec exempla.C.de falſ.& hoc accipiendo falſum ſtricto modo.quia falſum poteſt accipi tribus modis, ſcilicet, ſtricte, vt ſupra dictum eſt. & eſt omne quod incidit in l. Cornel.de falſ.& iſtud falſum eſt punibile.per l. quid ſit falſum. ff.de falſ.poteſt etiam accipi large pro omni mutatione veritatis & tunc omne mendacium dicitur falſum. vt in auth. de inſtr. caut.& fid. §. 1. alio modo accipitur largiſſime ſecundum dialecticos,pro omni eo quod non eſt verum.per l. ſi quis ducenta. §.vtrum.ff.de reb.dub.& his duobus modis falſum non eſt punibile, quia non omne mendacium eſt falſum, per l. quid ſit falſum. ff. de falſ. & per Bar. in l. nec exemplum. ff. de falſ. Hoc tamen intelligendo quod non ſit punibile. ſcilicet poena l. Cornelię de falſ.ſed bene mendaciũ in iudicio,ſi ſit in alterius præiudicium,& etiam extra iudicium punitur,etiam quod nõ poſſit dici falſum. quia mendacium eſt falſa verborum prolatio, cum intentione fallendi, & ſi non habent mendaces quem decipiant, ſibi ipſis mentiuntur,ſecundum Ciceronem,& per pſal. vbi dicitur mentita eſt iniquitas ſibi. & quod mendacium ſit punibile. Flo.in l.de ætate.ff.de interrog.actio.§. ſi cum eſſet.& per alios. vt per Iac.Nouell.in tract.ad defenſ.in verb.his hactenus examinatis.nu.8.Item mendacium punitur in foro poenitentiali. vt late per Sũmiſtas in verb.mendacium. Item aliud dicitur falſum, aliud quaſi falſum.falſum eſt prout ſupra diffinitum fuit, & non poteſt eſſe ſine dolo. quaſi falſum non requirit dolum, & ignorantia non excuſat, prout eſt quando quis ſibi aſcripſit in teſtamento. per Bar.in l.1.in fin.ff. de falſ.per gloſ.in d. l. nec exemplum.Bar.in.l. diuus.el 1.ff.de falſ. Itẽ ad eius deteſtationem non eſt omittendum; quod crimen falſi eſt deteſtabilius veneno & homicidio. per Angel.in §.minorem. auth. de nupt. & Gramm. conſ.109. & qui falſum dicit erubeſcit & non creditur ei etiam quod poſtea dicat verum, vt Afſl. in Conſt. regn. qui literas, 5. quæſt.Lucas de Penna in l. milites. 3. col. C. de dign.& plura ſpecialia,de quibus dicitur in ſpecie ſuo loco,Et falſum committitur pluribus modis, ſcilicet facto,ſcriptura,dicto,vſu,obreptione.

ne. vt per Hoſt.in ſumma de crim.falſ.§. quatuor.Hipp. in rubr. ff.ad legem Cornel.de falſ.num.10. de quibus ſpeciebus eſt ſpecialiter tractandum. & quia quod facto committitur, videlicet falſificando monetam, ſupponendo partum,& alia quæ videntur deteſtabiliora & atrociora, ideo de eis prius differendum eſt.

De falſificantibus monetam, & falſum facto committentibus &c.

QVia qui falſat monetam falſum facto committit.per tex. in l. quicumqve. §. 1.ff.de falſ. ideo præſenti tractatu de eo aſſerendo,more ſolito diuidendo in quinque membra,videndum eſt.Primo,quot modis committatur tale crimen. Secundo quomodo procedatur in tali crimine, & per quem iudicem, & infra quod tempus. Tertio quomodo probetur, ſeu quæ probationes requirantur in dicto crimine. Quarto quibus pęnis puniatur committens dictum crimen. Quinto quomodo,& quibus modis defendatur, & excuſetur.

96 Quo ad primum dicitur, quod qui fabricat monetam,etiam bonam, & iuſtam, ſine licentia ſuperioris habentis poteſtatem illam fabricandi & concedendi,committit crimen falſæ monetæ. per tex. & Bar. in l. qui falſam. & ibi etiam Hipp. num. *66.* ff. ad l. Cornel. de falſ. quia moneta non poteſt cudi ſine licentia Principis.per Hipp.in d.l.qui falſam. nu.67.Bar.in l.2.C.de vet. nummis. lib.11. & in l. ex hoc iure.ff. de iuſt. & iur. & per alia allegata per Hipp.ibi.Item licentia cudẽdi monetam, non poteſt concedi priuatæ perſonæ.per tex. gloſ.& Sal.in l. fin. C. de falſ. mon. etiam ſi princeps dicat in reſcripto, quod facit ex certa ſcientia, quia videretur eſſe infatuatus. vt ibi per Sal. Item qui habet auctoritatem cudendi monetam, debet illam facere vt ſit talis in forma qualis in materia, deductis expenſis cudendi, quia dictæ expenſæ debent fieri, & ita ſeruat conſuetudo, alias committitur falſum.vt per Bar. in d.l. qui falſam. licet de iure poſſit ſuſtineri quod debet eſſe talis in forma qualis in materia, non deductis expenſis cudendi, quia dictæ expenſæ debent fieri de publico.vt per Bar.ibi.Item qui facit aurum & argentum de mi-

R 4 nori

nori liga quam ciuitas requirit, committit falſum. vt per Bar. in l. lege Cornelia. ff. de falſ. Item qui facit falſam monetam de falſa materia, committit crimen falſæ monetę, & atrocius. per tex. Bar. & Hipp. in d. l. qui falſam. Item non ſolum qui falſam fecerit, ſed etiam qui raſerit monetam, committit crimen falſæ monetæ. per conſt. reg. qui nūmos. Item qui tingit monetam, videlicet argenteam auro, vel æream argento, committit crimem falſæ monetæ. per Hipp. in d. l. qui falſam. nu. 69. Item qui falſam monetam cepit facere & non fecit, non quod noluit, ſed quod non potuit perficere, punitur pœna falſæ monetæ. vt per Bar. in d. l. quia falſam. Item qui falſam monetam pro bona expendit ſcienter, incidit in crimen falſæ monetæ. per Hipp. in loco ſupra allegato. & dicitur facere, vel expendere monetam adulterinam, ſumpta metafora ab adultero, qui accedit ad vxorem alterius. per gloſ. in conſt. regn. adulterinam. & ibi Affl. Item auxiliū præſtantes & conſentientes ad frabicandum monetam adulterinam, incidunt in dictum crimen. Item & qui poſſunt prohibere, & non prohibent. vt Afflict. in d. conſt. adulterinam. & Bar. in d. l. lege Cornelia. Item expendens nummos plumbeos, vel ſtanneos, ſcienter incidit in dictum crimen. Et generaliter & diſtincte, expendens quamcumque monetā falſam ſcienter, ratione materiæ incidit in tale crimen, & punitur pœna falſæ monetæ. vt per Salic. ibi. quod ſeruatur etiam de conſuetudine. vt per Hipp. in d. l. qui falſam. num. 7. Et quia alijs modis etiam committitur falſum facto, non eſt omittendū, quod qui partum ſupponit, falſum facto committit, & graue crimen committit. per tex. in l. qui falſam. §. accuſatio. & ibi Bar. & Hipp. ff. de falſ. Itē vendens falſis ponderibus, menſuris, & cannis, falſum facto cōmittit. vt per conſt. reg. ad legitima ponde. & ibi Affl. Item qui vendit rē duobus, falſum facto committit. l. qui duobus. ff. de falſ. qui vero obligat duobus & doloſe contractus facit, committit crimē ſtellionatus. per tex. in l. 1. ff. de crim. ſtellio. Item tutor non dans rationem pupillo committit quaſi falſum facto. per l. 1. §. tutores. & ibi Bar. ff. de falſ. de quorum omniū prædictorum pœnis dicetur in ſuo loco.

97 Quo ad ſecundum dicitur quod accuſator committentium crimen falſæ monetæ, debet habere lucrum viginti auguſtalium,

per

Digitized by Google

per c.regn. iam ſæpe ad nos. & Foll.in ſuis fragm. in tit.de falſ. monet. & in tali crimine accuſator non habet neceſſe ponere in libello locum & tempus,ſicut etiã in alijs falſitatibus,quæ clandeſtine committuntur.per Bald.in c.1.quib.mod.feud. amitt. & per Affl. in conſt. qui literas. 7. quęſito. per Ang. in tract.male.in verb. falſam.verſ.& tene menti. & Hipp. in l. 1. ff. de falſ. num. 18. licet in alijs criminibus regulariter ſecus. per Hipp. in l.1. num.17. ff. de falſ.Inſuper in tali crimine ſocius poteſt accuſare ſociũ criminis,licet in alijs ſecus.per Spec.in tit.de accuſat. verſ.item repellitur. Item in dicto crimine poteſt quis condemnari ſine accuſatore, licet ſecus in alijs, tum de iure communi. per tex. in l.1. §. defenſores. ff.de mun. & hon.& per Hipp. in rubr.ff.de falſ.nu.21. tum etiam de iure regni, vbi proceditur ex officio in delictis in quibus venit imponẽda pœna mortis naturalis,vel mẽbri abſciſionis.per c.regn.ab illo inchoandum.& c.ne tuorum.& per alia capitula.Item etiã de iure canonico.per c.nihil.2.q.1.& per Hipp. in loco allegat.Et in dicto crimine, prout in alijs criminibus currit præſcriptio regulariter ſpatio viginti annorum, prout in alijs falſitatibus. per l. quærelam. c.de falſ. & ſicut ius accuſandi, ſic ius inquirendi per viginti annos præſcribitur. in aliquibus tamen caſibus accuſatio falſi currit perpetuo. vt per Spec. in tit. de ſent. §. reſtat. vt dicetur infra, vt etiam in nonnullis alijs. vt per addit. ad Bar.in d.l.quærelam. Crimen vero ſuppoſiti partus durat perpetuo, nec præſcribitur aliquo tempore, nec per mortem mulieris, prout non tolluntur tempore nonnulla alia delicta, videlicet crimen parricidij,concuſſionis,ſtupri violenti in maſculum,& in fœminam,aſſaſſinij, læſæ maieſtatis,ſimoniæ,& ſimilium. vt late per Hipp.in d.l.qui falſam.§.accuſatio. ff. de falſ. Item de iure canonico crimina non præſcribuntur tempore,per Inn.in c.ſicut.de probat.c. ecce. 24. q. 3. Item accuſatio non eſt publica, ſed tantum competit ei cuius intereſt.per l.cum ſuppoſiti. C.de falſ. Sed de iure regni poteſt procedi ex officio. per ſupradicta. item in crimine falſi tranſigitur ſicut in alijs criminibus inferentibus pœnam mortis. vt per Bal.in l. tranſigere.C.de tranſa.per Hipp. in d.l.1. ff.de falſ. num. 18. Item in d. crimine contra laicos poteſt

pro-

procedere quilibet iudex ſeu iuſticiarius ſęcularis ad quem ſpectat vel ratione loci delicti, vel domicilij, prout in alijs delictis, vt dictum fuit ſupra in delictis in furando, & percutiendo, & in alijs, cōtra clericū vero procedit iudex Eccleſiaſticus. nec in crimine falſæ monetæ poteſt procedere iudex laicus. quemadmodū nec etiā in crimine lęſę maieſtatis: per Affl. in conſt. regn. de perſonis. col. 12. Camp. in c. regn. vt quæ ab eccellentia. nū. 18. quinimo etiam quod committat falſum coram laico iudice, non poteſt cognoſci per ipſum iudicem laicū. vt dicetur infra ſuo loco, quando committitur falſum dicto Super vero falſis ponderibus & mēſuris olim iuriſdictio de iure communi ſpectabat ad defenſores ciuitatis, ſed per cōſt. regn. ad ligi. pōdera ſpectabāt ad baiulum. hodię vero per c. regn. quod incipit, Item prædicti ſecreti, pertinet ad Secretū. ſed in ciuitate Neapolis pertinet ad magiſtros rationales regiæ Siclæ: vt per Affl. in conſt. regn. ad baiulorum. 2. notab. & in d. conſt. ad legitima pondera. tamen non prohibentur etiam iuſtitiarij procedere in dictis cauſis, tam in regno vbi eſt iuriſdictio ſecretorum, quā in ciuitate Neapolis vbi eſt iuriſdictio dictorum magiſtrorum rationalium regiæ Siclæ, quia prædicti non habent iuriſdictionem priuatiue, niſi habeant ex priuilegio. vt per Sebaſt. de Neap. & Camp. in d. c. regn. Item prædicti ſecreti: & tenētes pondera falſa, vel menſuras, & cannas falſas, non excuſantur prætextu ignorantiæ, vt non poſſit contra eos procedi & puniri, vt per d. Sebaſt. in d. c. num. 10. Item in crimine falſæ monetæ poſtquam incepit conſtare, reus non debet relaxari ſub fideiuſſoribus, quemadmodum nec falſificans literas & ſigillum principis, ſecus in alijs falſitatibus. per Camp. in d. c. reg. vt quæ ab Excellentia. in fi. licet Capi. in deciſ. 30. in fin. videatur ſentire contrarium, per conſt. regn. humanitatē. & confirmatur opinio Camp. per ritum magnæ curiæ qui incipit, Item ſi accuſatur, qui eſt in viridi obſeruantia qui dicit, quod ſi incipit conſtare, inquiſitus detinetur in omnibus delictis, in quibus eſt locus torturę. quinimo licet leges tranſgredi, quemadmodum in alijs falſitatibus quodeſt ſpecialem. Inſuper crimen falſi habet aliud ſpeciale, quodnon tollitur mutua compen ſatione, ſicut alia delicta. per l. viro atque vxore. ff. ſolut. matr. per Hipp. in

rubr.

rubr.ff.de falſ.num.14. Bald.in rubr.C.de fid.inſtru. verſ.incidenter quæro. Inſuper crimen falſi non comprehenditur in generali indulto. per Gramma. deciſ.2. nu.25. quod eſt etiam ſpeciale. habet etiam alia ſpecialia, vt dicetur ſuo loco.

98 Quo ad tertium dicitur quod contra committente crimen falſæ monetæ vnus teſtis de viſu, & fama publica facit plenam fidem. vt Foll. in ſuis frag. in tit. de falſ.mon. per c.regn. quod incipit, iam ſæpæ ad nos. & in dicto crimine ſocius criminis poteſt teſtificari contra ſocium criminis. per Spec. in tit. de accuſat. in verſ. Item repellitur. & Hipp. in d.l.1. ff. de falſ.nu.70. Item falſarius accipitur in teſtem contra falſificātem monetam, vt in alijs capitibus falſæ monetæ. item contra falſificantem ſigillum, vel litteras Principis, & contra committentem crimen læſæ maieſtātis, non tamen creditur ei ſine tortura. vt per Bal. in c.1. extr. de conf. & debent etiam concurrere aliæ præſumptiones. vt ibi per Bal. & Camp. in c.regn. frequens. num.10. Credo inſuper quod in dictis criminibus ſufficiunt teſtes minores & inhabiles prout in alijs criminibus enormibus, & difficilis probationis. prout dictum fuit ſupra de crimine ſodomiæ, & adulterij. Item ſi in domo alicuius accuſati, vel inquiſiti de moneta, reperitur dicta moneta falſa, item & ſtampa, ſufficit talis probatio ad ipſum condemnandum. ſi tamen ſtampa ſeu forma reperitur tantum in eius domo ſine falſa moneta, non ſufficit niſi in homine malæ famæ, vitæ, & conditionis. vt per Hippol. in d.l. qui falſam. nu.114. cum ſequent. & in tali caſu puto quod non ſufficit ad condemnandum, ſed ad torturam, cum in tali delicto requiritur quod ſit perfectè conſumatum. & ſtampæ ſolæ non redarguunt delictum conſumatum, ſi non reperitur pecunia falſa. quia poterit eſſe quod intendebat facere, ſed ad huc non fecit, ſed pœnituit. Item poterit eſſe quod dictam ſtampam caſu inuenerit, & aliunde ſine dolo habuerit, & non probat hoc eſſe ſi ab hoc contingit ab eſſe. arg. tex. in l. neque natales. C.de probat. & caſu quo poſſit condemnari ex tali probatione, non condemnaretur poena ordinaria, vt dicetur infra ſuo loco. & licet non inueniatur pecunia falſa penes ipſum penes quem reperitur ſtampa, ſi tamen conſtaret impendiſſe falſam

Digitized by Google

ſam monetam, tunc poſſet condemnari, vel forte fuiſſet viſus antea cum quantitate pecuniæ nouiter cuſſæ, vel impendiſſe pecuniam multam nouiter cuſſam, quod ſimul cum ſtampa inuenta, redargueretur commiſiſſe crimen falſæ monetæ. arg. eorum quæ dicta ſunt ſupra contra furem in tract. de furt.

99 Quo ad quartum dicitur quod de iure communi fabricans falſam monetam Imperatori igne comburatur. per tex. in l.2. C. de falſ. monet. Item eius bona publicantur, & eſt communis opinio. vt per Viuium in ſuis comm.opin. in verb. moneta. ſi vero Regi, vel Principi inferiori, vel ciuitati, punitur vltimo ſupplicio, ſine remedio appellationis, & domus in qua fabricatur eſt publicanda, ſiue dominus ſciuerit ſiue ignorauerit, niſi cum primum ſciuerit illud prodierit, vt in alijs caſibus. per tex. in l.1. C. de falſ. monet. & dicetur infra ſuo loco. ſi vero falſificauerit alij, ſcilicet baroni habenti talem poteſtatem, punitur poena deportationis. per Hipp. in d.l. qui falſam. num.*64.* cum ſequent. licet Viui. in ſuis comm. opin. teneat indiſtincte quod bona confiſcantur in omni caſu. Nec eſt omittendum quod pœna deportationis hodie non eſt in vſu, ſed loco eius poena eſt arbitraria. per Alex.conſ.229. in fin.vol.*6.* & conſ.55.vol.7. col.7. Capi. deciſ.153. nu.2. vbi dicit quod loco deportationis hodie ſunt ſtatutorum poenæ, quibus deficientibus eſt poena arbitraria. niſi in inſula Siciliæ in qua deportatio eſt in vſu propter inſulas conuicinas. Et ſupradictæ poenæ habent locum in falſificante monetam vſualem. qui vero falſificat monetam reprobatam, & non currentem in loco, non punitur dictis poenis, ſed mitiori poena. vt per Hipp. in d. l. qui falſam. nu.*64.* cum ſequent. Item faciens iuſtam & bonam monetam ſine licentia, licet ſit prohibitum vt ſupra, tamen mitius punitur. per Hipp. in d.l. qui falſam. nu.*66.* Item tondens bonam monetam, ſi eſt liber, beſtijs ſubijcietur. quæ poena etiam hodie non eſt in vſu, ſed eius loco eſt arbitraria. per ſupradicta. ſi vero eſt ſeruus punitur vltimo ſupplicio. per l. quicumque. ff.de falſ. gloſ. in l.2. C. de falſ. monet. Hipp. in d.l. qui falſam. nu.108. & eſt communis opinio. per Viui. vbi ſupra. per gloſ. & Doct. in c.quanto de iureiur. & hoc ſi tondatur moneta iuſti ponderis, & eam di-

mi-

Digitized by Google

minuat, alias ſecus vt dicetur infra ſuo loco. Item tingens monetam, ſcilicet argenteam auro, vel æream argento, punitur eadem ſupradicta poena qua tondens. per gloſ. & Doct. in d.l.2. C.de falſ. monet. & gloſ. in l. quicumque. ff.eod. tit. Item falſificans monetam eſt adeo iuri odio quod inuitus ſine iuſſu iudicis poteſt exhiberi in indicium, per Spec. in tit.de accuſat. §.1. verſ. hoc tamen. per Hipp. in d.l.1. ff. de falſ. & qui tale crimen & quodcumque aliud crimen falſi, ad nihilum reducitur eius fama, & ſtatus vituperatur, quæ pœnæ morti ſimiles ſunt. per Paul. de Caſt. conſ.151. per Hipp. in d.l.1. nu.17.ff. de falſ. & ſi eſt nobilis propter falſitatem perdit nobilitatem. per Affl.in. conſt. regn. qui litteras. quinto quæſito. per Luc. de Penn.in l. milites. 3.col. C.de dignit. lib.12. Item ſicut Cardinalis imponendo pileum cõdemnato qui ducitur ad ſupplicium pro alijs criminibus ipſum liberat, hoc tamen non habet locum in condemnato pro hoc crimine, & quocumque crimine falſi. vt per Hipp. in d. rubr. de falſ. per Barba. in tract. Card. in quæſt. 9. primæ partis.& alia habet ſpecialia. vt per Gloſ. in rubr. de crimin. falſ. Gemin. in c. in memoriam. 19. diſt. de crimin. falſ. in 6. & Hipp. in d. rubr. ff. de crimin. falſ. & dicetur infra ſuo loco. Et hæ prædictæ poenæ habent locum de iure communi ciuili. ſed de iure regni cudentes falſam monetam, vel ſcienter accipientes, & conſentientes, puniuntur poena capitis, ſcilicet vltimi ſupplicij, & publicatione bonorum. per conſtit. regn.adulterinam. quæ concordat cum l.3. C.de falſ. monet. & eadem poena punitur qui monetam raſerit, & diminuerit. per conſtit. regn. qui nummos. & c. regn. qui incipit, iam ſæpæ ad nos. punitur crimine læſæ maieſtatis. per Foll. in ſuis fragm.tit. de falſ.monet. & Affl. in d. conſtitut. adulterinam. & intellige de moneta vſuali, non autem de moneta reprobata; quia etiam de iure regni non punitur dicta poena ſed mitiori. vt ibi per Affl. Et licet ſit moneta alterius regni, ſi tamen in dicto regno vtuntur homines, dicitur vſualis, & falſificans, & radens eam punitur dicta poena. ſecus ſi in regno non vtuntur Rex & Officiales, prout ſolet fieri, & fuit factum. per c.regn. ex diuerſis. quod hodie non ſeruatur. & tempore Chriſti erat vnum numiſma

Digitized by Google

miſma per totum mundum. vt per diuum Thom. de Aquin. in libr. de regim. princ. libr. 2. c. 13. & Affl. in d. conſt. adulterinam. Item expendens falſam monetam punitur, ſed mitiori poena. & iudices magnæ curiæ puniunt expendentes falſam monetam extraordinarie. vt per Affl. in d. conſt. adulterinam. quidquid dicat Bart. in l. lege Cornelia. ff. de falſ. nu. 3. per l. ſaecularij. circa prin. ff. de crimin. falſ. qui dicit quod expendens nummos plumbeos, vel ſtãneos, punitur poena falſi, expendens vero aliam pecuniam adulterinam, non punitur poena falſi ſed extraordinaria. quia indiſtincte expendens pecuniam falſam punitur extraordinare, per ſupradicta. & eſt communis opinio. per Viui. vbi ſupra. Supponens vero partum punitur poena capitali. per l. qui falſam. §. accuſatio. el 1. C. de falſ. & ibi Bart. & Hipp. & non eſt aliter in hoc innouatum, & prouiſum de iure regn. Similiter tutores non dantes rationem pupillis puniuntur poena falſi. per tex. in l. 1. §. tutores. & ibi Bart. ff. de falſ. quæ eſt in homine libero deportatio, & publicatio omnium bonorum, in ſeruo eſt poena vltimi ſupplicij. per tex. in d. l. 1. §. fin. ff. de falſ. & ibi gloſ. quæ vult quod tutores non dantes rationes pupillis, incidunt in quaſi falſum, & puniuntur poena ſupradicta. ſed hodie poena eſt arbitraria loco deportationis, vt dictum eſt. Item quia poena publicationis bonorum eſt correcta per auth. vt nulli iud. §. fin. qui vult quod extantibus hæredibus non ſuccedat fiſcus in dicta poena. & per gloſ. in d. l. 1. §. fin. ff. de falſ. ideo in tali caſu ſolum poena erit arbitraria. per ſupradicta cum etiam non reperitur aliter prouiſum de iure regni. Præterea ex illa regula vbi non apparet poena expreſſa intelligitur de arbitraria. Quantum vero ad illos qui committunt falſitatem in ponderibus, & menſuris, & cannis, de iure communi erat poena dupli fraudis, & exilij. per tex. in l. pen. §. fin. ff. de falſ. l. annonam. in fin. ff. de extraord. crimin. & poterat etiam arbitrarie puniri. per Alber. in l. 2. C. de empt. & vend. quod delictum de iure diuino prohibetur. per c. 19. Leuit. & c. 20. Prouerb. vt per Affl. in conſtit. regn. mercatores, ſed de iure regn. fuit prouiſum, ſcilicet, vt pro prima vice puniatur poena vnius libræ auri puriſsimi, & qui non poteſt ſoluere dictam poenam

nam

Digitized by Google

nam fuſtigetur per totam terram,ſeu caſtrum vel ciuitatem,cum pondere, & menſura ad collum appenſis; pro ſecunda vero vice amputetur manus;pro tertia vero ſuſpendatur. per conſt. regn. ad legitima pondera.Et prędictę pœnæ habent locum contra laicos,ſed contra clericos,licet non ſit ſpecificata pœna de iure canonico in crimine falſæ monetę,tamen quia eſt prouiſum contra falſificantes literas,& ſigillum Papæ, vt deponātur & tradantur curiæ ſeculari.per C.ad falſariorū.extr.de crim.falſ.& per Hipp. in rubr.de falſ. quia delictum falſæ monetæ eſt ſic graue,ſicut ſi falſificarēt literas Papæ,ideo in hoc crimine falſæ monetæ debet imponi ſupradicta pœna clericis. & hoc in falſificante,non ſic in tondente, & alijs prædictis caſibus, quia mitius punirentur extraordinarie.niſi dicas quod indiſtincte debent puniri extraordinarie pœna arbitraria,cū non ſit expreſſa pœna.per ſupradicta,& c.de cauſis.§.1.de off.deleg. gloſ. in clemen. 2.de vit. & honeſt. cler. in fin. vel quia vbi non eſt ſtatuta pœna de iure canonico recurritur ad pœnas iuris ciuilis.per ſupradicta. vel debet attēdi conſuetudo loci.vt per Bernar.Diaz.in tit.falſi teſtimonij. & in tit. literas ad alios directas. licet ibi concludatur quod arbitrarie puniuntur.vt ibi per eum. idem in crimine ſuppoſiti partus. idem ſi tutores non dederint rationem pupillis de tutelis. idem de falſis ponderibus & menſuris clerici punientur arbitrarie.per ſupradicta, ſcilicet in foro contentioſo, ſed in foro pœnitentiali punientur per c.2. de empt. & vend. ſcilicet fraudantes in ponderibus & menſuris propter lucrum, pœniteant triginta dies in pane & aqua, & reſtituant quod per fraudem indebite ceperunt. vt ibi per Doctor. licet illa pœna poſſit per confeſſarios moderari eorum arbitrio attenta qualitate perſonarum. vt per Summiſtas plene.

100 Quantum ad quintum dicitur quod licet quis habuerit intentionem faciendi falſam monetam & ceperit fabricare, ſi tamen non fuerit perfecta, & non fuit ſecutus effectus non punitur. per tex. in l. qui falſam. ff. de falſ. & Hippol. ibi. num 68. per deciſ. Afflict.74.& hoc quando potuit & noluit perficere,quia pęnituit. vt per Hipp. ibi. & per Bart. & Doct. in l. ſi quis non dicam rapere. C.de Epiſ.& cler.Item licet regulariter committens crimen

falſæ

falſæ monetæ,& omne crimen falſi non cóprehendatur ſub generali indulto, vt dictum fuit ſupra , ſi tamen indultum ſeu gratia indiſtincte fuit facta pro bannitis , ſeu carceratis,& non ſint alij pro alio crimine,niſi qui fabricauerint falſam monetã, tamẽ cõprehenduntur. idem ſi ſint tres vel duo pro falſa moneta, & vnus pro alio delicto,& indultũ,ſeu gratia loquatur in numero plurali, quia comprehenduntur.vt per Nel. in tract.Bannit.in 3. parti temp.q.41.& Hipp.in rub.ff.de falſ.nu.13.Item qui falſificat monetam reprobatam in loco, item & alterius regni &,non vſualem in loco,vel per ſtatutum vel conſuetudinem,habet excuſationẽ, & mitius punitur.Affl. in d.conſt.adulterinam.Item ſi quis falſificat monetã viliſſimam æream,non punitur pœna falſæ monetę. per Alex. conſ. 104.vol.1.quia prætor non curat de minimis,licet Azo. in ſumm. & Sal. in d.l.qui falſam.teneat indiſtincte quod puniatur pœna ordinaria . per Affl. in d. conſt. adulterinam . ſed ego diſtinguerem quod ſi quis fabricauerit viliſſimam monetam in magna quantitate , vel de falſa materia , vel de bona , & ſine licentia ſuperioris , quod puniatur pœna ordinaria falſæ monetæ , quia multa modica faciunt vnum ſatis . ſi vero falſificauerit in minima quantitate, in duobus vel decem obolis, abraſis de aliquo vaſe æreo veteri , ſine forma ſua ſtampa , non per hoc incidit in crimen falſæ monetæ, quia tunc habet locum illa regula, quod de minimis non curat prætor. & etiam poſſunt concordari ſupradicta allegata.Item ſi fabricantes falſam monetã eſſent Neapolitani,ex eorum priuilegio non poſſent puniri pœna publicationis bonorũ ſtatuta per d.conſt.adulterinã.quia habent in priuilegium vt non puniantur publicatione bonorum etiam pro crimine læſæ maieſtatis . per Affl. in d. conſt.adulterinam.Item licet reperiantur ſtampæ pecuniæ in aliqua domo,ſi non reperitur pecunia adulterina , & non ſit homo malæ famæ,vitæ & conditionis,illæ ſtampæ non probant crimen falſæ monetæ , nec faciunt indicium ad torturam contra dominum domus,accuſatum,& inquiſitum de falſa moneta.per Hipp. in d.l.qui falſam.ff.de falſ.niſi conſtet antea impendiſſe aliquam quantitatem pecuniæ de dicta ſtampa,vt dictum fuit ſupra in 3. membro . Item ſi fiat falſa moneta in domo alterius qui ſit abſens

ſens ab illa domo,dominus illius domus non punitur, nec domus prędicta publicatur,quia pręſumitur ignorantia.per tex.& Doct. in l.1.C.de falſ.mon.Item ſi dicta domus fuerit viduarum & pupillorum,non publicatur, tamen tutores puniuntur. per d.l.1.C. de falſ.mon.Item tondens monetam maioris ponderis,& eam reducens ad iuſtam,non punitur pœna falſę monetæ.per gloſ. in c. qui partem.55.diſtin. & Hipp. in d. l. qui falſam.num.109.Item archimia ſine fraude eſt permiſſa. per Spec.in rubr.de crim. falſ. Alex.in l.2.C.de falſ.monet.Hipp. in d.l. qui falſam. num.113. Item cudens falſam monetam in quantum valet non punitur. per Bal. conſ. 356. & Hipp. in d. l. qui falſam.num. 40. cum ſequent. Item emens nummos falſos bona fide cauſa calculandi, non committit crimen falſæ monetæ.per Bar.in l.lege cornelia.ff. de falſ. num.4. Item expendens falſam monetam ignoranter, excuſatur à pœna. per Hipp. in d.l. qui falſam. num. 72. niſi ſit ignorantia craſſa ſupina & affectata,quia tunc æquiparatur ſcientiæ. per Hipp.in d.l. num. 94. & 95. & ignorantia probatur per iuramentum inquiſiti, tamquam quid dependens ab animo. per tex. in c. nulli.de elect. in 6. in fine. & per alia iura allegata per Hipp.in d.l.qui falſam. num.96. Item expendens falſam monetam excuſatur ſi doceat à quo habuerit, quia tunc exoneratur à ſiniſtra opinione,& ab omni pœna. per Abb.in c.quanto. de iur.iur.& Hipp.in d.l. qui falſam. num.103.Item excuſatur ſi dicat ab alijs habuiſſe, & illã exhibet. Item ſi dicat a quo habuit & non habet teſtes,quia ei creditur.per Hipp.in d.l.1.num.104. & 105.& hoc quando habet modicam ſummam falſam penes ſe ſecus ſi habet magnam quantitatem. vt per Hipp. ibi. Item Archimiſta non punitur ſi expendat argentum tantum pro tãto, & tale pro tale,ſine falſitate & fraude.vt Andr.& Bald.in c.1.quæ ſint rega.per c.quemadmodũ. de iureiur. per addita ad Bar.in d. l.ſi quis. C.de falſ. In cauſa vero ſuppoſiti partus,non facile poſſunt inueniri defenſiones,quia hoc nõ ex ignorantia ſolet euenire,vel per errorem,ſed per dolum,vt ille ſuppoſitus ſuccedat parentibus falſis quibus ſupponitur. poſſet tamen in vno caſu, ſi mater conſentiat, quia habet magnam facultatem & fœtus moriatur, ne forte ſuccedant conſanguinei inimici,vt euenire ſolet,

maxime in feudalibus, & vbi non poteſt teſtari. & in tali caſu puniretur,& ſupponens & mater conſentiens, ſed non pœna ordinaria,ſed mitiori,quia quodammodo videtur adoptare indirecte, & forte propter periculum vitæ imminens,& quælibet cauſa excuſat a dolo. per prædicta. Item in cauſa non reditarum rationum a tutoribus pupillis,ſi probetur aliquod iuſtum impedimentum propter quod non fuerunt datæ.excuſantur,videlicet ſi detineantur ab hoſtibus, vel in carcere. l.1.ff. de cuſt.reo.l.1.ff. ex quibus cauſ.maio. & de capt. & poſtlim. reuer. Quantum ad tenentes pondera & menſuras falſas, ſi probetur quod illa pondera & menſuræ non ſunt ſua, ſed ſibi fuerunt accommodata, ſi per modicum tẽpus tenuerit & paucioribus vicibus fuerit vſus; excuſatur: & incidit in pœnam illi accommodans, quia læſus poſſet agere contra accommodantem.per tex.& gl.in l.arbitrio. §. de eo. ff.de dol. vel ſi probetur quod ea fuerunt diminuta illo neſciente. & ſi venditur in minori pondere quam ſunt menſuræ iuſtæ,poteſt ſe defendere,quod defecit fruſtrum,& quod res vendita fuit diminuta per alium. & licet ſint lanij, & aliæ viles perſonæ vendentes,quæ habent preſumptiones contra ſe,tamen non poſſunt puniri niſi conſtat de delicto per ipſos commiſſo, quia actore non probante reus eſt abſoluendus.l.qui accuſare.C.de eden.l.fin.C.de prob. Et ex his ſit expeditus tractatus de crimine falſæ monetæ, & falſitatibus facto commiſſis.

De falſitatibus, quæ ſcriptura committuntur.

QVia vt dictum eſt ſupra falſitas committitur etiam ſcriptura,ſcilicet quando quis ſcribit falsũ,vel delet ſcriptum verũ.vt in l.1.§.qui in rationibus.ff.de falſ.& l.Paulus.§.Paulus. ff.eo.tit.quæ eſt magna falſitas,& magnum delictum,& tã atrox, quam crimen falſe monete,ideo preſenti tractatu venit congrue tractandum de dictis falſitatibus. Et pro ipſius criminis cognitione more ſolito videndũ eſt de quinque membris. Primo quomodo,ſeu quibus modis committatur. Secundo quando,& quomodo,& per quem iudicẽ procedatur in tali delicto.Tertio quomodo probetur,ſeu que probationes requirantur.Quatro quibus penis puniatur. Quinto quibus modis excuſetur,& defendatur.

Et quo

101 Et quo ad primum dicitur,quod qui falſificat bullas, ſeu litteras,& ſigillum Papæ,& qui falſificat litteras,& ſigillum Regis incidit in maximum crimen falſi,tam ſi ſunt clauſæ,quam patentes.per d.c.ad falſariorũ.extr.de crim.falſ.per tex.in l.maiorem. & ibi.Sal.C.de falſ.per dec.Affl.vlt.per conſt.reg.qui litteras.& c.regn. vt quæ ab excellentia.in tantum quod dicit dicta conſt. qui litteras. & ibi Affl. quod maius delictum eſt falſificare ſigillũ Regis,quam falſam monetã fabricare.& in tantũ eſt atrox delictũ, quod non diſtinguitur an falſificatio fiat per partẽ,vel per Notarium,vel Cancellarium,an ſit modica vel magna,an in loco ſubſtantiali vel non , an fuerit vſus vel non, an litteræ ſint iuſte vel iniuſte, prout de iure cõmuni talis diſtinctio fiebat, quia per dictã conſt.dictę diſtinctiones ſunt ſublatę in falſificatione litterarũ & ſigilli Regis,quę vult indiſtincte quod falſificãs prædicta, puniatur pœnis in ipſa contentis,quia loquitur generaliter & generaliter debet intelligi.vt per Affl.ibi. Itẽ qui eximit bullas de litteris Papalibus,vel Regis incidit in tale delictum.vt per tex.& Bar.in d.l.Paulus.ff.de falſ.Item qui interlineat litteras Regias, committit falſum.per Affl.in d.conſt.qui litteras.7.q.Item falſificans litteras,ſeu rationes cuiuſcunque generis etiã ſi ſint in ligno,vel in marmore,ſcilicet quando tractatur de aliqua re antiqua probanda,& data opera delet, & mutat,vt non probetur antiquitas,quia tales litteræ plenę probant antiquitatem.per gl.in c.cũ cauſam.ext.de prob. & ibi Doct.& Hipp.in l.1.§.qui rationes.n.1.& 2.ff.de falſ. Item falſificans corrumpens,& confringẽs litteras, & ſigillum alicuius, etiam priuati,incidit in pœnã falſi, quia ſigillum facit probationem,& appoſitio ſigilli idẽ operatur quod ſubſcriptio manus proprię.per gloſ.Bart.& Bal.in l.2.C.de reb.Eccl.non alien. & per Hipp.in d.§.qui rationibus.nu.4.cum ſeq.& per alia iura per eum alleg.ibi.Itẽ notarius corrumpens teſtamentum alicuius mortui,vel viui inſcio ipſo teſtatore,incidit in falſum.per Hipp.in l.1.§.is qui peruerſis.ff.de falſ.Item ſi falſificat acta publica facta in iudicio , incidit in graue crimen falſi maioris quam ſi falſificaret inſtrumentũ,& àlia extraiudicialia. per conſt.reg.iudices.Item qui citare fecit aliquos,& in citatione poſuit plures quam illos,qui citari fecit.per Bar.in l.ſi mulier.

Digitized by Google

§.ſi ſeruus.nu.1.ff.rer.amo. & falſum, & falſarium differt. vt per Bar. in l.1. §. illud quoque. nu.7. auth. quibus mod.nat.eff.ſui. Item nuncius faciens falſas citationes, & relationes, committit falſum.per tex.& Bar.in l.qui nomine.ff.de falſ. Item ſi quis falſificat ſcripturam quam ipſe fecit manu propria, committit falſum ſi illa ſcriptura probaret contra ipſum ſcribentem. per Bar. in l.1. §.ex illa. ff.de falſ. Item quia notarius non poteſt ſibi ipſi ſcribere,& ſi ſcribit teſtamentum alicuius in ſuam vtilitatē committit quaſi falſum.per tex.in l.numquam.C.de his qui ſibi adſcripſ. Item quia filiusfamilias notarius non poteſt facere teſtamentum alicuius in vtilitatem patris,& ſi fecit cōmittit falſum, per conſ. Bar.incip. quidam filiusfamilias presbyter. Itē ſi notarius ſcribit teſtamentum in quo ſcribit filium hæredem,cōmittit falſum.per Bar.in l.inter liberos.ff.de falſ.Itē ſi quis in libro alicuius doctoris delet nomen illius doctoris,& ponit nómen ſuum incidit in falsū.per addita ad Bar.in l.ſi qui pro milite.ff.de falſ. Item ſi quis furatur teſtamentū,ex ipſo ſolo furto incidit in crimen falſi,in alio vero inſtrumento committit falſum ſi furatur & cōburit,vel deleat,vel mutat,alias non. per Bar.in l.Paulus.ff.de falſ.& per add.ad Bar.ibi.Itē notarius non ponens in inſtrumento clauſulas debitas,cōmittit falſum.per tex.& Bar.in auth. presbyteri.C.de Epiſ. Abb.conſ.34.vol.2. Item qui celat aliquid vt nemini verū appareat,incidit in falſum,ſecus ſi celat contra particularem perſonam tantum.per Bar.& ibi addita in d.l.Paulus. Item notarius qui tenet depoſita acta alicuius cauſæ,ſi dat alteri parti ſine licentia alterius partis, vel iudicis incidit in falſum. per Bal.in l.is apud quem.in prin.ff.de eden.& ibi etiam Paul.de Caſtr. & per gl.in c.prudentiam.in verb.nuncium. de off.dele.& Hipp.in l.1 §.is qui permittit.ff.de falſ.n.2.Item notarius qui reuelat vni ex partibus teſtificationes, ſeu dicta teſtium ante publicationē,tenetur pęna falſi.arg.tex.in §.ſi quis permittat.& ibi Hipp.n.3.ff.de falſ.Item Aduocatus,ſeu Procurator,qui oſtendit inſtrumenta clientuli ſui alteri parti, incidit in falſum. per Bart. in d.l.is ſi quis depoſita.ff. de falſ.& l.ſi quis aliquid. ff.de pœn. Intellige tamen ſupradicta ſi illud falsū alicui noceat.per Bar.in d.l.damus.n.1.ff.de falſ.& licet nō noceat,tamen ſi poſſit nocere,
vel

Digitized by Google

vel ſit aptum nocere.per gl.in d.l.damus.& per l.ſi falſo. C.eod. tit.& alia allegata per d.gloſ.Et ſufficit quod noceat ad ſemiplenam probationem, vel aliquale indicium. per Bart.in loco ſupra allegat. Et ſi partes faciunt contractum,videlicet emptionis inualidum, ſcilicet quia fuit vendita res ſacra, & ſcriptura inſtrumenti quam facit notarius eſt valida, quia habet debitam formam,& ſuas ſolemnitates,ſi notarius falſificat prędictum inſtrumentum,incidit in falſum, ſiue defectus contractus ſit inuiſibilis,ſiue viſibilis.per Bar.in l.ſi quis rogatus.ff.de falſ.quando autem facit ſcripturam nullam,& non incidit in falſum, dicetur infra ſuo loco. Et ſi notarius facit ſcripturam nullam, quæ poſſit præiudicare alteri in aliquo, ſcilicet per comparationem litterarum ſi falſificat incidit in falſum. vt per Bart. in loco ſupra alleg.& regulariter vt falſitas puniatur debet alicui nocere,& præiudicare, quia ad eſſe falſitatis tria requiruntur, vt dictum eſt ſupra, ſcilicet mutatio veritatis, quod ſit dolus, & quod alteri noceat. per conſ.Anch.23.Afflі.deciſ.vlt.nu.8.aliquando tamen falſitas, quæ nemini nocet,punitur. vt per Abb. in c.1. extra de crim.falſ.& dicitur infra,& quibus poenis puniantur dictæ falſitates, & quælibet ſpecies ipſarum dicetur infra ſuo loco.

102 Quo ad ſecundum dicitur,quod de crimine falſi poteſt,& criminaliter,& ciuiliter agi. per tex. in l.diuus. cum l.ſequen. C.de falſ. & multis modis agi poteſt. Primo accuſando principaliter l.Cornelia de falſ. vt falſarius puniatur, & tunc accuſatio debet inſtitui infra viginti annos.per l.querela.C.de ſalſ.Secũdo agendo ciuiliter, per actionem in factum ad intereſſe, & tunc poteſt agi vſque ad triginta annos, quia tanto tẽpore durat actio perſonalis.per l.ſi.C.de pręſcrip.30.ann.Tertio poteſt intentari per exceptionem; ſcilicet ſi actor agat ex inſtrumento tranſactionis, vel alterius contractus, & reus excipiat de falſis inſtrumentis, & hæc falſitatis exceptio durat perpetuo. l.pure.ff.de except. & d. l. querela. Quarto cum quis vult obtinere directe retractationem ſententiæ, & vult reduci ad priſtinum actionem, debet petere per in integrum reſtitutionem infra quatriennium ex falſis inſtrumentis. per l.diuus.ff.de re iud. & C. ſi ex falſis inſtrumentis.per totum. Quinto modo per viam replicationis,videli-

cet actor vult intentare actionem primæuam in qua ſuccubuit ex falſis inſtrumentis, vel alijs falſis probationibus, reus excipit de re iudicata, actor replicat de vitio falſitatis, quæ replicatio non admittitur, niſi per viam reſtitutionis in integrum. vt per Abb. in c. cum venerabilis. nu. 42. de except. & per eundem Abb. in c. licet. de prob. nu. 26. Inſuper & Sexto modo poteſt cognoſci de falſitate per inquiſitionem iudicis, quę venit ex replicatione. puta actor agat petitione hæreditatis, reus excipiat de tranſactione, actor replicat de falſitate ipſius tranſactionis, ex hac replicatione poteſt iudex procedere de dicta falſitate per viam inquiſitionis. per ea quę colliguntur ex ſupradictis, & Bar. in l. ſi ex falſis. nu. 6. C. de tranſ. quæ inquiſitio potuit fieri infra annos viginti, cum ius inquirendi præſcribitur tanto tempore quanto præſcribitur ius accuſandi, prout dictum fuit in falſitatibus, quæ committuntur facto. vt per Bar. in d. l. querela. Et dictæ præſcriptiones habent locum de iure ciuili: de iure vero canonico crimina non præſcribuntur tempore, quia vbicumque claruerint punienda ſunt. per Innoc. in c. licet. de prob. per tex. in c. ecce. 24. q. 3. & Roma. ſing. 182. incipiente, tu ſcis. & Bal. in l. fin. col. pen. C. qui accuſ. non poſſ. vbi etiam vult quod in poenis ſpiritualibus nulla currit præſcriptio. & Abb. in c. licet. nu. 29. & ibi addita. vt etiam dictum fuit ſupra de falſitatibus facto commiſſis. Et hæc ſupradicta quando quis agit, vel criminaliter vel ciuiliter contra ipſum qui commiſit falſitatē. ſi vero agatur contra alium, & redundat in pręiudicium ipſius criminoſi, non poteſt agi principaliter ciuiliter contra ipſum tertium, niſi prius criminoſus accuſetur, & condemnetur ſi ipſe criminoſus viuat, ſi autē ſit mortuus tunc poteſt agi contra dictum tertium criminaliter. per Bar. in l. cum quidam. in ſecunda lectura. num. 7. C. de fid. inſtr. per l. 1. ff. vbi cauſæ fiſc. Item quantum ad compoſitionem libelli in his falſis commiſſis ſcriptura, dicas vt dictum fuit ſupra in falſis commiſſis facto, ſcilicet quod non requiritur poſitio loci, & temporis. Dicas inſuper quod tam committens falſitatem, quam mandans, poſſunt eodem libello accuſari. per Bar. in l. athaletus. nu. 2. ff. de falſ. & qui accuſat de hoc crimine falſi, poteſt deſiſtere ab accuſatione quandocunque ante ſententiam. quod eſt ſpe-

ciale,

Digitized by Google

ciale,quia ſecus in alijs criminibus. vt per Bar.in d.l.athaletus. nu.1. qui vero non deſiſtit,ſed perſeuerat vſque ad ſententiam, ſi non probat falſitatem,poteſt condemnari de calumnia,eadem ſententia qua abſoluitur accuſatus. per tex.& Bar.in d.l.athaletus.in fin. Et ſi quis produxit falſam accuſationem contra te, tu poteris ipſum accuſare de calumnia, dicendo quod calumnioſe accuſauit de falſo crimine, & non probauit, & ſi non probauit condemnatur vt ſupra,per ſupradicta. & per Bar.in l.ſi quis obrexerit.ff.de falſ.Item ſi quis dicit produxiſſe falſa inſtrumenta per errorem, debet dari ſibi terminus a iudice ad probandum errorem. ſi vero producit falſa inſtrumenta,& non allegat errorem,tunc debet ſibi fieri proteſtatio per partem aduerſam,vt declaret ſi intẽdit vti dictis inſtrumentis.& tunc a iudice debet ſibi dari terminus ad deliberandũ,& declarandum ſi intendit vti vel ad renunciandum ſi vult renunciare, alias punitur. & ſi infra dictum terminum non renunciat, punitur de falſo. nec debet admitti ſi dicatur ſe vſurum quatenus apparet verum,alias non. per Bar.in d.l.diuus.ff.de falſ.Et de hoc eſt regia pragm.quæ incipit,teſtem falſum,quæ vult quod ſine aliqua proteſtatione qui produxit falſas ſcripturas, vel falſos teſtes, infra dies octo poſt publicationem renunciet,alias punitur. ſed de conſuetudine obſeruatur quod fiat talis proteſtatio,& detur terminus a iudice vt ſupra. alias ſi non renunciaret non puniretur.vt per Cauenſ. d. pragm. Et in talibus falſitatibus non poteſt quilibet iudex procedere, & punire criminaliter, ſed tantum iudex maleficiorum. per Bar.in l.ſi quis obrexerit.in fin.col.ff.de falſ.Quantum vero ad intereſſe pecuniarum,& amiſſionem propter falſitatem cauſæ bene iudex ciuilis, qui cognoſcit de cauſa principali ciuili in qua fuit commiſſa falſitas, poteſt cognoſcere, & punire de iure communi, ſed per d. pragm. poteſt & amiſsione cauſæ, & alia poena criminali puniri,per eundem iudicem cauſæ ciuilis,& plenius dicetur infra de falſis commiſsis dicto. Item ſi litigatur de aliqua re de qua eſt controuerſia, & producitur priuilegium, ſi per aliam partem opponatur de raſura, ſeu falſitate priuilegij, debet pronunciari ſuper dicta falſitate, quia eſt præiudicialis ad dictam cauſam principalem, per Affl.in conſt.regn.qui litteras.

per l.vbi.C. ad l.Corne. de falſ.quod eſt ſpeciale in crimine falſi quia regulariter contra.per l.1.C.de ord.cogni.& per gloſ.Iſer.& Affl.in conſt.regn. ciuiliter agens. & quando ſit ſuperſedendum in cauſa principali per falſitatem ſuperuenientē plenius dicetur infra de falſis commiſſis dicto. Inſuper ex quo crimen falſi eſt occultum, & difficilis probationis, iudex debet eſſe facilior ad torturam. per Bart.in l.3. C.de Epiſc. aud. tamen conſiderata qualitate perſonarum vt ibi per eum. & in eo debet fieri acerrima indagatio. per l. vbi. C.de crim.falſ.

103 Quo ad tertium, dicitur quod ſi cauſa falſi ſit ciuiliter mota, ſuſpicio falſi habetur pro veritate. per Alex.conſ.2.vol.3.per Gram.cōſ.30.Gem.in c.in memoria.19.diſt. Bal.in l. ſi veritas. C.de fideiuſſ.Hoſt.in ſum.de crim.falſ.Hipp.in rub.ff.de falſ.nu. 23.& 24. & per alia iura allegata per eum ibi. quod intelligitur ſi concurrunt præſumptiones magnæ, & violentæ de quibus dicetur infra. ſi vero cauſa falſi ſit mota criminaliter, ſuſpitio falſi habetur pro veritate ad effectum inquirendi,& carcerandi.per l. iubemus.C.de proba. donec inquiſitus de falſo probet ſuam innocentiam. Item ad effectum torquendi falſitas poteſt probari ex coniecturis, ſed quãtum ad condemnationem requiritur concludens probatio,vt de omnibus per Affl. in conſt. reg. qui literas.1.& 2.col.Item ſi duo teſtes eiuſdem inſtrumenti dicant contra inſtrumentum, ſufficiunt ad reprobandum inſtrumentum, vt illud non probet.item ſufficiunt ad indagandum veritatem,& ad torturam notarij, non autem ad condemnandum notarium de falſo,niſi ſint valde idonei & omni exceptione maiores.tamen in hoc multum verſatur officium iudicis. vt per Foll. in ſua pract. crim. in verb. Item quod commiſit falſitatem. num.64. & ſi ſit quæſtio de inſtrumento falſo, & requiritur notarius vt producat inbreuiaturam,& ipſe notarius nolit producere,poteſt torqueri. vt per Bal.in rubr.C.de fid.inſtr.verſ.quæro dixi ſuperius.& per Foll.vbi ſupra.& an inſtrumentum notarij vbi deficiunt verba & mens contrahentium præſumit falſum,vel per errorem cognoſcitur ex coniecturis.vt per Foll.ibi.num.58.Et in hoc etiam debet inſpici conditio,fama,& vita ipſius notarij. item & idoneitas ipſius in dicto officio,& ſi eſt ſolitus in officio ſuo falſitates,vel er-

tores

rores committere. quia in hoc bonę famę potius pręſumitur error quam falſitas, vt potius excludatur delictum, per ea quæ habentur in l. ſancimus. C. de pœn. Solitus vero committere falſitates ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. per regul. ſemel malus ſemper pręſumitur malus. de regul. iur. in 6. & ibi additio Ioan. Andr. & ſi omittit ſolemnitates inſtrumentorum in teſtamentis, pręſumitur doloſe. ſi vero in inſtrumentis aliorum contractuum ſecus. licet Alciat. teneat indiſtincte præſumi dolum in dicto caſu. vt ibi per Foll. Itē illud quod valde diſtat à veriſimili eſt falſitatis imago. per Bal. in l. 1. col. 3. C. de ſeru. fug. & Affl. in conſt. ſi quem noſtrorum. 4. not. & vbi ſunt tres non poteſt committi falſitas quin detegatur. per Bal. in l. hac conſultiſſima. in fin. C. qui teſta. facere poſſ. & Affl. in rubr. 48. de nume. Baiul. per loca. & ſi ſit falſitas in reſcripto Principis, in dubio ſi ſit in loco ſuſpecto, præſumitur quod fuerit commiſſa per impetrantem, ſi in loco non ſuſpecto, præſumitur commiſſa per officialem Papæ, ſeu Principis. & ſi eſt in loco ſuſpecto non datur fides talibus literis. vt per Abb. in c. fin. de crim. falſ. Item nota, quod reſcripta imperialia debent ſcribi ex inclauſtro ex ardore cotti muricis, & condulij, & muſti, ex quibus intingantur color purpureus, & alias. vt per Affl. in conſt. regn. qui literas. & ſi non reperiuntur ſcripta tali inclauſtro, ſed inclauſtro communi, præſumuntur falſæ. vt ibi per eum. ſed an talis conſuetudo hodie ſit immutata, poteſt cognoſci ex multis literis imperialibus, & regijs, vel reſcriptis. Item literæ Papales præſumuntur falſæ, ſi in eis Epiſcopus vocatur filius, & alius inferior vocatur frater, & ſi vni ſcribatur in plurali. Item quando emanant pręter ſtilum Curiæ Romanæ. Item quando ſcribit Cardinalibus Epiſcopis, & vocat illos filios. & quando ſcribit alijs Cardinalibus non Epiſcopis vocat illos fratres. Item quando ſcribit Regibus vocat eos filios dulciſſimos, & quando ſcribit Archiprincipibus vocat eos fratres cariſſimos, quia in contrarium eſt ſtilus literarum Papalium. & ſi iudęum, vel alium infidelem vocat filium, quia in contrarium eſt ſtilus. Item cognoſcitur falſitas, per comparationem literarum. Item per ſtilum dictaminis, item per lineatum ſcripturę, & per ſigna ſcripturę quę ab alijs non poſſunt de facili mutari.

ri. Item per bullam,& filum falſitas,facile comprehenditur. pe tex. & ibi Abb.in c.licet. de crimi.falſ. Item falſa latinitas,ſi eſt manifeſta, & notoria, & groſſo modo prolata,vitiat reſcriptum Papæ, non autem quando eſt dubitabilis,& poteſt per figuram vel alio modo ſaluari.per Abb.in c. audientiam,el 1,de reſcript. nu.22.per gloſ.in c.in memoria.19.diſt.

104 Quo ad quartum dicitur,quod falſificans literas Papales,vel per ſe vel per aliũ,eſt excommunicatus ipſo iure vna cũ ſuis fautoribus,ſiue laicus ſiue clericus.Et vltra laicus falſificans literas Principis punitur pœna mortis naturalis.quod eſt ſpeciale in tali falſitate.per tex.& ibi Abb.in c.ad falſariorũ.nu.1,& 9.de crim. falſ. Itẽ qui habet literas Papales falſas,etiã quod non ipſe faſificauerit,ſi nõ deſtruit infra viginti dies,debet excõmunicari,& abſolutio reſeruatur Papæ.per tex.& ibi Abb.in c. dum ſæpe. de crim.falſ.Et hæc de iure canon.ſed de iure ciuili,qui falſificat literas & ſigillũ Regis,tam in priuilegijs quam in alijs clauſulis & partibus,imponitur poena mortis naturalis,& publicationis omnium bonorum. per conſt.regn.qui literas. Et aduertendum eſt, quod vt quis puniatur poena mortis naturalis, non ſufficit falſificare literas Principis tantum,ſed requiritur etiam quod falſificet ſigillum. vt per Andr. de Iſer.in d.conſt.literas. Item quia dubitabatur an illud verbum.pœna capitalis.poſitum in d.conſt. qui literas. inducat mortem naturalem, vel ciuilem, fuit factum c. regn. quod incipit.vt quæ ab excellentia.per quod eſt ſublata omnis difficultas. quia dicitur quod talis falſarius puniatur vltimo ſupplicio & publicatione omnium bonorũ. vbi etiam dicitur quod falſificare literas Regis, eſt magis delictũ quã falſam monetã cudere.& ſi priuilegiũ non ſit falſum,licet poſtea ſit confirmatũ à Rege vel ab alio ex quacunque clauſula,nõ tenet confirmatio.per Abb.in c.inter dilectos.de fid.inſtr.&per Hipp.in rub. de falſ. nu. 18. Et ſi literæ Regis fuerint falſificatæ, ſi tamen ſigillum adhuc non eſſet appoſitum,falſificans non punitur poena mortis naturalis. per Affl. deciſ. 21. per iura ibi allega. Inſuper falſificans literas Regis, ſi illis non vtatur, non punitur poena ordinaria,ſed mitiori.per Affl.in d. conſt. qui literas.3.nota.& dicetur infra latius ſuo loco. Item ſi fiat raſura & falſificatio in literis

teris

teris Regis gratioſis, habet locum dicta pœna vltimi ſupplicij. in literis vero iuſtitiæ non imponitur dicta pœna, ſed mitior. Item ſi falſificatio fiat non in principalibus literis gratioſis, ſed in confirmatione ipſarum, non imponitur dicta pœna, ſed mitior. per deciſ. Affl. vltimam. Item mandans fieri raſuram, ſeu falſitatem in literis Regis, non punitur dicta pœna, qua ipſe radens, ſed mitiori. per Affl. in conſt. ſi quis aliquem. & conſt. qui literas. Item qui fecit literas commiſſionis officij continentis merum, mixtum imperium, & iuriſdictionem, & cum dictis literis falſis exercuit dictum officium, punitur poena mortis naturalis. per l. maiorem. C. de falſ. & per d. conſt. reg. qui literas. item per c. regis Caroli, quod incipit, conſt. Federici, punitur etiā pœna mortis & publicationis bonorum, quia eſt crimen capitale, & non ſolum in tali caſu vſurpatur iuriſdictio, ſed etiam committitur falſum. vt per Iſer. & Affl. in conſt. regn. diram & duram. 3. notab. Item qui fecit mandatum Regis falſum de exigenda pecunia fiſcali, & ærario exegit, punitur pœna capitali. per Affl. in d. conſt. duram & diram. ſed ſi ſolum vſurpat officium in exigendo pecuniam fiſcalem, non punitur dicta pœna, nec publicatione bonorum. iuxta d. conſt. duram & diram, cum non ſit vſurpatio iuriſdictionis, ſed officii ſine iuriſdictione, ſed punitur pœna quadrupli. per l. 1. C. de ſtat. & imag. Itē falſificans literas iudicis etiā iniuſtas, punitur de falſo. debet tamen poena temperari propter illum iuſtum dolorem iniuſtitiæ iudicis. per Abb. in c. olim. nu. 6. de reſcript. hoc tamen intelligitur quando ſua intereſt dictas literas iudicis eſſe iuſtas, ſcilicet in cauſa ſuæ litis. ſi vero falſificat literas iudicis, vt earum occaſione fraudet aliquem, & ipſe lucretur, forte aliquas literas commiſſionales falſas de exequendo contra aliquem, tunc punitur d. pœna ordinaria. & non debet temperari, quia non militat aliquis iuſtus dolor. per prædicta. & tex. in l. Graccus. C. de ſicar. Item falſificans prouiſiones magnæ curiæ, vel literas Proregis, item iuſtitiarij Regis vel delegati Papæ, & aliorum quorumcumque officialium, non dicitur falſificare litteras Regis, & non punitur poena d. conſt. qui litteras, ſed mitiori, quia in poenis non fit extenſio, etiam ex maioritate rationis. per Gramm. deciſ. 27. & Gramm. vot. 25.

num.

num. 9. & 10. Item notarius falſificans inſtrumentum iudiciale, punitur vltimo ſupplicio. Item actuarius ſeu ſcriba & iudex falſificantes publica acta iudicij. per conſtit. regn. iudices. & Affl. ibi 8. nota. etiam non obſtante conſuetudine in contrarium. & ex falſis inſtrumentis ſententia prolata eſt nulla. per l. 1. & 2. C. ſi ex falſ. inſtr. ſi tamen notarius falſificat inſtrumentum extraiudiciale, vel facit inſtrumentum falſum extra iudicium, non punitur poena mortis, ſed deportationis & amiſſionis omnium bonorum. per l. 1. §. poen. ff. de falſ. Item ſi procedatur contra aliquem de falſo ſine accuſatore ſed per inquiſitionem, non imponitur poena falſi ordinaria, ſed alia mitior. per Bart. in l. nullum. C. de teſt. ſi vero notarius faciat inſtrumentum falſum immunitatis, eſt incendio comburendus. vt in l. 1. C. de immunit. municip. conced. lib. 10. & ibi. Ioan. de Plat. Et de iure communi ordinaria poena falſificantis ſcripturas eſt in plebeo damnationis in metallum, in nobili deportationis, in ſeruo vltimi ſupplicij. per tex. in l. 1. §. fin. & ibi Bart. ff. de falſ. ſi vero notarius facit contractum de re illicita, punitur poena manus. l. imperialem. in princ. de prohib. feud. alien. per Federic. & ibi Affl. 19. nota. Item qui fabricat inſtrumentum falſum, licet eo non vtatur, punitur. quia conſumauit delictum. per text. & Bart. in l. ſi falſos. C. de falſ. in conſtit. reg. qui falſo inſtrumento. licet non puniatur poena ordinaria. per ſupradicta. idem dicendum eſt de aduocato qui facit falſos articulos ſi producantur in iudicium, licet poſtea non vtantur. per ſupradictam doctrinam Bart. in d. l. ſi falſos. C. de falſ. Item ſi notarius facit inſtrumentum & dat tranſumptum parti, ſi omittit ſubſtantiam per errorem, non poteſt illud corrigere; & ſi corrigit punitur, non tamen poena ordinaria falſi. per Foll. in ſua pract. crim. in verb. Item quod commiſit falſitatem. nu. 62. idem ſi omiſit ſubſtantialia, & ſit orta quæſtio inter partes. quia non poteſt corrigere ſine iuſſu iudicis. vt per Foll. ibi. Item qui delet teſtamentum patris vt ſuccedat ab inteſtato in hæreditate paterna, priuatur hæreditate, & etiam legitima. per tex. & Bart. in l. ſi quis in falſo. ff. de falſ. & per addita ad Bart. ibi & conſt. regn. ſi quis patris. & Foll. in fragm. de falſ. Item illi

qui

Digitized by Google

qui cęperunt ſigna teſtamenti ſolemnis, puniuntur poena falſi. Item ille qui aperuit literas mittentis,& oſtendit aduerſario mittentis,tenetur poena falſi.ſecus autem ſi aperuit literas alterius, & ipſe ſolus vidit, & non oſtendit aduerſario mittentis, nec alicui, quia talis falſitas tunc non nocet alicui,non punitur poena falſi, ſed extraordinaria criminis ſtellionatus. per Bart. in l. qui teſtamentum.ff.de falſ. Et ex hoc ſi ſit aduerſarius qui per fraudem accipit literas aduerſarij & aperit,& legit debet puniri poena ordinaria falſi, quia commiſit falſitatem, & vſus eſt. per dictam doctrinam Bart. in d. l. qui teſtamentum. Item de iure communi qui falſitatem committit circa acta,vltra alias poenas, amittit cauſam, non autem ſi committit falſitatem circa teſtes, & inſtrumenta. vt per Bart. in l. fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſc. qui dicit ita intelligi tex. in l. 1. C. de form. ſub. lat. ſed per reg. pragm. quæ incipit teſtem falſum. indiſtincte amittit cauſam tam ille qui cõmittit falſitatem circa acta,quam ille qui committit circa teſtes & inſtrumenta.Et ſupradictę poenæ habent locum contra laicos. contra clericos vero vltra amiſſionem cauſę,quæ fit de iure communi per ſupradicta,vltra quod ſunt ipſo iure excommunicati cum ſuis fautoribus, falſificantes literas papales, vel per ſe, vel per alium per ſupradicta inſuper beneficij priuati,& degradati, ſunt tradendi curię ſeculari vt puniantur poena mortis. quod eſt ſpeciale in falſitate, ſcilicet quia traduntur vt puniantur ſecundum legitimas conſtitutiones. & iam in hoc regno Neap. per conſtit. qui literas. & per d. c. regn. vt quæ ab eccellentia. puniuntur poena mortis naturalis,& publicationis bonorum,vt dictum eſt. & etiam de iure canonico eſt poena mortis. per d.c.ad falſariorum. de crim. falſ. & ibi Abb. num. 1. & 9. vt per Bernar. Diaz. in ſua pract. crim. iu verb. falſarij. & qui dolum vel fraudem aliquam circa literas bullandas committunt,procurantes,& conſentientes fieri incurrunt in cenſuras Eccleſiaſticas,& pœnas prędictas,in quam incurrunt falſificatores literarũ Apoſtolicarum. per Concil. Conſtantienſe. ſeſſ.18. c. 3. vt per Bernar. Diaz. loco ſupradicto. Et qualiter puniantur falſificantes literas Cancellariæ, & Poenitentiariæ Papæ. vide Hoſt. Ioan. Andr. Butr. & alios in c.ex literis.

teris. de fid.inſtr.qui dicunt quod puniuntur ſupradictis poenis. falſificantes vero literas delegati Apoſtolici, vel illas vitiantes, non ita acriter puniuntur. per tex. in c. olim. de reſcript. & ibi Abb. & not. & per alia allegata per Bernar. Diaz. ibi. falſificantes vero literas inferiorum iudicum, ſi criminaliter accuſantur, puniuntur poenis depoſitionis ab ordine,& priuationis omnium beneficiorum, & detruſionis in monaſterium. per Abb. in d. c. olim. de reſcript.vbi allegat tex. in c. ſi epiſcopus. 50. diſt. ſi vero per modum inquiſitionis, ab officio & beneficio ſuſpendendus eſt, donec indulgentiam Apoſtolicæ ſedis mereatur obtinere. vt per Hoſt. in d.c.literis. de fed. inſtr. pro quo allegat tex. in c.tam literis. de teſt. Falſarij vero clerici literarum regiarum degradantur & in exilium mittuntur extra prouinciam. vt per c. ad audientiam.de crim.falſ.& debent mitti extra dominium regis vbi literis deliquerunt. & idem in falſificatore literarum principis ſecularis. per Hoſt. in ſumma tit. de crim. falſ. §. fin. verſ. ſi quis autem metus. quia de ſimilibus idem eſt iudicium. vt per Bernard. Diaz. ibi. ſed videtur quod mitius ſunt puniendi qui falſificant literas inferiorum. quia ſi poena imponitur attenta maioritate principum, vt dictum fuit ſupra, quia magis punitur qui offendit maieſtatem Imperatoris, vel Regis, quam eius delegati. per ſupradicta. eadem ratione qui in falſificatione literarum inferiorum dominorum deliquit, videlicet Ducum, Comitum, Marchionum, & aliorum dominorum, mitius puniri debent, quam qui falſificant literas Regis. quia vbi militat eadem ratio, eadem iuris diſpoſitio eſſe debet. per tex. in l. filium habeo. ff. ad l. Aquil. ſed dictum Hoſt. qui dicit quod idem eſt in falſificatore literarum cuiuſcumque Principis ſecularis, debet intelligi de quocumque Principe, qui non recognoſcit ſuperiorem,nõ autem de Principibus ſubditis Regibus. quia debet fieri differentia inter ſuperiores & ſubditos. per ſupradicta, & per ea quæ dicta ſunt ſupra de crimine læſæ maieſtatis. per deciſ.Capi. 130. Item ſi quis in literis Papæ audeat manũ apponere, etiam literam vnam, vel puntum vnum, corrigendo, & quomodolibet vel in magno, vel in modico, exceptis officialibus quibus hoc eſt commiſſum, ipſo facto incurrit in poenã excommunicationis

quæ

Digitized by Google

quæ nullo modo poteſt relaxari, & abſolui per alium, niſi per ſedem Apoſtolicam ex Canone lato in Curia Romana.& in Bulla Cœnæ Domini. vt per Bernar. Diaz. in ſua pract. crim. in verb.falſarij. Item clericus qui aperit literas alicuius & oſtendit aduerſario mittentis. per Bar. in l. qui teſtamentum. ff. de falſ. per Silu. in ſumma, in verb.falſarij. & clericus in hoc incurrens punitur poena depoſitionis. per Roma. in conſ. 365. incipien. quæritur primo. ſed Bernar. Diaz. in d. ſua pract. in verb. literas ad alios directas, tenet quod punitur arbitrarie. qui vero aperit, & non oſtendit aduerſario mittentis, ſed ipſe ſolus legit, punitur extraordinarie, & non poena falſi. per Abb. & Foelin. poſt Innoc. in c. cum olim. el 2. de off. deleg. qui dicunt quod eſt poena arbitraria. vt per Bernar. Diaz. ibi. & ex his quælibet alia falſitas punitur arbitrarie, per ſupradicta. Item falſificantes literas Papæ non poteſt poenitere, & etiam quod poenituit ipſi puniuntur. vt per deciſ. Afil. 21.

105 Quo ad quintum dicitur,quod ſi in aliquo quod prętenditur falſum ſit veritas, excuſatur de falſo, quia falſum non dicitur, quod iuuatur primordio veritatis. per Bart. in l.cum falſus. §. hæres meus. num.1. ff.de leg.2. Item qui cœpit fabricare falſas literas Principis & non perfecit, non punitur poena falſi. per d. deciſ. Affl. 21. & per eundem Affl. in d. conſt. qui litteras. per Luc. de Penn. in l.1. C. vt nem. ad ſuum patro. Item ſi accuſatus de falſo, vel inquiſitus, vel aliquo modo ſuſpectus, probat. illud quod prætenditur falſum,eſſe verum,non punitur. per Affl. in d. conſt. qui literas. Item ſi ſcriptura de qua quis accuſatur de falſo, eſt nulla, & nullum poteſt ex ea parari præiudicium, videlicet inſtrumentum vbi non eſt annus, neque dies, & non nominatur res, vel contrahentes,vel quid ſimile, committens in ea falſum, non punitur. per l. qui falſam. ff. de falſ. Bart. in l.ſi quis rogatus. ff.de falſ. Item ſi ſcriptura de qua quis inquiritur de falſo, non probat, non punitur.& ideo ſi hæres ſcripſit teſtamentum manu ſua, & commiſit falſum, & illud teſtamentum datur notario vt illud reducat in formam probantem, non punitur de falſo. quia illud non probat per ſuam ſcripturam, ſed per ſcripturam notarij. per Bart. in l.1. §. ex illa. ff. de falſ. hoc tamen

men intelligo, ſi notarius non reducit in publicam formã falſificatum, ſed illa quæ ſunt vera. quia ſi falſificata daret vt reduceret in publicam formam,& notarius reduceret,& produceret, puniretur tam hæres quam notarius, quia tunc inſtrueretur ad falſum, quod probaret per ſupradicta. per Bar. in l. qui falſos. C. de falſ. Item præſentia presbyteri in teſtamento cum duobus alijs teſtibus, tollit præſumptionem falſi. per Abb. in repetione. c. cum eſſes. num. 12. de teſta. Item ſi ſit falſitas in literis iuſtitiæ, non præſumitur quod impetrans commiſerit falſitatem, ſed alius. c. accedens. & ibi Abb. de crim. falſi. ſi tamen illis non vult vti. vt per Abb. ibi. Item notarius habet præſumptionem pro ſe regulariter in ſcripturis quas ipſe facit. per Boer. deciſ. 116. per Gramm. deciſ. 60. Foll. in pract. crim. in verb. Item quod commiſit falſitatem. num. 59. Item ſi notarius ſit eccellens perſona, etiam quod omiſit ſubſtantialia in teſtamentis, & alijs ſcripturis, non tenetur de falſo. per Bar. in repet. rubr. de fideiuſs. & per Foll. in loco prędicto. nu. 61. quod intelligo ſi ſit homo bonę famę vitę & conditionis. quia ſi eſt ſolitus cõmittere falſitatem in ſcripturis, præſumitur contra eum, etiam quod ſit eccellens, & valde idoneus in eius officio. vt per gloſ. & addit. Ioan. Andr. in c. ſemel malus. de reg. iur. in 6. per iura ibi adducta. Item notarius poteſt ſubſtantialia omiſſa per errorem, ponere & corrigere antequam ſit orta quæſtio inter partes, & antequam fuerit data copia parti. vt per Foll. in loco ſupra allegato. num. 62. & etiam poteſt ſupplere clauſulas omiſſas per notarium mortuum, tamen mediante decreto curiæ. vt per Foll. ibi num. 63. Adde inſuper quod ſi hoc habet in priuilegium, prout aliqui ſolent habere, non requiritur decretum curiæ. Item notarius poteſt dare copiam inſtrumentorum extraiudicialium alteri parti ſine licentia partis, & iudicis, & non incidit in falſum, nec in aliquam pœnam. per Bal. & Paul. de Caſtr. in l. is apud quẽ. in princ. ff. de eden. per gloſ. in c. prudentiam. in verb. præſentia. de officio delega. & Hipp. in l. 1. §. is qui peruertit. ff. de falſ. num. 2. Item ſi notarius mutat & corrigit teſtamentum viui, ſciente & conſentiente ipſo teſtatore, non punitur, quia ipſemet poterat mutare & corrigere, & talis falſitas nemini nocet. per Hipp. in d. l. 1. §. is

qui.

qui peruertit. ff.de falſ. & ſic poteſt generaliter dici, & dari regula, quod quando falſitas nemini nocet,non punitur pœna falſi.Sed quantum ad hunc caſum poteſt dici, quod non ſolum non nocet,ſed nec etiam committitur aliqua falſitas. qui ſi mutauit & correxit teſtamẽtum ſciente teſtatore & conſentiente, dicitur factum lege permittente. quia textator, & notarius de voluntate teſtatoris, poteſt mutare & corrigere illud vſque ad extremum vitæ, cum voluntas teſtatoris eſt ambulatoria vſque ad mortem. vt habetur in l.ſancimus. C.de teſta.& in §.1.inſt.de teſta. Item ſi pater ſcribit teſtamentum, in quo ſcribit filium ſuum hæredem,quem emancipauerat ante dictum teſtamentum, vel etiam ante aditam hæreditatem, non incidit in falſum. per Bar.in l. impuberem.§.eadem. ff. de falſ. Item ſi quis ſit punitus de falſo, ex officio, etiam leuiori poena,non poteſt poſtea accuſari l.Cornelia de falſ.quia ſi eſt electa vna via etiam mitior,non poteſt poſtea ad aliam redire,cum hæ poenæ ſint ad vindictam. per Bar. in l. nullum. in fin.C. de teſta.quod intelligitur ſi accuſator conſentit primæ viæ inquirendi & puniendi. quia ſi alias non fuit punitus ſufficienter, tolleretur ius partis inuitæ non intimatæ nec auditæ,quod fieri non debet.per tex.in l.de vnoquoque.ff. de re iud.& pars poſſet accuſare vt puniatur ſufficienter. per ea quæ habentur per Bar. & Doct. in l. numquam plura. ff. de priuat.delict.& per Abb. & Doct.in c. ſucceſſit. de procurat. & ob id pars debet prius moneri à iudice,& dari ſibi terminum ad porrigendum & proſequendum quærelam.& ſi dato termino non comparet,poteſt iudex procedere & punire, & pars non auditur amplius.alias poſſet accuſare.per tex. in l.ſi ea. C. qui accuſa. non poſſ.& ibi Bar. & Doct. & per ea quæ dicta ſunt ſupra de homi. in 2. membr. Item licet notarius faciat inſtrumentum falſum, donec non eſt condemnatus à iudice & prohibitus alia facere,poteſt alia facere. vt per Affl.in d.conſt.iudices.& in l.imperialẽ.de prohib.feud. alie.per Feder. Item conſuetudo ſeu ſtilus curiæ excuſat à pęna falſi.per Affl.in cõſt.iuſtitiarij per calendas. primo nota. ſed quantum ad falſitatem actorum iudicialium,non excuſat conſuetudo hodie, licet olim excuſauerit. per conſt.reg.iudices. & ibi Affl. in conſt. in cauſa depoſiti.in 3.not.

Item ad euitandum falſitatem,in dubio ſemper potiusdebet prę-ſumi error,vbi poteſt, quam falſitas.per Boer.dec.116.Et ex his ſit expeditus præſens tractatus de falſitatibus ſcriptura cõmiſſis.

De falſitatibus quæ dicto committuntur.

QVia falſum etiam committitur dicto,vt in teſte falſum de-ponẽte.per tex.in l.1.in prin.ff.de falſ.propterea præſenti loco congrue venit tractandum de dicta falſitate. & more ſolito diuidendo in quinque membra.Primo videndum eſt quot modis dicto falſum committitur. Secundo quomodo, quando,& per quem iudicem procedatur in tali delicto. Tertio quæ probationes requirantur. Quarto quibus pœnis puniatur. Quinto quibus modis excuſetur & defendatur.

106 Quo ad primum dicitur,quod qui dicit teſtimonium falſum, & varium in iudicio,tres offendit,ſcilicet Deum,iudicem,& partem.c.1.de crim.falſ.& cõmittit falſum.in l.eos.ff.de falſ.& aliud eſt dicere falſum teſtimonium, aliud varium,aliud aduerſum.teſtimonium falſum dicitur,quando quis in iudicio contra veritatem dicit doloſe,varium vero quãdo in vno articulo dicit vnum, & in alio dicit contrariũ,& in his duobus punitur.per d.l.eos. & per l.qui falſo. ff.de falſ. Et hoc ſi ſit varietas in negocio principali, ſcilicet in vno articulo dicit, quod vidit & fuit præſens in mutuo,in alio dicit contrarium quod non fuit pręſens,nec vidit. Item ſi in vno articulo dicit,quod fuit in vno loco,& tempore,in alio dicit quod fuit in alio diuerſo loco,& diuerſo tempore,quia hoc etiam dicitur circa negocium principale.ſecus autẽ ſi ſit varius circa nomẽ,pronomen,& agnomen,& circa patriã,& locum originis,quia non cõmittit falſum. Aduerſum teſtimonium dicit ille qui in vno articulo dicit vnum,& in alio dicit aliud quod eſt incompatibile, & impoſſibile quod poſſit concurrere. ſcilicet ſi quis dicat quod eodem die fuit Romæ, & in alio dicit quod eodẽ die fuit Venetijs.vt de omnibus per Bar.in prędicta l.eos.ff.de falſ.n.5.& Inn.in c.præterea.de teſt. & etiam ſi quis primo dicit vnum, & poſtea incontinenti dicit aliud contrarium circa negocium principale,ſi non dicit quod dicit animo corrigendi,eſt varius & incidit in falsũ.per d.l.qui falſo.& d.l.eos.Et quando dicit

vnum,

vnum,& poſtea dicit aliud,neutri creditur.vt plene per Bar.in d. l.eos. vbi ponit plura, quia non eſt materia noſtra ad eum me remitto. & non ſolum qui dicit mendacium aut falſum teſtimonium in iudicio incidit in falſum,ſed etiam quando occultat veritatem, ſcilicet quando interrogatus ſuper certo articulo, dicit ſe nihil ſcire, cum ſcit. Item quando iurat dicere veritatem ſuper tota cauſa & toto facto,& occultat, & non dicit veritatem, etiam ſuper his in quibus non fuit interrogatus, & multa retinuit.per c.cum dilecti.de accuſ.per Bar.in auth.presbyteri.C.de Epiſ.& cler.& Abb.in conſ.34.col.2.vol.2. Item licet teſtis, qui deponit in iudicio non iuret. Item ſi deponat extra iudicium, & dicat contra veritatem, incidit in falſum, quia non peccat in forma. per Bart. in l. ſi quis legato. num.3. & 4. ff. de falſ. ſecus quando peccat in forma, vt dicetur infra ſuo loco. Item etiam quod deponat dic feriato incidit in falſum dicendo contra veritatem, quia non peccat in forma,& offendit aures iudicis.vt ibi per Bar.& in l.nullum.C.de teſt.& per Bar.in l.damus. C.de falſ. Item ſi teſtis mutat ſibi nomen,vel cognomen,& dicit contra veritatem circa conſanguinitatē cum principali,vel circa paupertatē,quę ſi eſſet nota repelleretur ipſe teſtis a teſtimonio, tanquam mendax punitur,vt dicetur infra ſuo loco. vt Carauit. ſuper prag.Ducis Albę.n.116. Item inſtruens teſtē ad falſum punitur per Bar.in l.ſi falſos.C.de falſ.& d.prag.& ſufficit quod vnū tantum teſtem inſtruat. vt Affl.in conſt.qui falſitatē.& Carauit. in d.prag.nu.129.Item teſtis qui recipit pecuniā vt verum dicat incidit in falſum. per Bart.in l.1.ff.de falſ.& l.diuus.ff.de re iud. etiā ſi pars ſponte offerat pecuniam,ſi teſtis accipit cōmittit falſum.vt per Bar. ibi. Item licet teſtis non accipiat pecuniā,ſi promittat certum teſtificari,& teſtificatur, incidit in falſum. Item qui dat pecuniam,vt teſtimonium ferat pro ipſo,vel dat iudici, vt ſententiam ferat pro ipſo, licet iuſtum ferat teſtimonium,vel iuſtam proferat ſententiam,tamen incidit in falſum. per gl. in c. qui recte.11.q.3.ſecus ſi dat vt iuſtum ferat teſtimonium pro labore & expenſis in eundo & redeūdo, vel vt iuſtam ferat ſententiam pro labore ſtudij, & ſecundū taxam in curijs vigore ſtatutorum,& ſtylum curiarum,vt dicetur ſuo loco. Item qui facit vt teſtis non veniat ad ferendum teſtimonium committit falſum, &

qui accipit pecuniam, vel vt deponat teſtimonium, vel vt non deponat, incidit in falſum. per Bar. in l. 1. §. ſed ſi quis. ff. de falſ.

107 Quo ad ſecundũ dicitur, quod ſi quis accuſat de falſo teſtem & partem, non habet neceſſe ponere in libello locum, & tempus, prout in ſupradictis falſitatibus quę committuntur facto & ſcriptura, quia omnis falſitas occulte committitur, & militat eadem ratio ſic in vna ſpecie quemadmodum & in alia. Item accuſatio etiam falſi in hac ſpecie contra teſtes & partẽ, pręſcribitur ſpatio viginti annorum. per Affl. in conſt. peſſimam. 8. not. Et hęc accuſatio falſi contra teſtem & partem, ſolet fieri poſt factam publicationem in cauſa principali, quando viſis teſtificatis, cognoſcitur fuiſſe commiſſam aliquam falſitatẽ per teſtes. in vna tamen cauſa non competit hæc accuſatio falſi contra teſtes & partem, poſt publicationem in cauſa principali, ſcilicet ſpretæ defenſæ. Et eſt quando quis dicit prohibeo te ſub nomine Sereniſſimi Domini Regis Philippi ne facias mihi talem violentiam. in qua cauſa requiruntur tres teſtes omni exceptione maiores, & integritas teſtium facit ceſſare accuſationem de falſo. niſi talis falſitas cõprehendatur per ocularem inſpectionẽ, quæ vincit omne genus probationis, quia quod oculus videt lingua non poteſt negare. per Affl. in conſt. reg. ſi quis in poſterũ. 12. not. per iura per eum alleg. ibi. Itẽ ſtante accuſatione, & ſuſpicione falſitatis aduerſus teſtes, debet iudex diligenter interrogare ipſos teſtes de circumſtantijs cauſæ in qua depoſuerunt. ſcilicet an illi de quibus depoſuerunt, tunc ſtabant, vel ſedebant, an ſimul vel diſiunctim. & ad indagandum veritatem poteſt vti ſimulationibus, & ipſos inuoluere pro veritate indaganda. per Grãm. dec. 34. n. 41. cum ſeq. per iura per eum allegata ibi. & poteſt etiam in hac ſpecie falſitatis procedere non ſolum ad querelam, ſed etiam ex officio prout in alijs ſupradictis falſitatibus. per ibi allegata. cum nulla ſit diuerſitas rationis. Item ſciendum eſt, quod per querelã & proceſſum de falſo contra teſtes & partẽ, non retardatur curſus cauſę principalis. per regiam prag. quæ incipit, Raimundus vniuerſis ſcilicet ſi principalis qui accuſatur, vel eius teſtis, accuſatus de falſo det fideiuſſoriam cautionem quod ſi per ſententiã obtineat de reſtituendo quidquid per dictã ſententiam fuerit conſecutus, vna cũ expenſis caſu quo fuerit in accuſatione falſi pronunciatum in fauorẽ accuſantis,

cuſantis & ipſa pars aduerſa condemnata,& alias vt in d.prag.& hoc niſi allegatur,& apparet falſitas ex eiſdẽ actis. quia tũc proceditur ſuper falſitate iuſtitia mediãte, & ſuperſeditur ſuper cauſa principali.& ſuper prædicta eſt dec.Affl.229.quæ dicit quod ſi ius totius cauſæ depẽdet,& cõſiſtit in dictis teſtibus accuſatis de falſo,ſuperſeditur in cauſa principali in diſtincte.ſed Cauens ſuper prag.teſtem falſum.dicit quod Affl.non vidit d.prag.quia in d.deciſ.non facit mentionẽ d.prag.Raimundus.quæ obſeruatur. & credo Cauens.dicere veritatem. inſuper eſt alia dec.Capi.25. vbi dicitur,quod per ſuperuenientẽ cauſam falſitatis, non ſuperſeditur in proceſſu cauſæ principalis vſque ad concluſionem,ſed tantũ ſuperſeditur in ſentẽtia in omnibus cauſis, etiam in cauſis poſſeſſorij.& hoc ſi non ſint alij teſtes plures,plene & ſufficienter probantes vltra illos accuſatos de falſo. quia tunc nec ſuperſeditur in ſententia. Item niſi accuſatio falſi appareat fieri malitioſe. quia tunc non ſuperſeditur etiam in ſententia. Item niſi accuſator de falſo nimium ſe arctauerit,quia accuſauit poſt concluſionem. quia tunc nec etiam ſuperſeditur in ſententia.vt per deciſ.Capic. Et ſi tam actor quam reus producunt teſtes falſos, ſententia profertur pro reo. per Bald. in rub. C.de fid. inſtru. & Cauens. ſuper d.pragm. teſtem falſum. Item ſciendum eſt quod teſtes deponentes falſum in aliqua cauſa etiam ciuili,hodie poſſunt puniri per eundem iudicem cauſæ principalis ex eodem proceſſu cauſę principalis,ſi falſitas appareat vt poſſint condemnari. & ſufficit ſi citentur ad dicendum. & ſi non comparuerint illa contumacia ſufficit ad condemnandum. & ſi comparuerint audiuntur, & ſeruatis ſeruandis ex eodem proceſſu poterunt condemnari,vel abſolui.vt per d.pragm.teſtem falſum.licet aliud ſeruetur de iure communi. quia de iure communi committens falſum, ſiue teſtis ſiue principalis, ſiue procurator ſiue aduocatus, poteſt puniri ab eodem iudice coram quo fuit commiſſa falſitas, etiam per inquiſitionem. ſcilicet ſi ſit iudex maleficiorum poteſt amiſſione cauſæ punire & ciuiliter & criminaliter etiam. ſed ſi non ſit iudex maleficiorum ſed cauſarum ciuilium, non poſſet punire criminaliter pro dicta falſitate, ſed debet remittere criminalitatem ad iudicem maleficiorum. per tex. in l.

nullum. C.de teſt. & ibi Bart. & idem Bart. in l.ſi quis obrexerit. in fin. & l.eiuſdem. in fin. ff. de falſ. & per alia allegata ſupra in falſitatibus quæ committuntur ſcriptura. Sed hodie per dictam pragm. indiſtincte idem iudex cauſæ principalis poteſt punire, & poena ciuili & criminali, etiam quod non ſit iudex criminalis ſeu maleficiorum. & cauſa criminalis eſt quando venit imponenda poena mortis naturalis, vel ciuilis, vel abſciſſionis membri. vt per c. regn. illuſtris. de iuriſd. non turb. Sed de iure communi cauſa criminalis eſt quando poena venit applicanda fiſco, etiam pecuniaria. per Bart. in l.2. ff. de ſepulcr. viola.& de iure communi vbi poena veniret applicanda fiſco, in cauſa falſitatis iudex ciuilis non poſſet cognoſcere, ſed per dictam pragm. poteſt.& idem iudex poſſet procedere ex officio in cauſa falſitatis ſuperueniente, etiam non finita cauſa principali. vt per Carauit. ſuper dicta parg. ducis Albę. num.191. Item ſi falſitas ſit commiſſa per aliquem regnicolam extra regnum, non poteſt puniri poenis d. pragm. extra regnum, niſi procedatur per aliquem commiſſarium delegatum per iudicem ipſius regni de licentia iudicis loci.vt Carauit. ſuper d.pragm. nu.163. cum ſequent. per iura per eum alleg. quia ſtatutum non ligat extra territorium ſtatuentis, licet iuriſdictio cohęret territorio. per ea quæ habentur in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iud. & per Abb. & Doct. in c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. de conſt. & per ea quæ dixi in tract. de iudic. in prædicamento in quo loco. Item ſi clericus deponit falſum coram iudice laico, non punitur à iudice laico, ſed à iudice eccleſiaſtico eius ſuperiore. vt per Affl.deciſ. 230. per iura ibi allegata. & ſi ſit de alterius iuriſdictione,& ſit laicus & petat remiſsionem cauſæ,habet locum præuētio.per ea quæ habentur per Abb. in c. ſi diligenti. de for. compe. & de materia præuentionis ſatis dictum fuit ſupra in tract.de furt. ſine vi, ſecundo membro. Item quantum ad illud ſi cauſa falſitatis faciat ſuperſederi in cauſa principali, eſt ſciendum quod ſupradicta de iure communi habent locum,quando falſitas ſuperuenit pendente cauſa ciuili, vel aliqua alia criminali minoris præiudicij. ſed ſi pendente cauſa magna criminali, ſcilicet homicidij, accuſarentur principalis & teſtes de falſo, non ſuperſedere-

deretur in cauſa principali homicidij, nec etiam in ſententia, niſi accuſatio præiudicet cauſæ principali. & quando præiudicat, ſi proceditur per accuſationem. quia ſi per inquiſitionem tunc non ſuperſeditur, ſed proceditur in cauſa principali homicidij. per Alber. de Roſ. in l. iudicem. C. ſi ex falſ. inſtrum. & tanto magis ſi non principalis ſed ſolum teſtes accuſantur. quia non ſuperſeditur ſuper cauſa principali non ſolum ſi ſit criminalis, ſed nec etiam ſi ſit ciuilis.& hoc de iure communi. & habent locum in curia eccleſiaſtica, vel extra regnum vbi non ſunt dictæ pragmaticæ. ſed in regno obſeruantur d. pragmat. vt dictum eſt ſupra.

108 Quo ad tertium dicitur, quod ſi teſtis dicat ſe non ita depoſuiſſe vt notarius ſcripſit, ſtatur potius dicto teſtis quã notarij, & maxime ſi ſint plures teſtes qui hoc dixerint. & tunc ſunt teſtes contra notariũ vt poſſit cõtra eum inquiri,& puniri de falſo. vt per deciſ. Gramm.60. nu.18. Item ſi teſtes apparent contrarij ſibi ipſis. quo caſu numquam ſunt reducendi ad concordiam. ſecundum gloſ.& Abb. in c.in noſtra. de teſt.Bar.in l.eos. C. de falſ. Foll. in pract. crim.in verb. Item quod commiſit falſitatem.& eſt contra eos inquirendum de falſo.Item ſi ſunt contra eos præſumptiones & indicia multa de falſitate, ſi ſufficiunt deueniendum eſt ad torturã ſeruatis ſeruandis. & ſi ſunt tã magnæ & violentæ,deueniendũ eſt etiam ad condemnationem. per ſupradicta quæ dicta ſunt in falſitatibus quę committuntur ſcriptura.Itẽ ſi teſtis celeriter reſpondeat antequam articulus legatur,præſumitur falſum dicere.per c.illud. 5.q.1. & per addita ad Bar.l.1.ff.de falſ. Item teſtes vacillantes & varia & diuerſa teſtimonia dicentes, debent torqueri pro veritate eruenda. per Bar. & Hipp.in l.ex libero.ff.de quæſt. Iſer.in conſt ſi damna.& Paris de Put.in tract.de ſindic. in verb.tortura. verſ.viſo.Quod tamen intelligitur ſeruatis ſeruandis,poſt publicationem cauſæ principalis,& parte aduerſa vel fiſco inſtante.per ſupradicta,& quæ dicentur infra de falſitatibus quæ vſu committuntur. & ſi per torturam confitentur commiſiſſe falſitatem. vt l.edictum.& l.diuus & ibi Hipp.ff.de quæſt.& idem Hipp.in l.eos qui.num. 1.ff. de falſ. Item probatur falſitas teſtium ſi conuincatur per alios te-

ſtes ſe non interfuiſſe contractui, & maleficio, cui interfuiſſe dicebatur. & probatur illo tempore quo fuit factus dictus contractus, vel maleficium commiſſum, ipſos inquiſitos fuiſſe longe abſentes, taliter quod non eſt poſſibile ipſos potuiſſe interuenire ad maleficium committendum, & ſic probetur negatiua coarctata loco, & tempore. per tex. in l. optimam. C. de contrahen. & committ. ſtipul. & ibi Bald. per deciſ. Boer. 165. vbi dicit quod impoſſibile eſt eſſe in duobus locis longinquis eodem die. videlicet, Romæ, & Mediolani, niſi miraculoſe, vt ſcribitur de beato Ambroſio, & de alijs. & ſi probetur per plures teſtes inquiſitum non fuiſſe in loco vbi impoſſibile eſt ipſum commiſiſſe tale delictum, taliter quod probetur innocentia rei, & redarguatur falſitas ipſius teſtis talia contra veritatem dicentis. & non ſolum ſi teſtis dicat impoſſibilia, ſed etiam ſi dicat inueriſimilia, poteſt contra eum inquiri de falſo, cum inueriſimile contineat imaginem falſitatis, & vt impoſſibilitas vitiat dicta teſtium, & facit eos puniri de falſo. per Hipp. in l. 1. in princip. & dictum teſtis inueriſimile eſt ſuſpectum de falſo. per eundem Hipp. in d. l. 1. verſ. & fortius dicetur. ff. de quæſt. Item ſuſpicio falſi habetur pro veritate, tam in hac ſpecie falſitatis, quemadmodum in alijs. & ſi cauſa ſit ciuiliter mota, & concurrunt magnæ præſumptiones. vt per Alex. conſ. 2. vol. 3. & Gramm. conſ. 36. & per allegata per prædictos. ſi vero ſit mota criminaliter habetur pro veritate ad effectum inquirendi, & carcerandi. per l. iubemus. C. de probat. & alias, vt dictum fuit ſupra de falſi. quæ committuntur ſcriptura.

109 Quo ad quartum dicitur, quod de iure communi regulariter pœna falſi in homine libero eſt deportatio in omni ſpecie falſitatis, & bonorum publicatio, & in ſeruis vltimum ſupplicium. l. 1. §. fin. ff. de falſ. & in §. Item lex cornelia. inſt. de publ. iudi. & ſupradicta intelliguntur, ſi falſitas committitur in cauſa ciuili. ſi vero committitur in cauſa criminali, punitur l. cornel. de ſicarijs. & eadem pœna qua punitur reus de intentato crimine ſi crimen fuiſſet probatum. per Bal. in c. 1. col. 9. de pac. tenen. Hipp. in l. 1. ff. de falſ. num. 2. Sed per totam Italiam ſunt ſtatuta terrarum punientia pœna corporali, etiam ſi committantur in cauſa ciuili, ſi tamen interueniat dolus. per Hipp. in rubr. de falſ. num. 4. per

Bald.

Bald. in l. quicumque. 5.col.C.de ſer.fugit. & per alia alleg. per Hipp.ibi.& in hoc regn.Neap.per reg.pragm.ducis Albę quę incipit,quoniam falſorum.dicens falſum in cauſa criminali, ſiue ad offenſam ſiue ad defenſam, punitur pœna mortis naturalis. & ſimiliter inſtruens,aut cõſulens.in cauſa vero ciuili punitur pœna truncationis manus dexteræ,& exilio perpetuo à regno inremiſſibiliter. & hoc quando teſtis dicit falſum in iudicio. ſi vero dicat falſum extra iudiciũ,indiſtinctè punitur pœna truncationis manus.per Conſt. eos qui ſcienter. vt per Carauit.ſupra d.prag. prima limitatione. & hoc intelligitur quando quis deponit falſum cũ iuramẽto, alias non punitur dicta pœna. niſi eſſet ad declarationẽ primi dicti, vel iuramentũ eſſet à parte remiſſum, vel eſſet in aliquo facto notorio, vel eſſet ad informationẽ curiæ. vt per Carauit.ſupra d.prag.not.7.& conſulens vel inſtruens,punitur eadem pœna dictæ prag.indiſtinctè,ſiue ſine illo conſilio teſtis eſſet facturus,ſiue non;dummodo deprehendatur falſum eſſe commiſſum.vt per Carauit.in d.pragm.2.limit.nu.52. licet de iure communi ſecundum communem opinionem ſit contrarium vt ibi per eum.& inſtruens,punitur d. pœna,etiam quod non inſtruat cum iuramento per d.pragm.licet per conſt.regn.qui falſitatem, inſtruens ſine iuramento non punitur pœna manus. & licet per d. pragm. dicenti falſum in cauſa ciuili non imponatur pœna mortis,tamen eſt alia prag.de qua in ipſa prag.facit mentionem,per quam reiterantibus falſitatẽ in cauſa ciuili imponitur pœna mortis,vt dictum eſt. per eam que pragm. intelligitur non ſolum de teſte reiterante falſum, ſed etiam de conſulente, & inſtruente reiterato.vt per Cauenſ.ſuper d.pragm.nu.64.& d. pœna non ſolum punitur teſtis qui dicit falſum, ſed etiam ille qui iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa,& tacet veritatem etiam non interrogatus,ſi omiſſum tangit negocium principale. vt per dictum Carauit.in d.pragm.nu.60.& 69. ſi vero non tangit negocium principale,etiam quod dicat falſum non punitur d. poena falſi. per deciſ. Gramm.60. & deciſ.43. & per eundem Gramm.conſ.crim.19.tamen punitur extraordinarie,quia offendit aures iudicis. per Bar.in l.ſi quis legatum. nu.4.in fin.ff.de falſ. Et erit poena pecuniaria, vel exilij. vt Carauit. d. pragm. n.180.

n.18c.cum ſequen.quod poteſt exemplificari,quando mutat ſibi nomen,& cognomen, & deponit falſum circa conſanguinitatem cum principali, & alias vt dictum fuit. Item tacens veritatem per pecuniam, ita punitur de falſo ſicut dicens falſum, quia tacens mutat veritatem. c.quiſquis metu. 11.q.3.per Bar.& Bal.in l.presbyteri.C.de Epiſc.& cler.& Hipp.in rubr.ff.de falſ.nu.9.& etiam tacens verum ſine pecunia,ſi examinatur. vt Carauit. ſuper d.pragm.Et non ſolum quando tacet verum,ſed etiam quando obſcure,ſimulate,& malitioſe loquitur, ita quod veritas mutatur,& occultatur.per Bart.in l.ea quæ. ff. de act.empt. Item quando teſtis malitioſe non dicit factum plene,& quando vidit, & non redit cauſam viſus, ſed tacet malitioſe, vt eius teſtimonium non probet.& vltra quod debet puniri falſi poena criminaliter,tenetur etiam parti ad intereſſe. per Bal. in l.nullum. C. de teſt.& Hipp. in ſupradicta l.& teſtis nõ debet recipere pecuniam etiam vt dicat verum,& ſi accipit punitur poena falſi. l.2. ff. de cond.ob turp.cauſ. quia teſtis debet deponere gratis, & non per pecuniam, etiam a ſponte dante vt verum dicat. vt per Hipp.in d.l.1. ff.de falſ.num.6.& 10.& ſi deponit per pecuniam turpiter facit.per Bar.in l.3.§.l.Iulia.ff.de teſt.Et talis teſtis non valet in fauorem ipſius dantis pecuniam,ſed bene valet ſi deponat in fauorem partis. vt Hipp.in d.l.1.nu.13. Et ſi generaliter non valet,vt Hipp.ibi.n.14. Et teſtis qui promittit dicere certum quid & neſcit negocium,repellitur a teſtimonio. ſecus ſi ſcit.vt Hipp. ibi.nu.11. Item teſtis citatus ad teſtificandum, ſi non comparet vt occultet veritatem,punitur extraordinarie crimine ſtellionatus. ſed ſi comparet & iurat dicere veritatem, & poſtea ſe abſentat vt non deponat, ſed vt occultet veritatem,punitur poena ordinaria falſi. per Carauit. in d.pragm. quoniam falſorum. nu. 134. per iura per eum alleg. ibi. & teſtis deponens falſum extra articulum. item inſtruens ad falſum extra articulum punitur poena extraordinaria.per d.Carauit.in d.pragm.n.135.Gramm. deciſ.27.nu.4.& 5. per iura ibi alleg. & teſti dicenti falſi in vno articulo etiam ſeparato, etiam per verbum credit, ſiue ſcienter ſiue ignoranter, & ſiue capitula ſint ſeparata ſiue connexa, non creditur ei in aliquo, etiam in his quæ ante dixerat. per addita

Bart.

Digitized by Google

Bar. in l.ſi ex falſis.ſuper verbo. quæro quid intereſt. ff. de falſ. Item qui inſtruxit teſtem ad falſum, & ille teſtis non depoſuit, nõ punitur poena falſi,ſed extraordinaria.vt per Ang.& Auguſt. in tract.malef.in verb. Sempronium mandatorem. quia non incidit in poenam falſi ordinariam, vbi damnum non infertur alteri. Alex.conſ.53.nu.14.vol.7.& conſ.70.nu.12.vol.1.Et punitur d.poena ſi vnum tantũ inſtruxit teſtem ad falſum. per Affl. in conſt. qui falſitatem. Item perſuadens alicui vt deponat falſum, non punitur eadem poena, qua teſtis dicens, quando alias non eſſet facturus.per Sal.in l.vnic.C.de rapt.virg. Item qui dicit falſum per metum qui poteſt cadere in conſtantem virum, excuſatur a poena ordinaria, ſed bene poteſt puniri aliqua poena extraordinaria. vt per Carauit. in pragm. quoniam falſorum teſtium.nu.95.non tamen punitur ſeuere,vt mandans, & iubens, ſed aliqua mitiori poena. Item qui rogat teſtem,vt falſum dicat tenetur eadem pœna, qua inſtruens, & mandans. ſed qui rogat aliquem,vt ipſe rogatus roget,vel inſtruat teſtem ad falſum,non punitur eadem pœna,ſed leuiori. vt per Carauit.ibi.nu.86.Item ſi quis examinatur vt principalis quo ad ſe,& teſtis quo ad alios, ſi quo ad alios falſum dicat, punitur de falſo pœna d. pragm. vt per Carauit.ibi.nu.156. cum ſequent. per iura per eum allegat. ibi. Item ſi teſtis dixit falſum, & poſtea peregre profectus eſt, & mortuus eſt inquiſitus,taliter quod falſitas non habuit effectum ſuum, punitur poena extraordinaria. quia licet non nocuit, tamen nocere potuit. vt per Carauit.ibi.num.139.& per Iul.Clar. lib.5.ſent.recep.§.falſum. verſ.idem excuſatur. Item ſi teſtis extra iudicium dicit vnum,& poſtea in iudicio dicit aliud,non punitur de falſo,ſed extraordinarie. per Affl.in conſt.eos qui ſcienter..Item teſtis varius,& vacillans,non punitur poena d. pragm. ſed per ius commune poena extraordinaria. vt per Carauit. ibi. num.117.cum ſequent. per iura per eum allegata ibi. & tunc ſi varietas eſt magnæ importantiæ,& ſuper negocio principali punitur grauiter, ſi vero modica & non ſuper negocio principali, punitur poena leuiori,quia offenduntur aures iudicis. per l.2. ff. de teſt.& Carauit.ſuper d.pragm.nu.122.cum ſequent.Item qui inſtruxit teſtem ad falſum,& poſtea renunciet vſui,iuxta pragm.

teſtem

teſtem falſum,non punitur poena ordinaria. per Carauit.ibi.nu. 151. Et vltra quod falſarius punitur dictis poenis. per d.pragm. tenetur etiam parti de iure communi ad intereſſe. per ſupradicta. & Carauit.ibi.nu.154.Et hæc in foro contentioſo, ſed in foro conſcientiæ dicit ibi Carauit. quod ſolum tenetur ad poenam & nō ad intereſſe,& allegat Corſ.ſing.23.verſ.teſtes.& Iul.Clar. lib.5. ſent.recep.§. falſum. ſed ſalua pace ipſorum,hoc eſt valde deuium a iure diuino, & canonico, quia non remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum. & non ſolum quando aliquid eſt ablatum, ſed etiam quando eſt factum aliquod damnum, & intereſſe,etiam quod damnum faciens nihil vtilitatis percipiat. vt per tex.& ibi gloſ.communiter approbatam in cap.peccatum.de reg.iur.in 6.& tex. & gloſ. in c.ſi quis de clericis. 12.q.2.& ibi. in proprijs terminis loquitur de damno facto per falſitatem. & per tex. & gloſ. in c.1.de iniur. & damn.dat. Supradicta opinio prædictorum forte poterit eſſe vera, quando per talem falſitatem nullum damnum fuit illatum nec intereſſe. quia licet fuerit dictum falſum,& illud quod neſciebatur per teſtes,tamen in veritate reus de quo inquirebatur erat culpabilis,& iuſte paſſus eſt damnum ex dicto aliorum, qui ſciebant factum. quia tunc non ex dicto falſorum teſtium,ſed ex dicto teſtium veredicorum illatum eſt damnum. Et ita poterit ſaluari opinio tantorum patrum. & ſupradictæ poenæ habent locum de iure cōmuni & reg. contra laicos in falſitatibus dicto. Sed contra clericos ſunt aliæ poenæ de iure canonico,quia teſtis falſus ab omnibus officijs,beneficijs, & omni honore deponitur, & in monaſterium detruditur.c. ſi quis Epiſcopus.50.diſt. ſed hoc eſt quando teſtis fuit de crimine falſi accuſatus conuictus,vel confeſſus. ſecus ſi incidenter,& probetur exceptio falſi.quia tunc teſtis ſolum repellitur a teſtimonio. vt Hoſt.in ſumm.de accuſ.§.quis ſit offertus,& hoc ſiue in cauſa ciuili ſiue in criminali clericus dicat falſum. per Archid.in cap.presbyter.5.quæſt.6. ſed per Bernar.Diaz in pract.crimin.canon.in verb. falſi teſtis.clericus dicens falſum teſtimonium,punitur arbitrarie iuxta qualitatem negocij,ſeu cauſæ in qua depoſuit falſum. & in criminali grauius, in ciuili mitius punitur. & grauius punitur, ſi depoſuit falſum in cauſa

in qua

in qua reus eſſet puniendus poena mortis naturalis; vt ibi per eum. & per iura ibi allegata. Et quia in crimine falſi ſolet aliquando imponi poena exilij,ſiue in laico, ſiue in clerico,quando venit imponēda pęna extraordinaria,per ſupradicta,eſt ſciendum quod quinque ſunt exiliorum genera, ſcilicet maximum & primũ,quando quis condemnatur in metallum, ſecũdum ſi in opus metalli,tertium ſi deportatur in inſulam in perpetuũ, quartum ſi relegatur in inſulã ad tempus,quintum ſi a ciuitate quis eijcitur. vt per Carauit.ſuper d.pragm.quoniam falſorum.num.167. & allega.per eum ibi. ſed intelligendo exilium largo modo, poſſunt eſſe quinque genera,vt per Carauit.ibi.ſed ſtricte & proprie tria ſunt exiliorum genera, ſeu ſpecies, ſcilicet condemnatio in metallum.item in opus metalli. item deportatio in inſulam in perpetuum,ex quibus caput eximitur a ciuitate.per l.2.in princ. ff.de publ.iud. cætera potius relegationes dicuntur, vt patet per l.exilium. ff. de interd.& relega.& l. relegatorum. §. differentia. eod.tit.quia non eximitur caput a ciuitate.& ſic quantum ad effectum eximendi caput, illa tria proprie dicuntur exilia quaſi eximia. ſed conſiderata alia etymologia vocabuli, omnia quinque dicuntur propie exilia, quia ſecundum aliam etymologiam exilium dicitur quaſi extra ſolum. quia qui exulat extra locum patriæ ſuæ cadit in omnibus quinque generibus, ex quibus itur extra ſolum. vt Luc.de Penn. in l.lenones. C. de ſpecta. ſcien.& leno. libr. 11.& de dictis generibus exilij, vide plene per Bald. in l. data opera. verſ.quatuor.num.2. C.de his qui accuſa. poſſ. & Carauit.ſuper d.prag.num.167. quæ ſupradicta magna exilia hodie non obſeruantur in regno,ſed loco ipſorum eſt pœna arbitraria, & ſolet in talibus caſibus condemnari, & mitti ad triremes, vt alias dictum fuit, ſolum illa duo vltima & minora, relegatio ad tempus in inſulam, & exilium ſeu eiectio à ciuitate ad tempus obſeruantur, deportatio in perpetuum in inſulam ſolum obſeruatur in inſula Siciliæ. prout alias dictum fuit ſupra.

110 Quo ad quintum dicitur, quod ſi in teſte eſt verbum quod eſt aptum denotare vel non denatore falſitatem, ſit interpetratio vt non denotet falſitatem. per Bald.in l. 1. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.

eccleſ.Et vt excludatur falſitas, lex præſumit varietatem loci & temporis. per Bal.in l.imperator. col.2.ff.de ſta.homi.& Foll. in pract.crim.in verb. Item quod commiſit falſitatem.num.13.cum ſequent.Item licet teſtis contradicat in aliquo modico,non dicitur falſus,nec varius.videlicet ſi in vno dicit quod vidit numerari decem, in alio dicit quod vidit numerari pecuniam,& non dicit quantam, non dicitur falſus, nec varius. Item ſi hodie dicit quod non recordatur,cras dicit quod recordatur,& narrat factũ, non eſt falſus nec varius, quia ſi modo nõ reminiſcitur, cras poteſt reminiſci.vt per add.ad Bar.in l.eos.ff.de falſ.per iura allegata ibi,in verb. non dicitur. Itẽ ſi teſtis modo dicit vnũ,poteſt incontinenti dicere aliud ſe corrigendo,dicendo expreſſe quod fecit animo ſe corrigendi,vt tamẽ dicat iuſtã cauſam correctionis, quæ videatur iuſta ipſi iudici,vt ibi in d.l.eos.Item quãdo teſtis non iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa, ſi tacet veritatẽ in aliquo in quo non ſit interrogatus,non punitur, quia teſtis non debet eſſe verboſus, ſatis eſt quod reſponderit ad interrogata.vt per Abb.in c.1.de crim.falſ.& per allega.per eum ibi.Itẽ ſi teſtis iterum examinatur,vt euitet varietatem,poteſt ſe referre ad primũ dictum,niſi iudex habet illum ſuſpectum.& eſt in arbitrio iudicis admittere hoc,vel non. vt per Bar.& Hipp.in d.l.1.num.4. cum ſequent.ff. de falſ.Item ſi iterum examinatur,cautela eſt vt in ſecundo dicto dicat quod dicit prout videtur modo,ſed ſi apparuerit aliter dixiſſe in alia examinatione, ex nunc corrigit ſecundum dictum, & refert ſe ad primum, quia in illo tempore melius ſe recordabatur.vt per Hipp.in d.l.1.nu. 8. cum ſequent. & quando dicitur vacillans, vel non,& quando ſtatur primo dicto, & quando dicit vnum in iudicio, & aliud extra iudicium, cui credatur vide ibi plene.Item ſi quis credit dicere veritatem in aliqua cauſa, licet veritas ſit in contrarium, non tamen eſt falſarius.vt idem Hipp.in rubr.ff.de.falſ.num.2. per Bald. in l.2. §. quod obſeruari. C. de iur. calum. hoc tamen intelligas ſi ſit fundata ratione,& probetur de iuſta credulitate.per ſupradicta. Item ſi teſtis dicens falſum ſit errore ductus, videlicet ruſticus, & non intelligens,non eſt puniendus.per Ang.in Auth.de teſt.§. licet.& Hipp.in d.rubr.ff.de falſ.num.6.Item etiam quilibet alius

qui

Digitized by Google

qui bona fide per ignorantiã dicit falſum,credens dicere verum, non punitur, quia ſine dolo non dicitur quis falſatius. per Affl. deciſ.vlt. num. 8. & hoc ſi allegatur ignorantia facti.ſecus ſi allegatur ignorantia iuris. ſcilicet quia credebat falſitatem non eſſe punibilem. vt per Carauit. in d. pragm. quoniam falſorum. num.100. cum ſequent. per iura per eum alleg. quia tunc non excuſatur nec propter ignorantiam,nec propter ſexum. Item ſit temeritas in teſte,etiam ſi ſit ignorantia facti, non excuſatur,ſed punitur extraordinarie. vt Carauit. ibi num. 105. per conſ. Anchar.24.Item ruſticus deponens ex ſimplicitate per errorem,non punitur. per ſupradicta. vt per Affl. in conſt. eos qui ſcienter. 2. nota. 8. quæſt. licet ſi ruſticus contraueniat, non excuſatur à contrauentione quando apparet de dolo. vt Phil. Dec. conſ. 644. num. 13. vol. 4. per Bald. in l. ſcripturæ. C. de fid. inſtr. col. fin. verſ. quærunt Docto. Item ſi teſtis dicit falſum in non ſubſtantialibus,non punitur de falſo, ſi concordat in his in quibus conſiſtit negotium principale, nec reprobatur. ſed ei credetur in ſubſtantia negotij principalis. per tex. & ibi Doct. in c. nihil obſtat. de verb. ſign. tamen de illo falſo punitur extraordinarie arbitrio iudicis. vt per Iacob. Butr. in l. Lucius. ff. de infam. quem ibi ſequitur. Ang.2. col. & eſt deciſ. Gramma.43. & alia deciſ. eiuſdem Gramma.60. Item ſi teſtis ſit varius in nomine, & cognomine, non punitur de falſo niſi eius dictum reprobatur quod depoſuit verum in ſubſtantialibus. per tex. in l.qui ſententiam. & ibi Bart. & Ang. C. de poen. tamen de dicto mendacio ſeu variatione, punitur extraordinarie, quia offendit aures iudicis. per ſupradicta. & per Bart. in l.penul. 2. lectu.C.de tranſ.& per d.deciſ. Grãma.34.& Cara. in d.pragm. num. 12. per tex. in l. 2. ff. de teſt. Item inſtruens & conſulens ad falſum, ſi mutat conſilium taliter quod reducit illum inſtructum ad non faciendum falſum, & certiorauit illum contra quem falſitas eſt committenda, vt caueat ſibi ante commiſſam falſitatem,non nominando perſonas committentium pro euitandis ſcandalis,non punitur poena d. pragm. quoniam falſorum, nec poena falſi. per Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. nu.21. & 22. ff. de iniur. non tamen in hoc ſufficit ſimplex reuocatio,

licet

licet in mandato ſufficit ſimplex reuocatio,dummodo quod reuocatio venit in notitiam ipſius mandatarij. per l.ſi mandatum. ff. mandat. & Carauit. in d.pragm. nu.124. cum ſequent. Item ſi quis dicat falſum in conſanguinitate, ſcilicet vltra quartum gradum cum producente. item in paupertate, ſcilicet ſe habere vltra quinquaginta aureos, quibus non repellitur teſtis à teſtimonio, nulla poena punitur. ſcilicet quando non fuit interrogatus in ſpecie ad inſtantiam partis, vel curiæ. vt per Carauit. in d. pragm. qui ſe fundat quod non fuit de hoc interrogatus. quia ſi ſit interrogatus & malitioſe dicit falſum, punitur, licet extraordinarie. per ſupradicta. Item qui inſtruxit ad falſum bona fide,& non dolo, excuſatur,quia conſilij non fraudolenti nulla eſt obligatio. l. conſilij. ff. de regu. iur. c. nullus ex conſilio de regul. iur. in 6. Et in dubio conſilium præſumitur in bonam partem,ſi talis præſumptio cadere poterit.vt per Alex.conſ.128. & Carauit. in d.pragm. nu.158. cum ſequent. Item ſi principalis examinatus vt principalis,dicat falſum,non punitur d.pragm. quia fuit facta contra teſtes, & non contra principalem.niſi examinetur vt teſtis quo ad alios, & dicat falſum quo ad alios. vt Carauit. ibi nu.156. Item propter modicum intereſſe partis,non punitur falſitas in teſte. c.accedens. de crim.falſi. Affl. in conſt. cum per partem Apuliæ. 1. nota. Item qui dat pecuniam vt iuſtum ferat teſtimonium, vel vt iuſtam proferat ſententiam, & non dixit vt ſententia proferatur pro ipſo, poteſt pecuniam repetere, & non punitur. per gloſ. in c. qui recte. 11. q. 3. & eſt quia qui dat non dat ad committendum falſum, nec fraudem, ſed vt à litibus ſe expediat. Item ſi quis depoſuit falſum teſtimonium nullum quod nemini noceat, non punitur poena falſi. tamen quia offendit aures iudicis, punitur extraordinarie. vt per Hipp. in l.1. §. præterea. ff. de ſicar. vt per ſupradicta in quarto membro. Item teſtis non dicitur falſus quando poteſt aliqua interpetratione ſaluari,& ſaluatur quando poteſt eſſe verum & non verum eius dictum implicite & quando habet aliquid veritatis annexum, & iuuatur primordio veritatis. & quando poteſt ſemper interpetratio debet fieri vt excludatur delictum. vt per Gramma. vot.26. per c.cum tu. de teſt. glo. in c.ſi quando, in verb.

in verb. rationabili. Iſer. in conſt. ſi damna. 3. col. & Bart. in l. cum filius. §. hæres meus. ff. de legat. 2. & per alia iura alleg. per Gramma. in d. vot. & facit tex. in l. quæ de tota. ff. de rei vend. qui dicit quod ſi quis habet medietatem fundi, & legat fundum non faciens mentionem de qua parte, intelligitur legaſſe illam medietatem quam habet & non aliam. & ſic ſi teſtis dicat quod fundus pertinet ad Sempronium, licet non totus fundus ſit Sempronij, poteſt ſaluari, quod intellexit de illa parte Sempronij, & non de alia. per prædicta. Item falſitas quæ non eſt nocibilis, non punitur poena ordinaria. & propterea ſi quis ſcribat in libro ſuo quod Titius eſt ſibi debitor in centum, quod eſſet falſum, item ſi quis ſcribat inſtrumentum in ſui fauorem, quod ſit falſum, quia tali libro vel inſtrumento, ſcripto à ſe pro ſe, non creditur, ipſe non punitur poena ordinaria falſi, ſed extraordinaria. vt per Viui. in comm. opin. in verb. falſitas. licet Sali. ibi in dicto caſu teneat quod debet puniri poena ordinaria falſi, etiam quod nemini noceat, propter ſuum magnum dolum. & ex his ſit expeditus tractatus de falſitatibus quæ committuntur dicto.

De falſitatibus, quæ vſu committuntur.

QVia licet quis non fabricet falſum, tamen ſæpe falſis ſcripturis, & teſtibus vtitur, & propterea incidit in falſum. vt Hoſt. in ſumma, de crim. falſ. §. qualiter cōmittitur. & ſic eſt quædam ſpecies ſeparata, ideo de ea tractandū eſt ſeparate. & propterea more ſolito, Primo videndum eſt quibus modis dicta falſitas cōmittatur. Secundo qualiter, & quādo, & per quem iudicē procedatur in dicta ſpecie falſitatis. Tertio quę probationes requiruntur in tali crimine. Quarto quibus pœnis puniatur cōmittens talem falſitatem. Quinto quibus modis excuſetur, & defendatur.

111 Quo ad primum dicitur quod qui vtitur inſtrumento falſo in iudicio, committit falſum, & præſumitur illud fabricaſſe falſum, niſi doceat de fabricante præciſe. vt per Bald. in l. maiorem. C. de falſ. & ſiquis producit inſtrumentum habens plura capita, & continet vnum caput falſum, etiam quod illo vtatur in capitibus veris, & non in falſo, tamen committit falſum. vt per Ioan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de inſtr. edit. §. poſtremo. quem ſequitur Alex. in l. ſi vnus. in fin. C. de teſt. & Foll. in pract. crim. in

verb. Item quod commiſit falſitatem: quod tamen intelligitur niſi in ſpecie renunciauerit capitulo falſo expreſſe. quia ſi renunciat expreſſe, non incidit in falſum, quia non approbat. ſed quando vtitur generaliter, & tacet de falſo, præſumitur approbare quo ad omnia, quia qui facit quod negare poteſt & debet, conſentire videtur. per text. in l. qui tacet. ff. de regul. iur. & vtendo falſo inſtrumento, licet ipſe non fabricauerit committit quaſi falſum. per Bar. in l. 1. §. fin. ff. de falſ. & ſi quis produxit inſtrumentum falſum, & dicat ſe nolle vti dicto inſtrumento, videtur fateri illud eſſe falſum. per Affl. in conſt. qui falſo inſtrumento. tamen non incidit in falſum. ſed poterit eſſe indicium ad inquirendum contra falſificatorē illius. per ſupradicta in tract. de falſ. ſcriptura, in ſecundo mēbro. Item qui produxit falſum inſtrumentum ſciens illud eſſe falſum, & poſtea renūciauit ei ſimpliciter, & ſic videtur fateri eſſe falſum, ſi iterū producit tenorem dicti inſtrumenti factum per alium notarium incidit in falſum. vt Affl. in d. conſt. qui falſo. per Bar. in l. ſi quis legatum. ff. de falſ. Item qui vtitur teſte falſo in iudicio, licet ipſe non inſtruxerit, incidit in falſum. per Gand. in tit. de falſ. verſ. ſubijciamus. Foll. in pract. crim. in verb. Item quod commiſit falſitatem. per reg. prag. quæ incipit. teſtē falſum. & ſi vtatur teſte falſo qui non nocet aduerſario, nec prodeſt producenti, incidit in falſum. per Bal. in l. ſi. C. ſi ex falſ. inſtr. & Gand. in d. tract. quod intelligitur ſi alicui noceat, licet non aduerſario, & ipſe inſtruxit, vel ſciebat eſſe falſum, alias ſecus. per ſupradicta & dicetur infra ſuo loco. Itē non ſolum ſi ipſe principalis producat & vtatur inſtrumento, vel teſte falſo, ſed etiamſi producat, ſeu vtatur eius procurator de eius mandato ſpeciali, ipſe mandans principalis incidit in falſum, & in pœnam pragm. teſtem falſum. & prag. quoniam falſorum: quia is vtitur re, qui per aliū vtitur. l. 1. §. is cuius. ff. de inſtr. act. priu. non ſolum ſi expreſſe & ſpecialiter mandauerit, ſed etiam ſi tacite ratificauerit, ſcilicet aſſiſtendo cauſę. per tex. in l. non tantum. ff. de dol. & c. cum impoſitionibus. extr. de iureiur. in 6. & Roma. conſ. 105. & ſequitur Cauenſ. ſuper d. prag. teſtem falſum. nu. 6. & ratio eſt, quia taciti & expreſſi eadem eſt virtus. l. cum quid. ff. de reb. cred. ſi cert. pet. & qui per alium facit per ipſum facere videtur. per tex. in c. qui per alium. de reg. iur. in 6.

Quo

Digitized by Google

112 Quo ad ſecundum dicitur,quod in hac ſpecie falſitatis poteſt procedi & ad querelam,& ex officio,prout in alijs ſupradictis.& non requiritur quod in libello ponatur locus & tempus prout in alijs dictis ſpeciebus,quia hæc falſitas etiam occulte cõmittitur. & producens falſum teſtem,& ſcripturã ſciens eſſe falſum,& fingit eſſe verum,& vtitur tamquã vero,occulte facit.tamen tutius eſſet in libello,ſeu querela ponere tempus quo producitur dictus teſtis,vel ſcriptura,& ponere locum,vel curiã in qua producitur. & licet per reg.prag.teſtem falſum &c. producens tenetur infra octo dies poſt publicationẽ ſine aliqua interrogatione renũciare dictis teſtibus falſis,tamen contrariũ obſeruatur.ſcilicet vt ad inſtantiã aduerſarij interrogetur, ſi intendit vti dictis teſtibus,ſeu ſcripturis.& ſi dubitat reſpondere,datur terminus per iudicẽ ad reſpondendũ explicite ſi intendit vti. & dictus producens interrogatus cogitur reſpondere,& ſi nõ præceſſerit interrogatio,producens non tenetur reſpondere, & vtens nõ punitur de falſo,nec cauſam amittit.per Bal.in l.ſi.pen.q.C.ſi ex falſ.inſtr.& maxime ſi produxit cum proteſtatione quod intendit vti,ſi non reperitur falſum.vt Affl.dec.189.ſed dato quod interrogatur producens,ſi tamen non vult ſpecifice explicite reſpondere, tunc habebit locũ d.prag.teſtem falſum.vt ſi poſt interrogationẽ infra terminum datum ad reſpondendũ non reſponderit explicite,amittit cauſam ſi teſtis productus,vel inſtrumẽta ſunt falſa.ex eo quia vſus eſt,& non renunciauit,& inſuper punitur pœna falſi,ſimul cũ teſtibus ex eodem proceſſu.vt per d.reg.prag.& procedetur ad condẽnationem dictę cauſę principalis per ſententiã,& etiam procedetur ad puniendum de falſo per eundẽ iudicem,etiam quod ſit iudex ciuilis & non maleficiorũ.per d.prag. licet de iure cõmuni poſſet iudex ciuilis procedere quantum ad amiſſionem cauſæ,videlicet declarando per ſententiam,cauſam amiſſam per productionem & vſum falſorum teſtium, vel ſcripturarum. per ea quæ habentur. per Abb.in c.1.in fin.ext.de crim.falſ.& per Doct.in l.nullum.C. de teſt. ſed quantum ad pœnam ordinariam falſi, tenetur remittere cauſam ad iudicem ordinarium maleficiorum. per ea quæ voluit Bart.& Doct.in l.diuus.ff.de falſ.in fi. & l.ſi quis obrepſerit.eod.tit.& alias prout dictum fuit in alijs falſitatibus. Potuit inſuper per eundem iudicem ſecundum d. prag. procedi contra

teſtes falſos,etiam quod principalis renunciauit explicite. ſecun dum Bald.in l.fin. pen.col. C.ſi ex falſ.inſtr.quia per teſtes delictum eſt conſumatum,& punitur affectus,etiam non ſecuto effectu in tali caſu.ſed ſecundum aliā opinionem,quam ponit glo.in l.damus. C.de falſ.& ibi Cin.Bar.Bal.& Sal.quæ videtur magis communis,ſcilicet quod falſum non punitur niſi ſit nociuum, in tali caſu teſtes non poſſunt puniri. & ad confirmationem huius opinionis cōmunis facit quia de conſuetudine totius Italiæ non punitur affectus niſi ſecuto effectu,vt dictū fuit ſupra. Item producens litteras Papæ de falſo ſuſpectas, debet caute detineri, & cuſtodiri,& nō relaxari ſub fideiuſſoribus. idem ſi litteras regias quia eſt pęna mortis naturalis,& ſuſpitio habetur pro veritate in detinēdo,& procedendo,dūmodo quod pręcedat aliqualis diffamatio.vt per Capi.deciſ.30.ſic etiā in alijs falſitatibus vbi venit imponēda poena mortis naturalis,vel ciuilis,vel mēbri abſciſſionis,vbi eſt locus torturę,per ritū magnę curię Vicarię,qui incipit, item ſi accuſator. vt plenius dictū fuit ſupra de falſit. quæ facto cōmittuntur in ſecundo mēbro.Et tanto tēpore durat accuſatio, vel inquiſitio in hac ſpecie falſitatis, quāto in alijs,ſcilicet quia pręſcribitur ſpatio viginti ānorū,vt dictū fuit in loco ſupradicto.

113 Quo ad tertium dicitur quod probatio falſi debet de neceſſitate concludere quod ſit falſum. vt per gl.& Bal.in l.iuris gen tiū.§.quod fere.in gl.vlt. ff.de poen.& Affl.in cōſt.regn.qui falſo inſtr.& ſic contra producentem, & vtentem teſtibus & ſcripturis falſis, debet probari cōcludenter,quod ſint falſi, ſcilicet ad effectū condemnandi,& puniendi. ad effectū vero procedēdi & detinendi,ſufficiūt præſumptiones, cū ſuſpitio habetur pro veritate.

114 Quo ad quartum dicitur quod in hac ſpecie falſitatis ſi interuenit dolus eſt eadem poena quæ eſt in alijs ſpeciebus, tum de iure communi,tum etiam per dictas pragmaticas regni.Eſt inſuper ſciendū quod inter alias poenas amittit cauſā.vt per d.prag. teſtem falsū. ſed de iure cōmuni ſunt diuerſæ opiniones. vt per Affl.in conſt.qui per falſitatem.nec opus eſt referre cum ſeruetur d.prag. inſuper punitur alijs poenis ſtatutis à iure vt dictū ſupra in falſitatibus quæ dicto cōmittuntur in quarto mēbro. ibi vide. & hoc ſi non renunciat. Item ſi perſeuerat in vſu vſque ad finem, & ante ſententiam renunciat punitur ſed extraordinarie. vt pre

Foll.in ſua pract.in verb. Item quod commiſit falſitatem. nu.16. per iura per eum allegata ibi.Item ſi falſitas ſit notoria ex actis, licet renunciet à principio, tamen punitur pœna extraordinaria: quia præſumitur fabricaſſe falſum. vt per Foll.ibi.n.22.hoc tamẽ limita ſi falſitas nocet alicui,alias non punitur. vt ſup.Itẽ ſi quis producat teſtem falſum, & falſam ſcripturam, & illis vtitur per procuratorem generalem, ipſe dominus perdit cauſam.ſed quantum ad alias pęnas prius debet interrogari ſi habet ratũ.& ſi habet ratũ,punitur dictis pœnis ordinarijs,ſed ſi non habet ratum, nõ punitur ipſe principalis, ſed procurator generalis. per deciſ. Cap.67. per iura per eũ alleg.ibi.Et quando vtitur per procuratorẽ de ſpeciali mandato expreſſe vel tacite,punitur ipſe principalis. vt dictũ fuit ſup.Itẽm etiã quod quis renunciet vſui,ſi per ſuam aduertentiam, præſumitur dolus, etiam quod alleget errorem in articulando.per d.deciſ. Capic.67. ſecus ſi alleget errorem per aduertentiam aduerſarij, quia tunc punitur extraordinarie. vt in d.deciſ.ſed de iure canonico contra laicos eſt pœna,quia excommunicatur,ſi clericus punitur extraordinarie. vt per Bernar.Diaz.in ſua pract.crim. in verb. falſarij. & vide quæ dicta ſunt ſupra de falſitatibus quæ committuntur ſcriptura, & quæ committuntur dicto,in 4.membro.

115 Quo ad quintum dicitur quod quando falſitas eſt ſine dolo, Item quando alteri non nocet,non habet locum poena falſi. per ſupradicta.& per deciſ. Gramm.2.num.25.Item quando falſitas reſpectu vſus eſt cauſata per errorem, & probatur error, non punitur. l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.omni.iudi.& Foll.in d. pract.in verb.item quod commiſit falſitatem.num. 46. per allegata per eum ibi. Item ille qui ſtatim eſt certioratus inſtrumentum,vel aliquã ſcripturam eſſe falſam,ſtatim renunciat eius vſui non punitur.l.ſi falſos. C.de falſ.& Affl.in conſt. qui falſo inſtrumento.& Foll. in loco ſupra allega.Item ſi quis cepit vti propter ignorantiam quia credebat eſſe verum, ſed poſtquam eſt certioratus deſiſtat ab vſu, vel poſtquam fuit ſibi obiectum eſſe falſum deſiſtit vti, non punitur de falſo. per Abb. in c. inter dilectos. num.4.de exceſs.prælat. Item ſi ignarus produxit inſtrumentum, vbi deficit annus, & ſit differentia ſigni ad ſigna notarij,propter

Digitized by Google

eius ignorãtiam excuſatur.vt per Foll. in d.pract. Itẽ ſi quis falſum inſtrumentum à ſe productum eripiat à manibus notarij in iudicio,& proijciat in ignem,non punitur de falſo ſecundum magis communem opinionem, licet Anchar. conſ.172. teneat contrarium.vt Foll.ibi.num. 54. ſed bene poterit puniri de illa violentia & offenſione facta iudici arbitrarie . vt per Parid. de Put. in tract.de ſind.in verb.reſiſtentia. item ſi producens inſtrumentum,vel teſtem falſum,non fuit interrogatus ſi velit vti dicto inſtrumento vel teſte, etiam quod vtatur,maxime ſi produxit cum proteſtatione quatenus non appareat falſum , non punitur de falſo.per Bal.in l.fin.penul.quęſt.C.ſi ex falſo inſtrumen.Affl.deciſ. 189. per iura per eum allegata.Item vtentes falſis literis Papæ , ſi ipſi non falſificauerunt, poteſt eos poenitere infra viginti dies. & ſi renunciant infra dictum terminum, non puniuntur . vt per Affl.deciſ.21.Item ſi falſitas ſit cauſata,& facta per errorem & ſperatur quod actus non ſortiatur effectum ſuum,& quod non ſit punibilis,& tanto magis ſi concernat factum alienum,in quo cadit præſumptio ignorantiæ.l.qui in alterius.ff. de regul. iur. per Affl. in d. Conſt. qui falſo inſtrumento . Item ſciendum eſt, quod quando producens inſtrumentum, vel teſtem falſum , interrogatus tenetur reſpondere, & ſi nolit vti debet reſpondere , ego non curo de dicto inſtrumento , vel de dictis teſtibus , quia nõ egeo,& propterea eorum vſui cedo, nam ſi ſimpliciter reſpõdet quod nolit vti,videtur fateri illud eſſe falſum.vt per Affl. in d.conſt. qui falſo inſtrumẽto.inſuper eſt cautela Cępoll.53 Item a dictis poenis ſtatutis contra committentes,& vtentes falſis inſtrumentis & teſtibus,ſunt immunes,Eccleſia,pupilli,mulieres,& miſerabiles perſonæ,ſed eorum loco incurrunt procuratores eorum , tutores, curatores,& actores.vt per d.prag.teſtem falſum. de reliquis poteris videre in ſuprad. tractatibus , quia plura inuenies facientia ad præſentem tractatum cum in multis equiparẽtur,& ex his ſit expeditus tractatus de falſ. cõmittentibus vſu.

De falſitatibus per obreptionem .

QVia per obreptionem etiam committitur falſitas. per tex. in l.ſi quis obrepſerit.ff.de falſ. per Abb.in c. ad audientiam ,

tiam, el 2. extr. de reſcript. ideo venit in præſenti tractatu opportune dicendum de dicta falſitate,& videndum eſt more ſolito. Primo quibus modis committitur talis falſitas. Secundo quomodo, quando, & per quem iudicem procedatur. Tertio quæ probationes requirantur. Quarto quibus poenis puniatur committens talem falſitatem. Quinto quibus modis excuſetur ſeu defendatur.

16 Quoad primum dicitur, quod per obreptionem falſitas committitur duobus modis principaliter, ſcilicet vel coram iudice, vel ſuperiore, vel coram priuatis perſonis, vt patet per ea quæ ponit Abb. in c. quia circa. extr. de conſang. & affin. & coram iudice committitur duobus modis, vno modo circa gratiam, alio modo circa lites. vt per Abb. in loco alleg. & in c. audientiam. el 2. de reſcript. Circa gratias quando per obreptionem falſa cauſa expoſita obtinetur aliqua diſpenſatio in beneficialibus. vt in Clem. 1. de prębend. c. 1. & 2. de filijs presb. & Abb. in. d. c. ad audientiam. el 2. de reſcript. Item in qualibet alia gratia,& priuilegio, vel quando tacetur verum. vt per Abb. in d. c. quia circa. de conſan. & affi. Item circa lites quando impetrantur aliquæ literæ, ſeu aliquod reſcriptum, per quod committitur, ſeu delegatur aliqua cauſa litis, expreſſa aliqua cauſa falſa, vel tacendo verum. vt per Abb. in d. c. quia circa. Item ſi expreſſa cauſa falſa coram prętore obtinuit te citari,& contra te procedi, & committit falſum per obreptionem. vt per Bar. in d. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. Coram priuatis vero perſonis committitur falſitas per obreptionem, ſcilicet quando exprimitur aliqua cauſa falſa teſtatori pro obtinendo legato, vel ipſe teſtator motus aliqua cauſa falſa, legaſſet libros, credens legare Doctori, cum non ſit doctor, quæ ſi fuiſſet cognita falſa, nullo modo fuiſſet factum tale legatum. vt per Abb. in d. c. quia circa. Item ſi contrahendo fuiſſet expreſſum per venditorem rem non fuiſſe venditam alicui, vel ſi vt primam venditionem. per tex. in l. qui duobus. ff. de falſ. Item ſi quis dat notario ſchedam pro vera,& notarius ponit illam in actis pro vera, bona fide, & ſit falſa, quia poteſt indirecte accuſari de falſo, non autem directe, quia notarius nõ dicitur commiſiſſe falſum. per tex.& ibi Bar. in d. l. ſi quis obrepſerit. Itẽ ſi quis dictans no-

tario, malitioſe aliquid omiſerit, & notarius bona fide ſecutus non ſcripſit, ille dictans dicitur committere falſum per obreptionem, non autem notarius. per l. qui veluti. C. de falſ. iuncta l. ſi quis obrepſerit. vt per Foller. in ſua pract. verb. item quod commiſit falſitatem. num. 1. & 2. Item qui celat teſtamentum patris vt ſuccedat ab inteſtato, dicitur committere falſum per obreptionem, & amittit hæreditatem. per conſt. regn. ſi quis patris. & per Foller. in ſuis fragm. tit. de falſ. Item qui vendit rem alteri obligatam exprimens non eſſe obligatam, vel tacens obligationem, incidit in crimen ſtellionatus. per Hipp. poſt gloſ. in d. l. qui duobus. num. 17. ff. de falſ. per l. 3. ff. de crim. ſtell. quod crimen ſtellionatus cōcurrit cum crimine falſi. vt per Hipp. in d. l. qui duobus. nu. 18. poſt gl. & per tex. in l. ſi a debitore. ff. de falſ. & ſtellio dicitur quodam animal varij & diuerſi coloris. per gl. in l. 1. ff. de crim. ſtell. quaſi quod ita variat & diuerſificat committens tale crimē, & eſt crimen extraordinarium. l. 2. ff. eod. tit. & maxime in his locum habet qui rem obligatam alij alteri obligauerunt, & non dixerunt, vel exprimētes non eſſe obligatam, vel tacentes obligationem, vel per permutationē aliquo modo, vel per calliditatem alienauerunt. Item qui merces alias pro alijs ſuppoſuerūt, vel malas pro bonis, & alijs obligatas pro liberis, & ſi dictas merces corruperunt, & ſi bonis viris impoſturam fecerunt, ſcilicet induxerūt videlicet mercatores qui occultant pecunias ad fallendum. Item quando induxerunt aliquem imponere magnum pretium mercibus ſuis, vt illas doloſe carius vendant alijs, qui nolebant emere. per Bar. in l. 1. ff. de crim. ſtell. vel mendacia dixerunt, & fecerunt colluſionem in damnum alterius, & ſi quis ſua pignora eſſe inſtrumento iurauerunt, cū non ſint ſua, & ſi quis quomodolibet periurat. & generaliter ſi deficit titulus criminalis, punitur crimine ſtellionatus. per l. 3. ff. de crim. ſtell. & tot. tit. Item qui committit præuaricationem, committit etiam crimen falſi per obreptionem, quia eſt aduocatus vnius partis, & proditorie dicit ipſi clientulo ſe oppugnare partem, & ipſum defendere, & facit contrarium pro lucro ad hæc quod contra veritatē dicit & facit & eſt mendax, & vt ſtellio varius, & vt falſarius ſit reputandus, & puniendus: licet ſuo nomine dicatur præua-

præuaricator. per l. 1. ff. de præuar. & per l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud. Item accuſator qui præuaricatur, dicitur committere falſum per obreptionem, cum iudici accuſat, & præuaricando deludit, falſum ſimulando ſi poſtquam incipit præuaricare, quia antea forte vere & ſine ſimulatione accuſauerit. quæ obreptio potius dicitur corã iudice vt dictum eſt ſupra, quemadmodũ etiam qui corrumpit iudicem vt male iudicet, poteſt dici committere falſum, per obreptionem iudici. per tex. in d. l. qui duobus. ff. de falſ. Item accuſatus ſi per corruptionem corrumpit accuſatorem, ſeu delatorem, vel iudicem vt non probetur crimen. per d. l. qui duobus. & præuaricator tenet vtramque partem, ſcilicet vnam corpore, & aliam animo, & quia animus præualet potius dicitur fauere parti aduerſæ, quæ maiorem ſummam dedit. per tex. & gl. in l. athletas. §. pen. ff. de his qui not. inf. ſed qui in totũ vnam partem relinquit, & capit aliam, committit crimen falſi. per Bar. in l. 1. ff. de crim. falſ. Item cum quis non ſit doctor, & appellat ſe doctorem, & facit aliquem actum congruentem doctori, incidit in crimen falſi, & punitur pœna ordinaria falſi. Si vero appellat ſe doctorem, non tamen facit aliquem actum congruentem doctori, punitur pœna extraordinaria. per tex. & Bar. & ibi add. ad Bar. in l. ſi quis pro milite. ff. de falſ. Item qui allegat falſas leges incidit in falſum. & ſic qui allegat apoſtillas doctorum, qui non ſunt, niſi forte in ſcholis publicis teneat quod ſint, licet neſciatur pro certo ſi ſint. Item allegans leges correctas, quæ non ſunt in corpore iuris, committit falſum. ſecus ſi ſint in corpore iuris, & allegentur in argumentum. ſed ſi ſunt in corpore iuris, ſed ſunt correctæ, & allegantur ad deciſionẽ cauſarum tenetur pœna falſi. vt per Bar. in l. fi. ff. de falſ. Et hoc intelligitur ſi dolo, & malitioſe allegat illas leges correctas, volens inducere iudicem vt proferat ſententiam in ſui fauorem iniuſte, ſecus autem ſi non malitioſe, & ſine dolo, non aduertens eſſe correctas, quia tunc non teneretur de falſo, ſed potius de imperitia. & ſi induceret iudicem vterque teneretur de imperitia. per l. imperitia. & ibi Doct. ff. de reg. iur. niſi forte eſſet aliqua nouella prag. vel conſtitutio, quæ non eſſet adhuc inſerta volumini ſtatutorum, vel ex aliqua rationabili cauſa poſſet excuſari ab imperitia. arg. eorum

Digitized by Google

quæ habetur per Doct.in c.1.de conſt.& 32.q.4.c.dixit.& in l.1. ff. de iuris & fact.ignor. ſi vero iudex non induceretur ex illa l. falſa, vel correcta ad proferendum ſententiam, non tenetur nec de falſo, nec de imperitia,quia nemini eſt nociua.per ſupradicta alleg.de falſitatibus commiſſis dicto,& vſu.& per tex.& Doct.in c.fin. extr.de iniur. vbi tunc imperitia punitur quando damnum infert,a contrario ſenſu ſi non infert damnum, non punitur.

117 Quo ad ſecundum dicitur,quod in hac ſpecie falſitatis poteſt procedi ad querelã. & querela,ſeu libellus, poteſt componi ſine tẽpore & loco,prout dictũ fuit ſupra de alijs ſpeciebus. & poteſt etiã iudex ex officio procedere contra eum qui a iudice aliquid obrepſerit,& obreptitie impetrauerit.& in actu iudiciali obripiẽs dicitur facere iniuriã iudici. vt per Bart.in d.l.ſi quis obrepſerit. n.4.per l.1.C.de calum.Et in hac ſpecie falſitatis,per d.reg.prag. teſtem falſum,poteſt eſſe iudex competens iudex principalis cauſæ, vt in alijs ſpeciebus falſitatis,etiam quod ſit iudex ciuilis. & hæc obreptio debet opponi ante litem conteſtatam ; quando eſt contra literas impetratas tantum . videlicet quando impetrans promiſerat non impetrare . quando vero eſt contra literas . & contra gratiam quatenus concernit literas,debet opponi ante litem conteſtatam , cum ſit dilatoria . quatenus vero concernit gratiam , & negotium principale , quia tunc dicitur peremptoria,poteſt opponi poſt litem conteſtatam.vt per Abb.in c.ad audientiam. el 2. de reſcript. Item præſcribitur eodem tempore ius accuſandi, quo aliæ ſpecies falſitatis,ſcilicet viginti annorum, vt dictum fuit. Item ſi agatur contra mercatores fallitos,qui occultant pecuniam ad fallendum,qui incidunt etiam in hoc crimen, ſi ſunt fugitiui poſſunt torqueri , vt indicent pecuniam datam ad mercandum , quam denegant ad fallendum . per Hipp. in l. diuus.& l.eos qui.nu. 1.ff. de falſ.Et in hac ſpecie etiam ſuſpicio habetur pro veritate ad procedendum , vt in alijs ſpeciebus .

118 Quantũ ad tertiũ,dicitur quod requiruntur illæ probationes, quæ requirũtur in alijs ſpeciebus falſitatis, prout dictum fuit ſupra.ſed aliquãdo hęc falſitas obreptionis cõſtat ex eiſdẽmet ſcripturis obreptionis ſitamen non conſtat , debet probari concludenter quantum ad condemnationem. vt dictum fuit de alijs .

Quo

119 Quo ad quartum, dicitur quod obripiens Principi caret impetratis, & tamquam falſarius eſt puniendus, non tamen pœna ordinaria, ſed extraordinaria. per text. in d. l. ſi quis obrepſerit, vbi eſt verbum, tamquam, quod denotat improprietatem. per Hippol. ibi. num.3. & ſimiliter ſi quis obrepſerit prætori, ſiue eius locum tenenti, vel vicario, nihil agit, & punitur vt
120 ſupra. vt per Hippol. ibi. quinimo ſi iudex obripiat inquiſito confeſſionem delicti, dicendo confitearis mihi delictum, quia promitto tibi parcere, nihil agit. vt per Ioan. de Imol. conſ. 109. incipient. viſa inquiſi. & Paris de Put. in tract. de ſind. car. 108. in verb. ſequitur quæſt. quot. & Hipp. in d. l. ſi quis obrepſerit, num. 13. Item ſi impetrantur literæ gratioſæ, & diſpenſatiuę, per expreſſionem falſę cauſę, ipſa diſpenſatio eſt ipſo iure nulla, & etiam ſi impetrentur per ſubreptionem verum tacendo. per tex. in c. 2. in fin. de fil. presb. ſi vero impetrentur literæ ad lites, non ſunt ipſo iure nullæ, ſed per exceptionem annullandæ. per notata in c. interim. & c. plerumque. de reſcript. quia peius eſt falſam cauſam exprimere, quam verum tacere. vt de his omnibus per Abb. in d. c. quia circa. de conſang. & affin. & in d. cap. ad audientiam. el 2. de reſcript. Item ſi legatum fiat ex falſa cauſa, annullatur legatum regulariter, fallit tamen fauore libertatis legatæ. vt per Abb. in d. c. quia circa. num. 6. Item qui male iudicat fraudulenter, vltra quod priuatur officio inreuocabiliter, efficitur infamis, & priuatur omnibus bonis per ſententiam. per conſt. regn. Si iudex fraudulenter, & etiam incidit in poenam falſi. l. 1. §. 1. de falſ. & Affl. in d. conſt. ſi iudex. primo not. Item præuaricator vt ſupra punitur poena extraordinaria: ſiue ſit præuaricator propie, ſcilicet accuſator qui adiuuat partem accuſatam, ſiue impropie vt aduocatus, qui adiuuat alteram partem aduerſam clientulo ſuo. per text. in l. 1. ff. de præuaric. & l. 1. C. de aduoca. diuerſ. iud. & etiam efficitur infamis. l. ſi is. ff. de præuaric. Item ſi vſurpans officium exigendi pecuniam fiſcalem, quia non eſt vſurpare iuriſdictionē ſed officium non commiſſum, punitur poena quatrupli. per l. 1. C. de ſtatut. & imagi. per Affl. in conſt. diram & duram. Item qui accepit pecuniam vt negotium faceret, vel non face-

faceret per calumniam, tenetur in quatruplum infra annum, poſt annum in ſimplum, actione in factum. l. in hæredem . §. fin. ff. de calumn. & ibi glo. & Doct. & c. in eum. & ibi glo. 1. q. 1. Item vendens rem duobus, tenetur pœna falſi extraordinaria, quia non publicantur eius bona, ſed tantum relegatur. prout ille qui iudicem corrupit. per tex. & ibi. Hipp. in d.l. qui duobus. in princ. & nu. 211. ff. de falſ. Item qui vendit rem alteri obligatam pro libera, punitur crimine ſtellionatus, ſcilicet pœna extraordinaria. ſcilicet in nobili pœna eſt relegatio ad tempus, & remotio ab ordine, in plebeio ad opus metalli, hodie ad triremes ad tempus arbitrio iudicis. vt per Bar. in d.l. 1. ff. de crim. ſtellio.

121 Quo ad quintum poterit quis ſe excuſare, ſi forte ignoranter & non ex dolo obrepſerit, & ſi per errorem & conſtet de iuſta cauſa erroris, & ex aliqua quæ poſſit competere, per ſupradicta in alijs ſpeciebus falſitatis in quinto membro. licet in veritate non de facili ſed raro poſſunt competere defenſiones, cum dictæ obreptiones vt plurimum ex malitia, & dolo fiant. ſi tamen per ignorantiam, vel per errorem, debet probari. quia ignorantia facti ex probationibus, quæ in facto conſiſtunt, fundatur, & excuſatur. per tex. & glo. in c. ignorantia. de regul. iur. in 6. & ex his ſit expeditus præſens tractatus, & conſequenter Liber Quintus, ad laudem Dei, & Glorioſæ Virginis Mariæ.

LIBER SEXTVS

DE DELICTIS IN LOQVENDO.

122 QVIA peſſimum eſt linguæ delictum, & Deus illud ſumme odio habet, vnde Dauid Pſal. 12. dicit: Succidit dominus vniuerſa labia blanda, & linguam loquentem mala. Item in ſequenti verſu qui dixerint, linguã noſtram roboremus, labia noſtra nobiſcum quis dominus nobis. Item Pſalmo 33. dicit, cuſtodi linguam tuam à malo, labia tua

allo-

Digitized by Google

alloquendo dolum. & Pſalmo 100. dicit Dominus, detrahentem in ſecreto proximo ſuo hunc ſuccidam elatum oculis, & latum corde, ipſum non potero ferre. & Pſal. 119. dicit, Domine eripe animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Quid detur tibi aut qui apponatur tibi ad linguam doloſam. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. & in Pſal. 58. Propter peccatoris eorum capiantur. & Pſal. 139. Vir linguoſus non dirigetur in terra. & Salamon in Prouerb. dixit c. 18. Mors, & vita in manu linguæ. & in multis alijs locis ſacræ Scripturæ, & per multos authores adeo vitiũ linguæ improbatur, vt ex eo omnia mala hominibus deueniri atteſtentur. ideo poſtquam in ſuperioribus libris de delictis in faciendo fuerit tractatum, conuenienter in hoc præſenti libro venit tractandum de delictis in loquendo. & quia quatuor modis principaliter hoc genus delicti inuenitur committi, ſcilicet blaſphemando Deum, & eius Sanctos, maledicendo Principibus, & Prælatis palam & publice. Item detrahendo ſecrete, & per circumlocutionem. Item inconſiderate tam Prælatis, quam etiam & alijs. Item etiam & iniuriando verbaliter, vel quaſi verbaliter, & de ſingulis diuiſim tractabitur. ſed quia delictum blaſphemię alijs eſt atrocius ideo de eo prius eſt differendum.

De blaſphemantibus Deum, & eius Sanctos.

DE hoc crimine blaſphemię quinque membra facienda ſunt more ſolito. Primo quid ſit blaſphemia, & quot modis committatur. Secundo quomodo, quando, & per quos iudices ſit procedendum. Tertio quæ probationes requirantur. Quarto quibus poenis puniatur. Quinto quomodo quis in dicto crimine excuſetur.

123 Quo ad primum generaliter diffiniendo, & deſcribendo dicitur quod blaſphemia eſt omne id quod Deo attribuitur, quod Deo non conuenit. vt per beat. Thom. 2. 2. quæſt. 9. & plene per Summiſtas. Item blaſphemare eſt lingua Deum, & aliquem Sanctorum eius publice relaxare. per c. 2. extr. de maledi. & omne maledictum quando verba referuntur ad Deum vel ad

San-

Sanctos eius eſt blaſphemia. per d. c.2. & in euangelio quando princeps ſacerdotum dixit audiſtis blaſphemiam quia filium Dei ſe fecit. per Bart. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. nu.4. ff. de iniur. Item iurare per membra Dei. vt per Bart. in auth. vt non luxurie. cent. natu. nu.2.& qui faciunt iuramenta ſcelerata dicuntur blaſphemare. per Bald.in l.fin.C.de reb.cred. Item ſi quis dicit alia ſcelerata verba contra Deum. per notata. per Bald. in conſ. incipien. in Chriſti nomine. per tex.in auth.vt non luxuriȩ. contr. natu. & per d. c.2. de maled. & ibi Abb. & addita. ad Abb. ibi. & quando blaſphemia ſit hæreticalis vide Nauarr. ſumm. coron. confeſſ. Tolet. & alios Summiſtas vbi plene per eos ad quos me remitto. & vide etiam diuum Thom. 2. 2. quæſt. 14. & qui facit contra honorem Dei dicitur hæreticus. & per blaſphemiam prouocatur Deus ad iram, vt in d. auth. vt non luxu. contr.nat. & offenditur Deus per blaſphemiam in eius Sanctos qui ſunt ſerui Dei. per Hoſt. in ſumm. de maled. §. qualiter. verſ. blaſphemantes. & Ioan. de Anan.in c. ſtatuimus. de maled.& quando ſunt moniti ne blaſphement, & poſt monitionem non ceſſant,tunc ſicut hȩretici iudicantur. per tex. in c.qui in Eccleſia. 24.q.3. & non ſolum qui ſunt conſueti plures Sanctos blaſphemare, ſed etiam qui conſuetus eſt vnum ſanctum blaſpemare, poſt monitionem vt hæreticus iudicatur. per Affl. in conſt. inconſutilem. in glo.ſuper verb. diuina maieſtas. & blaſphemia prohibetur de iure diuino per illud præceptum, ne iures vana per ipſum. vt per diuum Thom. 2.2.quæſt. 14. cap.14. artic. 1. & Affl. in d. conſtitut. & blaſphemia eſt verbum iniurioſum, & dicitur contra bonos mores ciuitatis, & dicitur ad infamiam alicuius. per tex.& Bart. in d.l.Item apud Labeonem.§. ait prætor. nu.4. ff.de iniur. Item blaſphemi ſunt deteriores Iudæis. quia Iudæi integrũ Corpus Chriſti ſeruauerunt in Cruce, ſed blaſphemantes Corpus Chriſti, qui eius ſanguine eos redemit, decidunt in fruſtra. vt per Hoſt. in ſumm.de exceſſ. prælat. §. clerici. & Bernar. Diaz in ſua pract. crim. in verb. blaſphemi. in princ.

124 Quo ad ſecundum dicitur qnod crimen blaſphemiæ eſt publicum, ſtricte ſumptum, & vocatur crimen læſæ maieſtatis. per

c.2.

c. 2. extr. de maled. quinimo maius quia læditur diuina Maieſtas, quod eſt pluſquam ſi offendatur regia maieſtas humana. per Bal. in rubr. C. qui accuſ. nõ poſſ. & blaſphemus in veteri teſtamento fuit à populo lapidatus. vt Leuit. c. 24. & quod ſit crimen publicum habetur per Iacob. Nouell. in pract. ſua. & theor. in verb. inquiſitio. de blaſph. num. 1. & ex hoc dicitur quod quilibet de populo poteſt accuſare de hoc crimine. vt per Blan. in pract. crim. in verb. poſtquam. num. 7. & num. 11. cum ſequen. per Bar. in l. 1. ff. de iudi. quinimo quilibet tenetur accuſare blaſphemum. vt per Abb. in c. ſtatuimus. num. 4. de maled. Item in crimine blaſphemiæ proceditur ex officio. quia in tali delicto proceditur ad inſtar criminis læſæ maieſtatis, vt dictũ eſt, & quia eſt pœna abſciſſionis linguę. per l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuri. & l. ſi cui lingua. ff. de ædili. edict. & maxime de iure regn. per quod vbi venit poena abſciſſionis membri poteſt procedi ex officio. per c. regn. vt delatas. c. neruorũ. & c. ſi temporum. & per Camp. in c. regn. ab illo inchoandum. nu. 49. Et in d. crimine poteſt procedi per inquiſitores hæreticæ prauitatis etiam ex officio. ſcilicet contra conſuetum blaſphemare, præcedente monitione. per Affl. in conſt. regn. blaſphemantes. & in conſt. inconſutilem. & Camp. in d. c. ab illo inchoandum. Item crimen blaſphemiæ poteſt cognoſci in vtroque foro, tam Eccleſiaſtico, quam ſeculari. nec poena Eccleſiaſtica impoſita per iudicem Eccleſiaſticum, impedit poenam imponendam per iudicem ſecularem. vt per Abb. in d. c. ſtatuimus. de maled. num. 4. & in tali crimine non ſit proceſſus ordinarius, ſed ſtatim vt conuincitur per duos teſtes de blaſphemia condemnatur. vt per Foll. in ſuis fragm. in princ. per d. prag. Regis Ferdinandi primi. & ſic non requiritur libellus ordinarius, iuxta formam l. libellorum. ff. de accuſat. & inſpecto iure in crimine blaſphemiæ, poſſet inferri tortura. ſed inſpecta conſuetudine, per quam non imponitur poena abſciſſionis linguæ, ſed perforationis, non poteſt inferri tortura. per Camp. in c. reg. ſi iuſte. per conſ. Grãm. 15. & ſi quis tortus ex alia cauſa, incidenter confitetur ſe blaſphemaſſe Deum, & eius Sanctos, & poſtea ratificat in tribunali in loco vbi ius redditur, nõ poteſt ex illo proceſſu condemnari, &

puni-

puniri, ſed debet nouus proceſſus inchoari, & produci illa confeſſio ad probationem dictæ blaſpemiæ.per Abb.in.c.cum ſuper. 3.colum.de male. per Inno.in c.per inquiſitionem.de elect. Bar. in l.ſi confeſſus.ff. de cuſt. reo. Affl. in d. conſt. blaſphemantes. col.2.& in deciſ.176.& eſt crimen perpetuum. per notata in c. quærela.C.de falſ.maxime cum ſit crimẽ læſæ maieſtatis,& propterea non præſcribitur tempore.per Hipp.in l.qui falſam. §. accuſatio. ff. de falſ. & maxime quia de iure canonico crimina, & maxime ſpiritualia non præſcribuntur tempore.per Abb.in c. licet. de probat.num.29.& addita ibi ad Abb.

125 Quo ad tertiũ dicitur,quod in crimine blaſphemiæ admittũtur teſtes inhabiles,nõ tamen inimici.per Bar.in l.in quæſtionibus.ff.ad l.iul.maieſt.& Blanc.in ſua pract.crim.in verb.poſtquã. num.19.& blaſphemus non poteſt repulſare teſtes contra ipſum de blaſphemia deponẽtes,niſi ex capite inimicitiæ.arg.l.famuli. & l.in quæſtionibus.ff.ad l.iul.maieſt. & ibi Bar.& Paris de Put. in tract.de ſindi.in verb.condemnatio. & Gram.conſ. 15. num. 12.Item admittitur etiam repulſa ex capite periurij & conſpirationis.per c.per tuas.el 2.& ibi Felin.extr.de ſimo.& Bar.in d. l. in quæſtionibus. cum procedatur ad inſtar criminis læſæ maieſtatis. & licet admittantur teſtes inhabiles & criminoſi, intelligitur dummodo concurrant aliæ coniecturæ. per Felin. in d.c. per tuas.de ſimo.& Franc.Aret.in c.cũ publius manconella.col.5.de accuſ.per Camp.in d.c. ab illo inchoandum.Item ſi prætenditur quod quis ſit ſolitus blaſphemare, requiritur quod conſuetudo probetur per teſtes conteſtes & non ſingulares, & quod non ſemel, bis, aut ter, ſed pluries blaſphemauerit.vt per Alex.d.conſ. 72. colum. 4. vol. 1.

126 Quo ad quartum dicitur, quod de iure diuino poenam blaſphemiæ erat, vt blaſphemus lapidetur a populo. vt Leuit.c.24. hodie autem pœna Eccleſiaſtica eſt contra blaſphemantes, quod blaſphemus ſtet ſeptem diebus præ foribus eccleſiæ in manifeſto dum aguntur miſſarum ſolemnia,& vltimo illorum die pallium & calciamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, ſeptemque precedentibus ferijs ſextis in pane & aqua ieiunet, interim Eccleſiam nullatenus ingreſſurus,& in quolibet ipſorum die, reficiat

ſciat tres,vel duos pauperes vt poterit. & ſi non ſuppetunt facultates, id in aliam pœnam commutet. & qui talem noluerit facere pœnitentiam, Eccleſię interdicitur ingreſſus donec fecerit, & Eccleſiaſtica in obitu careat ſepultura.ſed per confeſſarios in foro conſcientiæ poteſt moderari hæc poenitētia,& alia iniungi ſecundum qualitatem perſonæ, & complexionis & cauſæ, arbitrio ipſius confeſſarij.vt per Summiſtas ad quos me remitto.Temporalis autem pœna ſtatuta de iure canonico eſt,vt ſi diues ſit, ſoluat quadraginta, vel triginta, vel viginti ſolidos,vt poterit: & ſi ſit pauper ſoluat tantū quinque pro mulcta.vt in c.2.de maled.ſi tamē nobilis perſona ſit,poterit illā Eccleſiaſticam pęnitentiam eleemoſynis redimere.vt per Hoſt.eod.tit.per clem.eod. tit.per c.1.de vot.c.mulieres.de ſent.excom.c.medicina.de poen.diſt.1. vt per Abb.in d.c.ſtatuimus.de maled.num.5.De iure vero ciuili ſunt aliæ pœnæ ſtatutæ contra blaſphemantes Deum , & eius Sanctos. per Auth.vt non luxurient . contra nat. & erat pœna mortis naturalis , poſtea vero propter frequentiam blaſphemandi , quia multitudo delinquentium aliquando inducit iuſtam cauſam diſpenſandi. vt notatur in c.latores. de cleri.excom.miniſ. fuit dicta pœna minorata , & per conſt. regn. blaſphemantes.fuit ſtatutum vt amputetur lingua blaſphemantis . poſtea ſuperuenit regia pragm.Regis Ferdinandi,per quam diſponitur vltra linguę amputationem,ſiue mutilationem,ſi non appareat aliqua defenſio,quod eius bona confiſcantur pro tertia parte.& dicta pœna eſt minorata per totam Italiam per ſtatuta terrarum . vt dicit Bald.in L.iuſiurandi.C. de reb.cred. & punitur in eo mēbro in quo deliquit , prout alias in ſeruo & in hoſpite . per tex. in auth.omnes peregre.C.commun.de ſucceſſ.vt de omnibus per Affl.in conſt.blaſpemantes.col.1.& etiam d.poena amputationis linguę poteſt ex cauſa minorari , vt non amputetur ſed perforetur,non obſtante d.prag.Regis Ferdinandi primi, ſub anno 1481. 21. Aprilis,quæ iubet vt amputetur lingua,quia hoc intelligitur niſi ex iuſta cauſa aliter viſum fuerit iudici. vt per Affl.in d.cōſt. col.3.inſuper eſt alia prag. poſtea anno 1483.quæ ponit pœnam in arbitrium iudicis, dummodo quod non ſit pecuniaria. qua inſuper non obſtante , poteſt commutari in pecuniariam ſi aliquis

Digitized by Google

nobilis, vel honeſta perſona incidit in hoc crimen ex improuiſo abſque deliberatione,& propter magnā iracundiam cauſatam ex magna prouocatione, quia tunc poteſt haberi miſericordia, vt commutetur,& det magnas eleemoſynas. vt per Ioan. Andr.referent. Hoſt.in c.2. de maled. & per Affl.vbi ſupra. ſed per conſuetudinem quæ ſuperuenit,nūquam amputatur lingua,ſed perforatur. vt per Gramm.conſ.15. & Foll.in ſuis fragm.de blaſph. Sed ſi quis dixerit,in contemptum Dei, ſeu, Deo inuito, debet omnino puniri poena perforationis linguæ.vt Gramm.deciſ.50. Boer.deciſ.301.non obſtante conſ.Bal.477.vol.3.vbi tenet contrarium. Item blaſphemans Deum coram iudice,non poteſt puniri poena pecuniaria, maxime exiſtente d.prag. ſed Caſſaneus in conſ.Burgun.tenet contrarium. per gl.in c. Deus omnipotens in verb.iudicis. 2.q.1.Et vltra dictas pęnas poſtea fuit factum regium bannum per Don Parafan de Ribera Proregē regni Neap. quo iuſſit vt blaſphemantes nomen Dei, & Sanctorū, vltra alias poenas per conſt.& prag. ſtatutas, condemnentur ad remigrandum in triremibus regijs per annos quatuor, vt apparet per dictum bannum factum ſub die 26. Octobris 1566. Inſuper ſi quis Deum & Glorioſam Virginem Mariam ſemel blaſphemauerit punitur dicta poena amputationis,& hodie ſecundum conſuetudinem perforationis linguæ, & confiſcatione tertiæ partis bonorum,vtraque poena, inſuper condemnationis ad remigrādum in dictis regijs triremibus virtute dicti banni, ſicut ſi Deum & Virginem Mariam blaſphemauerit ſimul.& ſi ſemel blaſphemauerit vnum Sanctum, punitur arbitrarie, quia iura dicunt In plurali ſi quis Sāctos blaſphemauerit,vt puniatur dicta poena.vt per Affl. in d.conſt.blaſphemantes.col.4.ſimiliter ſi quis blaſphemat Deū & omnes Sanctos ſimul,punitur vna pęna ordinaria,quia dicitur vna blaſphemia.per Bal.in l.ſi duo rei. §.ſimul.nu.2.ff.de arb.& Iac.Nouell.in ſua pract.in verb.inquiſitio pro blaſphemia.n.7.Et ſupradicta intelligūtur vt quis puniatur pro blaſphemia pęna ordinaria,quando ſponte,& voluntarie blaſphemauit. ſi vero propter magnam iracundiam,vel ebrietatem dicetur infra ſuo loco. Item ſi quis blaſphemat diem primum Nouembris qui eſt dies feſtus omnium Sanctorum,punitur vna poena.ſic etiam qui omnes

Sanctos

Digitized by Google

Sanctos ſimul vno impetu blaſphemat, quia reputatur vna blaſphemia. vt Hipp.in l.ſi in rixa.nu.23.& 24.ff.de ſicar. Et dictæ poenæ habent locum contra laicum, contra clericum autem de iure antiquo erat poena depoſitionis. per c.ſi quis per capillum. 22.q.1.quæ poena vetuſtate eſt collapſa. vt per Hoſt.in ſum.de maled.§.blaſphemantes.verſ.grauior.& hodie punitur poena arbitraria. vt ibi per eum, & per Ioan.Andr. Anchar.Ant.Card.& Abb. in d.c.2. de maled. qui dicit quod communiter hoc obſeruatur. Si vero clericus fuerit rebellis,ſcilicet quia monitus non deſiſtit ſed ſæpius blaſphemat,tunc eſt deponendus. per d.cap. ſi quis per capillum.& ſic qui data incorrigibilitate,vel conſuetudine blaſphemat deponitur.alias non quod etiam tenet Alex. d. conſ.72.col.4.vol.1. verſ.prætérea.ſi tamen blaſphemia ſit ita grauis, eris deponendus etiam non acta incorrigibilitate, vel conſuetudine,videlicet qui blaſphemauit sfrenate Deum,& Virginem Mariam, & alios Sanctos pluries. & diceret velle Chriſtum,& Glorioſam Virginem Mariam, & alios Sanctos ſi habuerit præ manibus dentibus lacerare, vt faciunt quidam ſceleſti, & facinoroſi. vt per Abb.in d.c.2.de maled.Non tamen clericus poteſt ſuſtinere poenam Eccleſiaſticam contentam in d. c.2. de maled. vt per Ioan.Andr. Hoſt.& Abb.in d.cap.2.& ratio eſt vt credo quia ſi clericus ſic decalceatus & nudo capite cum corrigia circa collum, maneret in foribus Eccleſiæ coram populo, vituperaret miniſterium clericorum, & eſſet admiratio, & malum exemplum laicis, ſi publicarentur clerici ſic blaſphemantes, qui tenentur dare bonum exemplum laicis. Hodie tamen per Conc.Lateranen. Papæ Leonis X. eſt poena ſtatuta contra clericum blaſphemantem vt clericus beneficiatus pro prima vice puniatur amiſſione fructuum omnium ſuorum beneficiorum per vnum annum,pro ſecunda vice ſi habet vnum beneficium eo priuetur, ſi plura,priuetur vno,vt placuerit ordinario,pro tertia autem vice, priuetur omnibus beneficijs, & dignitatibus,& efficiatur inhabilis ad vlterius retinendum adeo vt libere conferri alijs,& ab alij impetrari poſſint. vt per Bern.Diaz in pract.crim. can.in verb.blaſphemi.& diſtribuuntur fructus dictorum beneficiorum quibus priuantur,in fabricas Eccleſiarũ dictorum bene-

Digitized by Google

ficiorum,& in eleemoſynas pauperum.vt per Bernard.ibi. hodie autem eſt bulla Pij Quinti quam vide. Item vltra dictas pœnas tam laicus quam clericus efficitur infamis. ſcilicet de iure ciuili non ipſo iure, etiam quod ſit probatum delictum, ſed ſi eſt condemnatus per ſentẽtiam:ſed de iure canonico eſt infamis ſi probetur,& conſtat de blaſphemia,ſiue ſit condemnatus, ſiue non. per gl.in c.ſuper eo quod quęſiuiſti.de teſt.& Abb.in c.teſtimonium.de teſt.& Affl.in d.conſt.blaſphemantes.col. 2.Item in blaſphemia Dei,& eius Matris,& Sanctorũ Apoſtolorum,non poteſt tranſigi,nec pœna commutari,nec fieri gratia in regno. per reg. prag. Cardinalis Gran Vela eo tẽpore Proregis Neap.quã vide.

127 Quo ad quintum dicitur, quod vt quis excuſetur a blaſphemia cautela eſt vt obtineat abſolutionem a ſummo Pontifice qui poteſt facere pacem de blaſphemia Dei,licet Epiſcopus non poſſit.per Bald.in l. iuſiurandi.ff.de iureiur.& in l.accuſationem. C. qui accuſ.non poſſ.& Ioan.Arn.caut.56.& Blanc.caut.8.Et licet non habeat abſolutionem a Pontifice,ſi tamen confitetur peccata ſua, & facit pacem cum Deo, ſi eſt ſtatutum quod facta pace pro delicto cum parte, mitius puniatur, erit mitius puniendus pro blaſphemia,vt eſt caut. Thom.Ferri.25. Item ſi ſtatutum ſit quod facta pace cum offenſo,remittatur pœna delicti,ſi blaſphemans confiteatur peccata ſua Sacerdoti, & obtineat abſolutionem,remittetur pœna blaſphemię.per Fel.in c.de his.col.2.verſ. quinto fallit.de accuſ. Affl. autem in d.conſt. blaſphemantes.de hoc dubitat, ex quo Prælatus non poteſt remittere maledictionem factam Deo. per c. vt pridem. 23. q.8. ſed in veritate d.c. nihil facit ad hoc ſed dicas per ſupradicta quod licet non remittatur in totum pœna blaſphemię,tamen mitigatur,& parcitur ei in mutilatione ſiue perforatione linguæ, quia illud ſtatutum ſimul cũ poenitentia blaſphemãtis,habet aliquid adoperari etiam in foro fori.& licet pax cum Deo non ſit legitime facta per confeſſionem factam Sacerdoti,tamẽ in foro poli Deus,qui eſt pater miſericordiarũ cui propriũ eſt ſemper miſereri & parcere,dicitur habere pacẽ pro facta,& remiſiſſe offenſam iuxta illud Prophetę Ezechielis, quotieſcumque ingemuerit peccator eius peccatum non recordabitur amplius: & Deus reſpicit cor.c.ſi quid inueniſti.

Digitized by Google

ſti.14.q.5.& qui habet effectum,ſcilicet pœnitentiæ,& pacem cordis,non curat de modo legitimo.& ſic pax dicitur vere,& legitime etiam facta cum Deo,quia Deus illam iuſſit fieri,quando dixit,oſtendite vos Sacerdotibus.vt in Euang.Luc. quo caſu eſt facienda pax blaſphemiæ, & poſtquam eſt facta dicitur ſatisfactum ſtatuto,& poena debet remitti per iudicem Eccleſiaſticum iuxta doctr.Felin.alleg. ſi tamen iudex velit eſſe fiſcalis,& velit punire attenta dicta poenitentia,& ſtatuto,mitius punit. Item ſi ruſticus dicat inconſiderate, quod Deus non poteſt facere quod ipſe teneatur ad tantas operas,vel quid ſimile, non ex malitia, ſed ex ruſticitate, & ſimplicitate non punitur linguæ mutilatione,vel perforatione, quia non peccat mortaliter,ſed venialiter. per D.Thom.2.2.q.13. niſi probetur quod voluerit detrahere potentiæ Dei. per Affl.in d.conſt.blaſphemantes.nu.3. Item ſi ſe defendat inquiſitus, & probet non incurriſſe in blaſphemiã,probando negatiuam coarctatam loco & tempore,abſoluitur a poena. Item ſi probet non incurriſſe in blaſphemiam, item non eſſe aſſuetum blaſphemare,excuſatur in aliquo. per Doct. in l.2. C. de reb.cred.vbi dicitur quod vnicus & binus actus nõ facit conſuetudinem. vt Ioan.Arn.caut.35. & Blanc.in d.caut.8. Foll.in ſuis fragm. de blaſph. licet Paris de Put. in tract. ſind. in verb. condemnatio. dicat quod in crimine blaſphemiæ non cadit defenſio.quod intelligitur ſi viſum fuerit iudici non procedere ordinarie,& non admittere.ſed ſi iudici viſum fuerit poterit admittere, & ita ſeruatur. Item ſi probet non ex propoſito & appenſate blaſphemaſſe, ſed calore iracundiæ, vel per ebrietatem, & per aliquam prouocationem. vt per Iacob. Nouell. in ſua pract. in verb.inquiſitio.de blaſph.num.1.per tex.in l.quidquid calore iracundiæ.ff.de reg.iur.& ibi Dec.n.7.& Foll.in verb.recipiant. defenſ.nu.36.& ibi plene quomodo defendatur crimen blaſphemiæ. & hoc non in totum excuſatur ſed in aliquo. & intelligas quod calor iracundiæ tunc excuſat,quando eſt tam magnus qui æquiparatur dementiæ, & ſit ex aliqua cauſa, videlicet propter amiſſionem pecunię in ludendo.vt per Abb.in d.c.ſtatuimus.nu. 6.de maled.per Hoſt.in ſumm.tit.de maled.§.quæritur.verſ.non autem.vt per Affl.in d.conſt. blaſphemantes.ſed ſi perdat pecu-

Digitized by Google

niam ludo non videtur iuſta cauſa, nec iuſta ira blaſphemandi, quia datur opera rei illicitæ, vbi quis non meretur excuſari, vt ſupra in cauſa homicidij membro 4. & per ea quæ habentur per tex.& gl.in l.1.ff.de aleato. & per Parid. in tract.de alea. Quare dicas, quando calore iracundię blaſphemauit ob pecuniam amiſſam per incurſum latronum, vel per aliquem caſum fortuitum, tunc mitius punitur, quia tunc etiam per caſum fortuitum commodatarius, & depoſitarius excuſantur, & non coguntur reſtituere. vt inſt.quib.mod. re contrah.oblig.§.is cui.& §.præterea. & ſic dominus amiſſę pecunię ſine ſua culpa habet calorem magnũ iracundię, & ſi tunc blaſphemaret non puniretur ſupradicta pœna Eccleſiaſtica.d.c.2. de maled. nec poena mutilationis, vel perforationis linguæ. tamen quia delinquit poteſt puniri aliqua mitiori poena. per iura prædicta, tam in foro contentioſo quam etiam in foro poenitentiali.& ex his ſit expeditus tractatus de blaſphemantibus Deum, & eius Sanctos.

De maledicentibus Principibus.

ANtequam veniam ad tractatum de maledicentibus Principibus, eſt dicendum quæ ſit differentia inter blaſphe-
128 mare, & maledicere, & propterea quotieſcumque verba maledicta referuntur ad Deum, & Sanctos eius, dicuntur blaſphemiæ. vt in d. c.2. de maled. & in Euangelio, quando princeps Sacerdotum dixit, audiſtis blaſphemiam, quia filium Dei ſe fecit. quando vero verba maledicta referuntur ad hominem, ſunt maledictiones.& maledicere hominibus eſt aliquid mali dicere de præterito, vel de præſenti, videlicet Petrus fuit, vel eſt latro, vel criminoſus, vel vilis, vel quid ſimile. Item quando obſecratur aliquod malum de futuro eſt maledicere, ſcilicet quod etiam de cõmuni vſu loquendi dicitur blaſphemare. ſcilicet dicendo quod talis ſuſpendatur, interficiatur, paupertatem, & aliquod damnum patiatur, vt eſt vſus loquendi, vt de omnibus prædictis per Bar. in d.l.apud Labeonem. §.ait prætor.nu.4. ff.de iniur. & ex his dicitur, quod quando aliquid ad depreſſionem officij, ſeu beneficij Eccleſiæ, dicitur maledicere. ſecundum Angel. in l.quoties. ff. de

hæred.

hæred.inſt.ſed ſecundum Bal.ibi dicitur blaſphemare. vt per addita ad Bar.in d.§.ait prætor.ſed dicas quod idem ſignificant dicta verba quando reſpiciunt hominem, & dicuntur contra hominem vt dictum eſt.nec eſt curandum quo verbo dicant. tamen ſi verba referantur & reſpiciunt perſonam Papæ,vel Principis,& reſpiciunt iniuriam perſonæ,dicentur maledicere. vt patet per l. 1.C.ſi quis Imperat.maled.vbi dicit,ſi quis nomina Imperatoris. ſi vero reſpiciunt depreſſionem officij, & beneficij Eccleſiæ, & poteſtatem Papæ,ſeu Principis, videlicet dicendo Papam non poſſe diſpenſare aliquid, non poſſe aliquid facere quod facere poteſt, tunc eſt blaſphemare, & dicitur hæreticus talis blaſphemans.per c.illi qui.§.quia vero.cum ſeq.24.q.3. & quia eſt contra honorē,& poteſtatem Vicarij Dei, dicitur hæreticus: quemadmodum quando quis dicit aliquid contra honorem, & poteſtatem Imperatoris, vel Regis,dicitur ribellis.per extrauag. qui ſunt rebelles.vt dictum eſt ſupra. vt per Ioan.Anan.in c.fin.de maled.& per add. ad Bart. in d.§.ait prætor. Item Principi nemo maledicere debet.per tex. in d.l.1. C.ſi quis Imperatori maled. & per tex.in c.paratus.23.q.1. ibi ſcriptū eſt,principi populi tui non maledices. & qui maledicunt, vel facilitate,vel temeritate peccant,& maledici non poſſidebunt Regnū Dei.c.vnum.§.alijs. in fin.diſt.25.Item non licet diſputare de factis Regis. per conſt. regn.diſputare.& ibi. And.de Iſer.& vaſſallus debet ſe abſtinere ne male loquatur de domino ſuo. vt per Iacob. de Caren.in ſua ſum.in rubr.quib.feud.amitt. & olim erant ſtatuti officiales, qui corrigebant eos qui male loquebantur de principe.vt gl.in rubr. de præp. Lab.lib.12. & Affl.in deciſ.265.nu.61. Quomodo au-

129 tem procedatur contra hos maledicos dic quod ſi maledictiones ſunt contra poteſtatem & honorem Papæ,in depreſſionē officij,& beneficij Papæ,tunc quia non ſolum poſſunt dici blaſphemi, ſed etiam hæretici,& qui ſic contra principem, & eius poteſtatem, & honorem, poſſunt dici rebelles, & poteſt contra eos procedi extraordinarie non ſeruato proceſſu ordinario, prout dictum fuit de blaſphemantibus, & quilibet de populo poteſt accuſare, & poteſt procedi ex officio, & probatis talibus dictis per duos teſtes conteſtes poterunt condemnari, & admittuntur

X 4 teſtes

teſtes inhabiles ad probationem prædictorum maledictorum, & non poterunt repulſari, niſi ex capite inimicitiæ, prout dictũ fuit de blaſphemantibus. & quia nec per d.c.1.& 2.de maled.nec per
130 alia iura reperitur expreſſa aliqua pęna, ſed tantũ præcipitur teſtes eſſe a tali temeritate compeſcẽdos, pœna videtur relicta arbitrio iudicis, per gl. in l.nemo martyres.& ibi Bar.C.de ſacroſanct. Eccleſ.& gloſ.in clemen.2. in fin. verb. ſanctioni. de vit. & honeſt.cler. per tex.in c.de cauſis.§.fin.de officio deleg. Sed ſi verba ſint talia contra Romanam Eccleſiam prolata, vt ſapiant hæreſim, videlicet ſi quis dixerit Papam non poſſe condere canones, tunc erit puniendus tamquam hæreticus. vt dictum fuit ſup.in tract.de hæreſ.& ſi aliud dixerit, puniendus eſt arbitrarie, attenta qualitate perſonarum, & verborum, & cõſideratis conſiderãdis. vt per Bern.Diaz.in ſua pract.crim.in verb.maled.in 1.
131 col. Et inquiſitus maledicus poteſt facere defenſiones probãdo negatiuã coarctatam loco & tempore, & quod non ſit ſolitus hęc committere, & quod per dementiã, vel per ebrietatẽ dixerit, & alias vt ſupra.& ſi probantur, poterit ſe excuſare, & defendere, ſi vero exceptiones non probantur, poterit puniri vt ſupra, ſiue clericus, ſiue laicus. ſi vero aliquis maledixerit Imperatori, vel Regi, eſt referendum ſeu denunciandum ipſi Imperatori, vel Regi, vel illis qui vicem eorum gerunt, vt cõſideratis qualitatibus maledicentium exiſtiment quid faciendum. & ſi fuit dictum ex temulentia, vel leuitate, erit contemnendum, ſi ex inſania, miſeratione dignum, ſi ex temeritate, & malitia erit arbitrarie puniendum. vt per d.l.vni.C.ſi quis Imperat.maled. & ſi erunt clerici qui hęc dixerint Imperatori vel Regi, erunt per iudicem Eccleſiaſticum puniendi, conſideratis ſupradictis arbitrarie. ſi laici, erunt puniendi vel per prædictos Imperatorem, vel Regẽ, vel per eorum Vicesgerentes, habentes in his poteſtatem, & iuriſdictionem.& ex his ſit finis pręſentis tractatus de maledicentibus.

De detrahentibus & murmurantibus.

POſtquam fuit viſum de maledicentibus expreſſe Principibus, quia aliquando ſolent quodammodo homines & prin-

cipibus

32 cipibus Prælatis detrahere,necnon & alijs hominibus,item & murmurationes contra prædictos facere, ideo præſenti loco non eſt omittendum de illis dicere. & ideo dicitur quod vitium detractionis ſemper fuit deteſtabile,& nõ ſolum apud Chriſtianos, ſed etiam apud Gẽtiles.hinc eſt quod Cicero in inuectiua contra Saluſtiũ dixit, ſæpe grauius defendere eos qui aliena vitia aperte dixerunt, quam eos qui delicta commiſerunt. vt per gloſ. in clemen.religioſi.§.quibus.de priuil.Et non ſolum quando aperte quis dixerit vitia aliena grauius peccat & offendit, ſed etiam quando ſecreto proximo ſuo detrahit, vt Dauid Pſal. 100. dicit Dominus,detrahentem in ſecreto proximo ſuo ſuccidam. vt per gloſ.in c.1.de maled. & Doctoribus prohibitum eſt detrahere. per c.deteriores. 6.q.1.Item prohibitum eſt religioſis in ſuis ſermonibus ſuis Prælatis detrahere.per d. clemen. religioſi. §. quibus. de priuil.vt per Ioan.Andr.in d. c.1. de maled. Item prohibitum eſt detrahere miniſtris Eccleſiarum. & dicit beatus Hieronymus ad Ruſticũ,non eſt humanitatis noſtræ de miniſtris Eccleſiarum quidquam ſiniſtrum dicere. vt per gloſ.in d.clem.religioſi.§.quibus. Item detractio eſt prohibita fratribus, & proximis.vt per gloſ.in d.c.1.de maled. per c.nimium.33. q.4. vbi dicitur,quod melius eſt in ſeueritate delinquere,quam lenitate decipere. & per c. qui putat.eadem ſupradicta quæſt. ibi.cuius ſit vox Pſal.detrahente ſecreto proximo,perſequebatur.& prędicatores ſolent duplici modo detrahere, vel loquendo nominatim inſiconderate, vel per circumlocutionem, & quolibet modo prohibitum eſt.quia qui inconſiderate loquitur ſentit mala. per tex.in c.ſed aliud.5.q.1.quinimo nõ licet prædicatoribus nominatim vera tangere, ſed debent loqui generaliter: & in generali non debent loqui inconſiderate, & per circumlocutionem, ſed debent linguam coercere, & omnia moderate dicere.vt per
133 gloſ.in d.clem.religioſi.§.quibus.Et ſi de prędictis poterit conſtare taliter quod in iudicium contentioſum deducatur, poterit contra eos fieri proceſſus extraordinarius & procedi.vt ſupra dictum fuit. ſcilicet quando ſit detractio enormis principibus Pręlatis, quia eſſet quædã ſpecies rebellionis,& maledictionis.vt ſupra.& alias,vt iudici viſum fuerit. & probationes,& defenſiones

eſſe

eſſe poſſunt vt ſupra dictum fuit de blaſpemantibus & maledicentibus. & ſi conſtat contra eos per duos teſtes conteſtes, pote-
134 rũt arbitrarie puniri. & ipſi detractores ſunt infames, & merito ab Eccleſia extorres fiunt. per c. deteriores. 6. q. 1. & hæc in foro contentioſo, quando poſſunt in forum, ſeu iudicium cõtẽtioſum deduci, & eſſet contra eos querela. ſi vero non poſſunt in iudicium deduci, tunc religioſi qui in ſermonibus ſuis Prælatis detrahunt, per duos mẽſes ſubiacere debent illis pœnis, quæ ſecundum eorum regulã, & ſtatuta pro grauioribus criminibus, & culpis eis cõnſueuerunt infligi. ſuper quibus abſque manifeſta neceſſitate non debet diſpenſari, vt ſtatutum eſt in Conc. Viennen. de quo in d. clem. 1. §. quibus. de priuil. Clericus vero qui detraxit & murmurauit ſecreto contra Prælatum ſuum, ita vt non poſſit in iudicium contentioſum deduci, alienus ſit à fratrum vnione, & iuxta menſurã operis in hoc peccantis, ſacerdotis iudicio pœniteat. vt per c. alienus. 90. diſt. ſinod. octauæ. & Bernar. Diaz. in ſua pract crim. in verb. maledici. car. 2. Laici vero ſi detrahunt & murmurant, vel contra Prælatos & ſuperiores, vel contra alios & non poteſt in iudicium deduci, erũt in foro pœnitentiali puniendi, conſideratis conſiderandis, arbitrio confeſſoris ſui. de quibus ſpectantibus ad forum conſcientiæ me remitto ad Theologos, & Summiſtas. & ex his ſit expeditus hic breuis tractatus de detrahentibus, & murmurantibus.

De iniuriantibus.

ET quia maledictiones, detractiones, murmurationes, & iniuriæ tendunt in hominis improperium, & offenſam. videndum eſt igitur in quo differant antequam ad tractatum de iniu-
135 rijs deueniatur. & dicitur, quod licet omnia ſupradicta tendant in proximi ignominiam, tamen differunt inter ſe. quia maledictiones dicuntur illa verba, quæ proferuntur cõtra Principes palam, tamen in eorum abſentia, & intentione, vt non deueniant ad eorũ aures. vt patet in d. c. 1. de maled. & d. l. 1. C. ſi quis Impera. maledix. detractiones vero ſunt illa verba quæ proferuntur contra Prælatos quoſcumque, & quoſlibet alios homines, vel palam,

lam, vel per circumlocutionem, ad eorum improperium, & reprehenſionem, vel in abſentia, vel in præſentia, tamen colorate, dicendo malum ſub zelo boni.per c.nimium.23. q.4. ibi.melius eſt in ſeueritate diligere,quam lenitate decipere. murmurationes ſunt, quando quis in ſecreto profert mala verba contra proximum quemlibet in abſentia, cum intentione ipſum diffamandi ſecreto, & taliter quod neſciat ille contra quem proferuntur,taliter quod non poſſit contra murmurantem in iudicium deduci.vt patet per d.c.alienus,90.diſt. vbi punitur in foro pœnitentię pro murmuratione arbitrio ſacerdotis.Iniurię vero ſunt, cum vel in præſentia,vel in abſentia,iniurioſa verba proferuntur ad improperium alicuius, animo & propoſito vt ipſe iniuriatus ſciat ſe eſſe iniuriatum,& improperatum,intelligendo hoc de iniurijs verbalibus & de conuicijs. vt in l.1.ff.de iniur. & l.Item apud Labeonem. §. conuicium.ff.eod.tit. Et ex his veniendo ad tractum iniuriarum, diuidendo more ſolito,videndum eſt Primo quid ſit iniuria, & quot modis conferatur. Secundo quomodo, & per quem iudicem procedatur in dicto crimine. Tertio quomodo probentur iniuriæ. Quarto quomodo puniantur iniuriantes. Quinto quomodo poſſunt excuſari & defendi.

Quo ad primum dicitur quod iniuria ſimpliciter,& in genere eſt maleficium, & id quod non iure fit.& ſic comprehendit omnes ſpecies iniuriarum. ſcilicet tam illam iniuriam quæ fit re, quam illam quæ fit verbis, & tam illam quæ fit in corpus,quam illam quæ fit in dignitate,& pudicitia. iuxta l.1.ff. de iniur. per tex. & glo. inſt. de oblig.quæ ex delict. naſcun.§.1. & Blanc. in tract.crim.in verb. viſis indicijs. quia iniuria eſt duplex, ſcilicet verbalis,& realis, realis eſt quando fit re vel in corpus, vel in dignitate, vel in pudicitia,de qua ſpecie dictum eſt ſupra de delict. in coeundo. & de delictis in percutien. verbalis iniuria eſt quando fit verbis, vel in corpus, vel in dignitate, vel in pudicitia, vt infra. & dicitur conuicium quando per vociferationes, quis iniuriatur, quaſi conuocium. per d. l.1. ff.de iniur. & d. l. apud Labeonē. §.conuicium. Item dicitur iniuria verbalis quando quis per ſcripturam, ſcilicet per carmen famoſum quis iniuriatur. tot. tit. de famoſ. libell.& d.l.apud Labeonem. §.ſi quis

libel-

libellos. ff. de iniur. & Roma. conſ. 378. quia ſcriptura loquitur, vt dicitur de lege quæ ſemper loquitur l. arriani. C. de hæret. Bart. in l.omnes populi. nu.69. ff. de iuſti. & iur. Item qui accipiunt aliquem habitum eremitarum, vel alium in deluſionem alterius, dicuntur facere iniuriam quaſi verbalem. quia licet non loquantur, tamen quibuſdam ſignis, & procedendo videntur loqui, & per contemptum & deluſionem iniuriari. vel quando iudex ad vlteriora procedit cõtra oppoſita per partem, videtur tacite interloqui, & pronunciare exceptiones & oppoſitiones non eſſe admitendas. per tex. in l. à præcedente. & ibi Bart.nu.4. C.de dilat. Et hi tales dicuntur facere contumeliam, quæ dicitur à contemnendo. vt in l.1. in princ. ff. de iniur. & iniuria ſupradicto modo facta dicitur verbalis, vel quaſi verbalis. & etiam iniuriam dicuntur facere illi qui faciunt macriatam in domibus alicuius Neap. in eius improperium & contumeliam. vt eſt de hoc regia pragm. vt dicetur infra. de quibus iniurijs eſt tex. & gloſ. inſt. de iniur. in princ. & conſ. Roman. 378. & generaliter iniuria verbalis poteſt dici omnis quoties non infertur violentia per manus. vt in l.1. §. iniuriam. ff. de iniur. & conuicium & iniuria verbalis dicitur illa quæ profertur contra mores ciuitatis. per d. l. Item apud Labeonem. §.conuicium. per Gramm. deciſ.14.nu.9. Et differunt iniuria & contumelia tamquam genus à ſpecie, quia iniuria eſt genus capiendo eam generaliter pro omni eo quod iure non fit, contumelia eſt ſpecies, ſcilicet quando quis iniuriando contemnit, dicta à contemnendo.vt dictum eſt ſupra. per l.1. in princ. ff.de iniur.Affl. in deciſ.307. nu.7. ſed ſi vis capere iniuriam in ſpecie pro iniuria verbali, contumelia poteſt dici magis generalis. quia contemnit non ſolum qui proprie loquitur, ſed etiam qui iniuriam infert non loquendo, ſed per quædam geſta. & iniuriarum actio naſcitur ſtatim facta iniuria, ſeu contumelia. & ſtatim poteſt aboleri diſſimulatione. vt dicetur infra ſuo loco. per tex.& gloſ. in §. fin. inſtit. de iniur. & Affl. in conſtit. generalia iura.5. nota.& iniuria ſeu contumelia infertur non ſolum in præſentẽ, ſed etiam in abſentem.vt per Abb.in d.c.1.de maled.per tex.in c.1. 5.q.1.& per tex. in d.l.apud Labeonẽ.§.ſi quis libellos.de iniur.

Item

Item dicitur quis facere iniuriam, quando profert aliqua verba iniurioſa ſi hoc facit animo iniuriandi. ſecus ſi non animo iniuriandi vt dicetur infra ſuo loco. quia iniuria conſiſtit ex animo facientis. per l.illud.§.1.ff.de iniuric Gramm.deciſ. 37. Aimon. conſ.145. & Iul.Clar. libr. 1.§. iniuria. & qui animo iniuriandi vocat quem ſpurium, vel mitratum, licet interſit rei publicæ vt eius infamia manifeſtetur, & ſic videtur quod non teneatur actione iniuriarum,ſicut ille qui vocat aliquem cæcum vel claudum, vel cucurbitam vbi non intereſt rei publicæ manifeſtari. per Bart. & Angel. in l. eum qui nolit. ff. de iniur. tamen quia non facit animo manifeſtandi, ſed animo iniuriandi, & offendendi, tenetur actione iniuriarum, quia nemo debet detegere defectus & infamiam alterius per odium & iniuriam. l.2. C. quando,& quibus quart.pars. lib.10. Item qui accuſat aliquem de aliquo quod continet delictum, & infamiam, videlicet vt falſarium, homicidiarium, & de reliquis, ſi non probat, tenetur actione iniuriarum. l.item apud Labeonem. §. ſi quis libellos. ff.de iniur.& Camp.in c.regn. accuſatorũ. Et qui dicit aliquem commiſiſſe homicidium, vel aliquod maleficium, non ſolum dicit iniuriam, ſed etiam diffamat, licet ſimpliciter, & in genere dicat, non ſpecificando contra quem commiſerit. ſi vero quis dicat talem eſſe impium hominem, vel peſſimum, non diffamat de aliquo maleficio ſed tantum facit iniuriam. per Bart. in l.turpia. nu.4.ff.de leg.1. & ſi quis vocat aliquem latronem, vel homicidam, & improperat aliquod crimen commiſſum, vel in genere vel in ſpecie, dicit iniuriam verbalem. ſed ſi nominat delictum in ſpecie maiorem iniuriam infert.per Bar.in d.l.apud Labeonem.§.ait prætor.& per ibi add.ad Bar.ff.de iniur. Et ſi quis accuſat,& infamat aliquam in iudicio eſſe ancillam,ſi deſiſtit ab accuſatione & non procedit, tenetur actione iniuriarum.ſi non deſiſtit, ſed perſeuerat vſque ad finem,ſi probat non punitur, ſi nõ probat finito dicto iudicio,dicta iniuriata poteſt agere actione iniuriarum contra illum qui ipſam infamauit,& accuſauit eſſe ancillam. l. ſiquidem. C.de iniur. Item ſi quis contra officialem porrigit libellum per quem ipſe officialis infamatur, videlicet de barattaria,& de alijs ſimilibus infamatorijs,ſi non probat

ſaltem

ſaltem ſemiplene, tenetur actione iniuriarum.per Parid.de Put. in tract.ſind. in verb.iniuria.col.1. & ſi quis obijcit contra officiales crimina & defectus, & non probat, tenetur actione iniuriarum, etiam quod proteſtetur quod non animo iniuriandi, ex quo apparet facere animo iuriandi. vt per Parid.in d.verb.iniuria.verſ.an ſi contra officialem. Et e contra officiales non debent afficere iniurijs etiam verbalibus eorum ſubditos, alias tenentur in ſindicatu actione iniuriarum.per l.1.ff.de iniur. Foll.in pract. crim.in verb.ſtudeat bene viuendi moribus. nu.17. Item officiales & eorum executores non debent afficere iniurijs etiam verbalibus illos quos capiunt,& contra quos exequũtur.l.omnes.§. pręterea nullus.C.de Epiſc.& cler.& Foll.in practicrim.in verb. annotatos capiat de perſona. nu.16.& iudex non debet inferre aliquam iniuriam etiam verbalem appellantibus.l.minime.C.de appell.Foll.in d.verb.ſtudeat.nu.21. & iniuria,& infamia fit alteri,ſi dicatur tu es ſpurius ex Monacho natus.per Bar.in d.l.turpia.per illum tex.ff.de leg.1.Item ſi vocat aliquem cæcum etiam quod ſit cæcus,ſi hoc dixit ad iniuriam. per And.de Iſer.in cõſt. reg.varietates. Item ſi vocat aliquem rebellem,qui vere fuit rebellis,ſed poſtea reſtitutus, tenetur actione iniuriarum.per Iſern. in d.cõſt. & in c.1. §.præterea.quæ ſit prima cauſ.benef.amitt. Item ſi quis dicat tu mentiris, etiam ſi dicat ſaluo honore facit iniuriam, ſcilicet quando illud quod fuerat ſibi dictum erat verum,quia tunc eſt verbũ iniurioſum,vt de omnibus.per Bar.in d. l.Item apud Lab.§.ait prętor.& l.eum qui nocentẽ.eod.tit.& per add. ad Bar.in d.§.ait prætor.de iniur.ſecus ſi illud quod ſibi fuit dictum ex aduerſo, non ſit verum. quia ad defenſionẽ honoris licitum eſt dicere tu mentiris. per Bar.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. Item ſi quis dicat & improperat plura verba iniurioſa in aliquem,ſi idem ſignificant,habentur pro vna iniuria,ſi ſignificant diuerſum improperium,ſunt plures iniuriæ. vt per Bar.in d.§.ait prætor. & ibi add. ad Bart. & ex eodem proceſſu procedetur & punietur ſi tamquam eſſet vna iniuria, videlicet ſi quis dicat beccus cucurbita. ſed tamen in hoc caſu debet augeri pœna, tamquam de iniuria pluries dicta,prout dictum fuit ſupra.per ea quæ habentur in l.numquam plura. ff.de priuat.delict. Item verbalem

balem facit iniuriam, qui verbis prouocat aliquem per duellum, & punitur pœna nouell.pragm. de duello. & ſi duellum non acceptatur per prouocatum, prouocans eſt infamis, & prouocatus eſt honoratus. vt in d. pragm.

137 Quo ad ſecundum, dicitur quod iniuria verbalis eſt priuati iudicis. l.iniuriarum.C. de iniur.niſi eſſet cauſa famoſi libelli, vbi venit pœna capitalis infligenda.per l.1.C.de famoſ. libell. & gloſ.in d.l.iniuriarum.& iudicium iniuriarium verbalium eſt priuatum.vt Blanc.in pract.crim.in verb.poſtquam. num.23.quia eſt inter iudicia priuata. l.lex Cornelia.ff. de iniur. & ante Iuſtinianum erat publicum, quia erat numeratum inter quæſtiones publicas.per l.2.§.deinde Cornelius.ff.de orig.iur. ſed poſtea Iuſtinianus fecit apponi inter iudicia priuata à compilatoribus titulum de iniur.vt per Blanc.in loco ſupradicto.Inſuper illæ iniuriæ quæ aſſimilantur carmini famoſo,videlicet quando gabadei capiunt habitum in opprobriũ alicuius, & quando faciunt macriatam, vel petriatam in foribus alicuius,in opprobrium & ignominiam illius,potius dicũtur publici iuris.per Parid.de Put.de ſindicat.in verb.iniuriam.vol.2.quemadmodũ & famoſi libelli,quia poteſt imponi pœna capitalis.per d.reg.prag.& quando eſt crimẽ publicum quilibet de populo poteſt accuſare.vt in.§. 1.inſt.de iniur.Et merito dictę iniurię ęquiparãtur libello famoſo quia inducunt famoſam ignominiam,quemadmodũ libellus famoſus, & ſic militat ratio.& vbi militat eadem ratio debet eſſe eadẽ iuris diſpoſitio.per tex.in l.filium habeo.ff.ad l.aquil.& Bar.in l. omnes populi.ff.de iuſt.& iur. & quotiens fit iniuria clerico, ſiue realis, ſiue verbalis, eſt crimen publicum, & quilibet de populo poteſt accuſare. per Bar.in l.ſi quis in hoc genus.C. de Epiſc.& cler. & quando eſt crimen publicum, iudex poteſt procedere ex officio tam de iure communi, quam de iure regni,vbi venit imponenda pœna capitalis,vel membri abſciſionis vt dictum fuit ſupra. per c.regn.ne tuorum.& ſi temporum.& alia.quinimo etiam quando eſt priuatum delictum de iure communi ad partis denunciam poterit procedi ex officio,& imponi pœna extraordinaria applicanda curię in totum.ſecundum Gram.deciſ.37.Sed hodie de iure regni per c.Reginæ Ioannæ,quod incipit, ſtatuentes.pro verbis iniu-

iniurioſis non poteſt procedi ex officio criminaliter, ad denunciam partis. Item eſt ſtilus cancellariç vt in priuatis delictis in regno non procedantur ex officio. vt per Gram. in d. deciſ. 37. n. 12. ſed in dictis caſibus criminis famoſi macriatæ, & ſimilium, quia venit imponenda poena capitalis, & vltra relegationem, poteſt procedi ex officio. per d. c. ne tuorum. & alia. vt ſupra. Item ſi fiat iniuria clerico poteſt procedi ex officio. per c. regn. de iniur. & ibi Sebaſt. de Neap. tamẽ intelligitur pro iniuria atroci & enormi, non pro leuibus verbis iniurioſis. per ea quç voluit Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cler. in fin. & Camp. in d. c. de iniuriijs. num. 12. Item licet volenti regulariter non ſit iniuria, tamen ſi ſit facta iniuria atrox & magna in corpus, videlicet impoſitæ manus violentæ, vel iniectum in corpus aliquod immundum ad ignominiam, vbi poſſit ex officio procedi, etiam ſi talis iniuria fiat volenti, iudex tamen poterit ex officio procedere pro intereſſe publico. vt per Gramm. in d. deciſ. 37. num. 13. Item ſi fiat iniuria officiali exercenti iuriſdictionem, quia dicitur facta dignitati, ſi eſt iudex maior, poteſt cognoſcere & punire idem iudex qui paſſus eſt iniuriã, quia magni domini poſſunt cognoſcere de offenſa ſibi facta. ſed melius & honeſtius eſt, vt committat alij, etiam ſi eſſet Rex. per Andr. de Iſern. in tit. de prohib. feud. aliena. per Fede. §. præterea. & quãdo Rex ipſemet vellet cognoſcere de cauſa ſua, dicitur regnum tunc vacare. per Parid. de Put. de ſind. in verb. iniuria. ver. an ſi officialis proceſſit. ſi vero ſit iudex inferior, nec de iure, nec de conſuetudine poteſt cognoſcere & punire de iniuria ſibi facta. vt ibi per Parid. ſiue ſit facta iniuria reſpectu officij, ſiue perſonæ, ſed tunc poteſt facere querelam coram ſuperioribus. quando vero iniuria eſſet notoria, & intuitu officij, tunc bene poterit cognoſcere & punire, & cognoſcere per viam notorij. examinatis circunſtantibus coram ipſo iniuriante, vt puniatur per viam notorij. vt per Parid. de Put. in verb. notorium, & Affl. in conſt. eos tantum. col. 1. & 2. & hoc quando ipſi, vel alij in eius prçſentia fuit facta iniuria verbalis. ſi vero ſit realis, videlicet ſi data fuit alapa poteſtati, dictum fuit ſupra tit. de vulneran. & percutien. in 4. membr. Item quando officialis infert iniuriam ſubdito Regis, oritur duplex iniuria

ria vna ipſi ſubdito, alia Regi. & licet ipſe iniuriatus non faciat querelam in ſindicatu, poteſt procurator fiſci agere ad poenam, duarum partium bonorum fiſco regio applicandam, & ad eius infamiam, quod nō admittatur vlterius ad aliquod officium, quia per remiſſionem partis non eſt remiſſa iniuria facta Regi. ſicut quando fit iniuria clerico, fit duplex iniuria, vna ipſi clerico, alia Eccleſiæ. vt per Abb. in c. parochianos. de ſent. excom. ſuper gl. 1. & Affl. in d. conſt. eos tantum. quarto not. intelligendo tamen hoc, ſi officialis facit atrocem iniuriam ſubdito Regis ex prouocatione. ſed ſi propter temeritatem, & importunitatem ſubditi, ſit facta aliqua leuis iniuria per officialem, non debet puniri. & procurator fiſci non poteſt facere inſtantiam. vt dictum fuit ſupra in tract. in percutiendo. de percuſſion. in 5. membro. per Parid. de Put. de ſind. in verb. ſindicantur officiales per violentiam. Item iniuriatus poteſt agere duplici modo, ſcilicet criminaliter, & ciuiliter. per §. in ſumma. inſt. de iniur. Si agatur criminaliter non poteſt pro verbis iniurioſis ad denunciam procedi ex officio, ſed per libellum legitime ordinatum. per ritum magnæ curiæ vicariæ, qui incipit, ſtatuentes. & libellus debet concludere ad vindictā publicam ipſum iniuriantem puniri, & caſtigari poena merita quatenus iuris. & tunc tota poena applicatur curiæ. per d. §. in ſumma. & per ſuprad. Et ſi facit dictū libellum & poſtea deſiſtit, curia non poteſt ex officio procedere. per Bar. in l. 1. C. de abol. & pragm. quæ loquitur quod deſiſtente accuſatore, poteſt curia procedere ex officio, intelligitur in caſibus vbi poteſt ex officio procedi, ſed pro verbis iniurioſis non poteſt procedi ex off. Item in prædicto crimine iniuriarum eſt permiſſa tranſactio. & ex hoc etiam nō poteſt procedi ex officio deſiſtēte accuſatore. per Foll. in ſuis fragm. de iniur. n. 140. Item poteſt iniuriatus pro verbis iniurioſis agere ciuiliter actione iniuriarum, & dicere in libello cum iuramento quod potius voluiſſet amittere de ſuis proprijs bonis tantā ſummam pecuniæ, nominandā per ipſum, quam talem iniuriam ſentire, & petere condemnari iniuriantem ad dictam ſummam, & quod duæ partes ex dicta ſumma applicentur curiæ, & vna ipſi iniuriato, & ita poſtea debet ſequi condemnatio

in caſu condemnationis. poteſt tamen iudex ante condemnationem, æſtimationem ipſam taxare, & moderare. vt per conſt.reg. varietates pœnarum. quæ eſt conformis cum iure communi. vt per Affl.in d.conſt.varietates.2. & 4.not.A qua ſententia poteſt vtraque pars appellare. vt per Affl. ibi. & ſi fiat libellus iniuriarum in magna curia, vel alio regio tribunali ad inſtantiam partis,vel baronis,debet cauſa remitti ad officiales baronis,quia habet priuilegiũ à Rege de dictis cauſis, vt duæ partes applicentur baronali curię.Si vero agatur coram baiulis debet remitti ad iuſtitiarium loci, quia baiuli non poſſunt cognoſcere cauſas criminales,nec mixtas, ſed tãtum ciuiles,& in modica ſumma.& dicta cauſa iniuriarum etiam ciuiliter mota,eſt mixta, quia deſcendit ex delicto,& vt plurimũ pars pœnæ applicatur curiæ.vt per Affl. in d.conſt.varietates.& etiam quod hodie per.c.reg.Illuſtri.cauſæ criminales intelliguntur tantum vbi venit pœna capitalis, vel abſciſſio membri,hoc intelligitur vt non poſſit cognoſcere vltra eas iudex criminalis, quando in vna Terra ſunt duo Iudices,ſcilicet vnus ciuilis, & alius criminalis.vt per dec.Cap. non autem propterea poterit cognoſcere baiulus in d.cauſa, ſed iudex cauſarum ciuilium. Item quando pœna venit in totum applicanda fiſco, eſt criminalis.vt per gloſ.& ibi addita in §. in ſumma. inſt. de iniur. & quando pro parte applicatur curiæ, & pro parte iniuriato, dicitur mixta. vt per Affl. vbi ſupra.& in cauſa iniuriarum ciuiliter mota, non poteſt quis petere cautionem de iudicio ſiſti ſi reus poſſidet immobilia, prout peti poteſt in cauſa criminali, quia non eſt iudicium criminale, ſed mixtum. & quia ſumus in materia odioſa, appellatione criminalis, non venit mixtum. vt per Affl. in d. conſt. varietates. prope finem. Item ſciendum eſt,quod cauſa iniuriarum præſcribitur anno, ſcilicet illa prætoria,quæ intentatur pro iniurijs verbalibus, per l. ſi non conuicij. §. 1. C. de iniur. illa vero quæ deſcendit ex l. Cornelia, videlicet ſi quis vulneratus, ac pulſatus fuerit, ſiue ſine dolore ſiue cum dolore, & omnis iniuria, quæ fit manu, quæ continetur l. cornelia, hæc durat perpetua. vt inſt. de perpet. & temp. actio. in princ. per Affl. in d. conſt. varietates.1. nota.

nota. & olim per iura antiqua durabat perpetuo, ſed hodie per conſt. regn. Imperiales. durat annis viginti. per tex. in l. querela. & ibi gloſ. cap. de falſ. & gloſ. inſt. de perpet. & tempo. actio.

138 Quo ad tertium dicitur, quod verbalis, ſeu quaſi verbalis, debet probari plene & legitime per teſtes conteſtes, & per probationes luce meridiana clariores, prout alia delicta. per tex. in l. fin. C. de probat. & ſi non ſunt plenę & legitimę probationes per teſtes idoneos fide dignos, & non ſingulares, actore non probante reus eſt abſoluendus. nec admittuntur teſtes inhabiles, quia in tali delicto non iudicatur ex indicijs, & præſumptionibus, nec eſt locus torturæ, quia non eſt infligenda pœna mortis naturalis, nec ciuilis, nec abſciſſionis membri pro dictis iniurijs verbalibus, ſed pecuniaria, vel exilij, & ſic infra relegationem, quo caſu non eſt locus torturæ. per cap. regn. tormenta. Hoc tamen limitatur niſi in cauſa famoſi libelli, vel macriatæ factæ, & ſimilium. vt dictum fuit ſupra, vbi infligitur pœna capitalis. Item quia tales iniuriæ fiunt clam & occulte, & ſic ſunt difficilis probationis, propterea admittuntur teſtes etiam inhabiles, & non integri ad faciendum indicium ad torturam, quemadmodum in adulterio, & in alijs delictis difficilis probationis. per ea quæ dicta ſunt ſupra in tract. de ſod. adult. & alijs. nec eſt omittendum, quod in omni cauſa iniuriæ verbalis, verba iniurioſa prolata præſumuntur prolata animo iniuriandi, niſi iniurians probat quod non animo iniuriandi dixit. per d. l. ſi non conuicij. & ibi Bar. de iniur. Item ſi quis inuenitur cum libello famoſo, quod eſt in opprobrium alicuius, ſi ille qui inuenitur cũ dicto libello famoſo, non probat quis fecerit, præſumitur quod ipſe fecit penes quem reperitur. per c. 1. 5. q. 1. Item de macriata poterunt interrogari vicini, & poteſt ſumi indicium ex inimicitia præcedente, ac minis. & ſi quis eſt inuentus in conuicinio cum dicta materia, & inſtrumentis aptis ad faciendum tale delictum, & ex alijs etiam, videlicet diſceſſu, & abſentia poſtea à ciuitate vbi fuit facta, & ex alijs concernentibus, vt dictum fuit ſupra in crimine homicidij, tertio membro. Item de gabadeis poteſt ſumi indicium

de geſtis, de verbis, ſeu modo loquendi, de inimicitia præcedente, per depoſitionem eorum qui accommodauerunt veſtes, & a quibus acceperunt, de fama publica & de communi opinione quod fuit talis in opprobrium talis. niſi forte in fragranti capiatur ſub veſtibus prædictis. & tunc examinetur de verbis & geſtis contra quem fuerunt prolata, & de alijs concernentibus & conuenientibus ad tale delictum. & in his debet fieri diligens indagatio, & ſeuera punitio, quia ex his ſolent euenire magnæ ruinæ.

139 Quo ad quartum dicitur, quod de iure canonico qui fecit ſcripturam, carmen, ſeu libellum famoſum, & illum affigit, & quomodocumque publice propalet, & aliquem infamat, flagellatur. per cap. 1. 6. quæſt. 1. & ſimiliter qui inuenit & non lacerat, ſed reuelat. ſed de iure ciuili capitali ſententia punitur. per l. 1. C. de fam. libell. canonizata in cap. fin. 6. quæſt. 1. Item qui ponit ſcripturam in publico, videlicet in vna columna ad infamiam alicuius officialis, erit puniendus capitaliter. & ſimiliter ſi imponit filoſas muliebres, vel alias in ianua palatij officialis in eius ignominiam, capitaliter punitur. vt per Parid. de Put. in tract. ſind. in verb. iniuria, colum. 2. Et faciens petriatam in domo Neapol. ſi nobilis deportatur per decem annos, ſi ignobilis ad triremes mittitur. ſi facit macriatam punitur poena mortis naturalis. per reg. pragm. Don Paraſan de Ribera. Quantum vero ad verba iniurioſa, & alias iniurias ſupradictas, pœna eſt arbitraria, & attenditur locus, vel tempus quo dicuntur verba, & coram quibus perſonis. quia quo coram pluribus, & nobilioribus & honeſtioribus, eo maiori poena punitur. per tex. in §. atrox. inſtit. de iniur. & cap. quam ſit. de exceſſ. prælat. & Abb. in cap. 1. de maled. Inſuper attenditur qualitas iniuriantis & iniuriati. per d. cap. atrox. & Afflict. in conſt. obſeruetur 1. & 2. not. & erit pœna arbitraria. vt ſupra. & per text. in l. fin. ff. de iniur. & poteſt ſe extendere vſque ad mortem ſi ſunt tales circumſtantię. per gloſ. in d. §. in ſumma. Affl. in conſt. regn. humanitatis. & qui facit iniuriam officiali, maiori pœna eſt puniendus quam ſi faciat priuato. l. prætor. §. fin. ff. de iniur. &

hoc

Digitized by Google

hoc etiam ſi fiat finito officio, quia adhuc etiam debetur ei reuerentia in memoriam priſtinę dignitatis. per Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. colum. 4. verſ. ſeptimo quæritur. ff. de off. proconſ. & legat. & Foller. in verb. de laud. & fruct. off. num. 6. & hoc de iure communi. inſuper de iure communi, qui eſt condemnatus in proceſſu de iniuria contra aliquem, ad querelam criminalem, facto eſt infamis, & infamia ſequitur condemnatum. per text. in l. infamem. ff. de publ. iud. quemadmodum quando quis condemnatur in iudicio vi bonorum raptorum & furti. vt in d. l. infamem. per gloſ. ibi. & infamis non poteſt eſſe iudex, nec aliquam dignitatem habere. per text. in cap. infamibus. & ibi gloſ. de reg. iur. in 6. nec poteſt eſſe aſſeſſor, nec poteſt ordines clericales ſuſcipere. per text. & gloſ. in l. 1. C. de decur. nec pro omnibus poſtulare poteſt, ſed pro ſe ipſo, parentibus, fratribus, ſororibus, patronis, & aliquibus alijs perſonis. per text. & gloſ. in cap. infames. 3. quæſt. 7. vt per Viu. in comm. opin. in verb. infamis. quæ ſupradicta infamia veniens per ſentētiam in iudicio criminali de iniuria, eſt minor infamia. & tales infames poſſunt integre reſtitui. per text. in d. cap. infames. §. tria. & ibi gloſ. ſimiliter & qui mittitur in exilium pro cauſis ingerentibus infamiam, eſt infamis. vt per text. & gloſ. in l. fin. C. de his qui exil. lib. 10. Limita tamen ſupradicta niſi per ſententiam fuerit impoſita poena grauior quam deberet imponi, quia videtur tranſactum vt non inferatur infamia. per text. & gloſ. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. Item limita ſi hoc in ſententia exprimatur, dicendo condemno, quia iniuriaſti. alias ſi non exprimatur ſic cauſa iniuriæ in ſententia, non compræhenditur infamia. vt habetur in d. cap. infames. §. porro. vbi vide de multiplici genere infamiæ. limita inſuper niſi in proceſſu fuerit probatum iniuriaſſe ex prouocatione, ſcilicet quia præceſſit prouocatio per partem aduerſam. quia tunc parcitur, & non infertur infamia. vt habetur per deciſ. Gramm. 17. & deciſ. 37. num. 3. & tanto magis ſi ignobilis prouocauerit nobilem. quia ſi nobilis fecit iniuriam etiam grauiorem ei parcitur. vt habetur per deciſ.

Gramm. 14. & 23. & hæc de iure communi. In regno tamen eſt cap. regn. quod incipit, vt participantes. per quod faciens iniuriam officiali regio, punitur duplicata pœna, quam faciens priuato, & hoc quando iniuriatur in exercitio officij, & prætextu officij, ſecus autem ſi ex odio particulari. ſi autem fiat iniuria ab officiali ſubdito, & per iniuriam extorſit, reſtituit quatruplum eorum quæ abſtulit, & punitur perpetua infamia, & amiſsione officij & alijs pœnis. vt per conſt. regn. eos tantum. & Foller. in fragmentis in tit. de iniurijs, & intelligitur ſi fuit magna & atrox iniuria ad extorquendum. vt per d. conſt. & hæ pœnæ locum habent, quando fuit actum pro iniuria criminaliter. inſuper de iure regni eſt prouiſum circa dignitatem amittendam per iniuriam illatam, ſcilicet per conſt. regn. præſenti lege. qua eſt prouiſum quod ſi miles, vel nobilis dicit, vel facit iniurias, & dat percuſsiones & verbera minus nobili, nobilior non amittit dignitatem, & ſic non ſequitur eum infamia. ſed ſi minus nobilis percutit & facit iniuriam magis nobili, tunc ſequitur eum infamia. vt per d. conſt. Et hoc quando pro iniuria fuit actum criminaliter, vt dictum eſt. ſed ſi actum fuit ciuiliter, erit pœna quanta fuit extimata per ipſum iniuriatum cum iuramento, & quanta fuerit per iudicem taxata. & iudex non debet taxare ſecundum iuramentum, & extimationem ipſius iniuriati, ſed arbitrio ſuo, attenta qualitate perſonarum, & conſideratis circumſtantijs, vt ſupra. vt Afflict. in d. conſt. varietates. & per text. in §. pœna. inſt. de iniur. ſimiliter ſi clericus facit iniuriam punitur arbitrarie, attenta qualitate iniuriantis & iniuriati, attenta etiam qualitate loci & temporis, & iniuriæ, & coram quibus, & conſideratis alijs conſiderandis. vt per Abb. in d. cap. 1. de maled. & efficitur etiam infamis, vt ſupra per Bernard. Diaz in ſua pract. crimin. in verb. iniuriatus. colum. fin. vbi dicit quod ſi non eſſent iura canonica, vt puniantur delicta clericorum, recurrendum eſſet ad iura ciuilia communia. & ſi non eſſent iura ciuilia communia, eſſet recurrendum ad ius municipale, & conſuetudinem loci. ſed hoc intellige verum eſſe quando pœnæ ſtatutæ per iura ciuilia communia,

munia, vel municipalia poſſent adaptari clericis. ſi vero non poſſent adaptari, videlicet fuſtigatio publica, & aliæ opprobrioſæ, quæ redundarent in opprobrium ordinis, & miniſterij clericalis, non deberent infligi clericis. Item truncatio manus, vel linguæ & membrorum per quas impeditur adminiſtratio diuinorum, nec deberent infligi clericis. per ea quæ diximus ſupra de blaſphemia, quod clericis non imponitur illa opprobrioſa pœna, quæ laicis, etiam quod ſit ſtatuta de iure canonico, ſed tunc deficientibus pœnis non ſtatutis, nec de iure canonico, nec de iure ciuili, nec municipali, erit arbitraria. per text. in cap. de cauſis. §. 1. de off. delegat. gloſ. in c. 2. de vit. & honeſt. cler. Item qui facit iniuriam clerico, ſeu monacho, punitur arbitrarie, & maiori pœna quam ſi fiat laico. quinimo quando eſſet atrox iniuria & turbaretur diuinum officium, punitur ad inſtar criminis læſæ maieſtatis. per text. & ibi Bart. & Doct. in l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cler. & per ſupradicta. alias punitur arbitrarie attentis omnibus ſupradictis. Inſuper debet fieri ſatisfactio ipſi clerico, & ſi moriatur debet fieri eius hæredi. ſi autem non habet hæredem debet fieri prælato Eccleſiæ. ſi vero iniuria fiat monacho, & eius intuitu, ſatisfactio ſit monacho, & eius hæredi, ſi intuitu monaſterij, ſatisfactio ſit monaſterio. vt per Camp. in cap. regn. de iniurijs. num. 15.

140 Quo ad quintum dicitur, quod ſi quis profert verba iniurioſa contra volentem non punitur, quia volenti non fit iniuria. per Bart. in l. quamuis. num. 3. ff. de in ius vocan. per tex. gloſ. & Bart. in l. 1. §. ad eo. ff. de iniur. Item ſi quis profert verba iniurioſa contra aliquem, & is contra quem proferuntur, non reuocat in animum ſed ridet ſtatim, & poſt ludit, & comedit cum iniuriante, non punitur. per text. & gloſ. in §. fin. de iniur. per Afflict. in conſt. generalia iura. 5. not. quia hoc modo iniuria aboletur diſſimulatione. vt ibi per Afflict. Item ſi ex pacto remittatur iniuria etiam nudo, tollitur ipſo iure, & non punitur. vt in d. gloſ. & poſtquam eſt extincta dicta iniuria ex dictis cauſis, non poteſt amplius ex pœnitentia agere. vt ibi per text. in d. §. fin. inſtit. de iniur. & ſi in

vltima

Digitized by Google

vltima voluntate remittit, licet videatur remittere metu mortis, tamen non poteſt amplius agere. quia fuit ſemel extincta, & non poteſt amplius ſuſcitari. vt per gloſ. in d. §. fin. Et ab initio tollitur ſimplici voluntate, ſi in animum non reuocauit, ſed poſtquam in animum reuocauit, non poteſt per ſimplicem voluntatem remittere, ſcilicet diſſimulando, ſed bene per pactum nudum verbis expreſſum. per gloſ. fin. in d. §. fin. Item ſi iniurians probat quod non animo iniuriandi protulit dicta verba, non tenetur actione iniuriarum. l. illius. §. 1. & ſequent. ff. de iniur. & l. ſi non conuicij. eod. tit. Et ſi quis probet quod antea fuit prouocatus per iniuriatum ex aliqua iniuria, ei parcitur. per l. qui cum maior. §. libertus. ff. de bonis liberto. & Gramm. in d. deciſ. 37. nu. 3. & ſi ignobilis prouocat nobilem aliqua iniuria, ſi nobilis infert aliam etiam grauiorem, ei parcitur ſi ſe vlciſcitur manu, & dat alapam vel verbera. quia ſi ipſe nobilis accuſaret ignobilem de dicta iniuria veniret in deriſum. per Paul. de Caſtr. conſ. 190. incipi. in cauſa carceratorum. & Grammat. deciſ. 14. & deciſ. 23. num. 1. & deciſ. 98. num. 2. per Iſern. de pac. iur. firm. §. ſi quis vero. num. 6. Item ſi iniuria fiat in ludo, & vbicumque ratione ludi, non punitur. per Gramm. deciſ. 40. num. 4. Item ſi quis proponit accuſationem per quam obijcit crimina alicuius in iudicio, ſi probat dicta crimina in iudicio non punitur. per l. 1. in fin. C. de famoſ. libell. Item ſi quis propalat crimina alicuius ratione manifeſtandi, vt alij caueant quod interſit reipublicæ, & non animo iniuriandi, ſi hæc probat non punitur. per d. l. 1. §. fin. & per ſupradicta. Item ſi repulſando teſtes ponit crimina & defectus eorum non punitur, quia non facit animo iniuriandi, ſed cauſa iuris ſui proſequendi. l. permittente. per Bald. l. fin. ff. quod quiſque iur. & per Parid. de ſind. in verb. iniuria. Sed cautela eſt vt dicatur in articulis quod non animo iniuriandi. vt per Parid. ibi Item ſi quis tibi dicat te commiſiſſe aliquod crimen, poteris reſpondere, tu mentiris, ad purgandum & defendendum tuum honorem. per Bart. in l. quæ omnia. §. ſed ſi aduerſus. num. 1. ff. de procur. & idem Bart. & Angel. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. &

Abb.

Digitized by Google

Abb. in c.cum te.de re iud. Hoc tamen intelligo ſecundũ ſupradicta,ſi crimen contra te obiectum non ſit verum, & non probetur.ſi autem ſit verum,& probetur,non eſt tutum dicere,quia eſt verbum iniurioſum, etiã ſi dicatur ſaluo honore tuo.vt per Bar. in l.item apud Labeonem. §.ait prætor. & l.eũ qui nocentem.ff. de iniur.& per addita ad Bart.in d.§.ait prætor.niſi illud verbum proferatur leniter & vultu non colerico, vt non cognoſcatur ad iniuriam, ſed ad iuſtificationem, vt dictum fuit ſupra. Item ſi quis Poteſtati loquendo dixerit, tu, non dicitur inreuerenter loqui,quia etiam Imperatori ita fuit dictum. l.1. C.de vet.niſi conſuetudo loquendi ſit in contrarium. vt per Bart. in d. l.1. de vet. ſed plus dico quod etiam ſi conſuetudo loquendi ſit in contrarium, ſi propter ruſticitatem, & non animo loquendi inreuerenter dixerit, ei parcitur. per l.1. C. ſi quis Imper. maled. Item ſi conſuetudo loquendi ſit etiam loqui per verbum, tu, ſi ſit prolatum per temeritatem, & cum audacia, & per contemptum, dicitur loqui inreuerenter, & poteſt iudex coercere & punire. per ea quæ dicta ſunt ſupra. per Parid. de Put. de ſind. in verb. ſindicantur officiales ſi per violentiam. & ad cõfirmationem, dicendo Poteſtati tu,regulariter non dicitur loqui inreuerenter. adduco quod etiam Deo loquẽdo & orando dicimus tu, vt in Oratione Dominicali dicitur Pater noſter qui es in cęlis ſanctificetur nomen tuũ.& Petrus dixit Chriſto.Tu es Chriſtus filius Dei viui.& in tota ſacra Scriptura talis eſt vſus loquendi. Et hęc dicta ſunt in tractatu de iniur.& vltra ſupradicta crimina ſunt nonnulla alia extraordinaria, vt ſunt ſollicitatores
141 aliarũ nuptiarum. Item matrimoniorũ interpellatores, ſcilicet qui volunt ſibi coniungere matrimonio vxores alienas,licet non poſſunt habere effectũ.Item ſi cõtaminauerunt aquas,fiſtulas,lacus aquę,ductus in iniuriã publicam.Item vltra ſupradicta crimina extraordinaria,ſunt dardanarij qui aliquomodo dant operã vt annona carior fiat. Item ſaccularij,ſcilicet qui fraudẽ in ſacculis pecuniæ cõmittunt, vel ſubripiendo,vel falſificãdo,& permutando pecuniã falſam cum bona in ſacculis incluſa, & nonnulla alia diuerſimode cõmittendo,quę ſi non habent propria nomina,com præ-

præhenduntur ſub crimine ſtellionatus prout dictum fuit ſupra de obreptione. per l. 3. ff. de crim. ſtellio. cum plura ſint delicta, quam vocabula, quemadmodum plura ſunt negocia quam vocabula. per tex. in l. natura. ff. de præſ. verb. quæ ſupradicta delicta extraordinaria, puniuntur extraordinarie, & arbitrarie vt plurimum. vt in l. 1. & toto tit. ff. de extraord. crim. Item in prædictis delictis extraordinarijs poſſet extraordinarie cognoſci. per tex. in l. cognitionum. ff. de varijs & extraord. cognit. ſed tutius eſt ordinem ſeruare. & de dictis criminibus, tam in procedendo quam in probando & defendendo, vide quę dicta ſunt ſupra in delictis ordinarijs. Et ex his imponitur finis præſenti libro criminario ad laudem & honorem omnipotentis Dei, & Glorioſæ Virginis Mariæ eius Matris in ſæcula ſæculorum. Amen.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google